

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/






George Bancol









BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

EXCUDEBAT FIRMINUS DIDOT, REGIS ET GALLICARUM ACADEMIARUM TYPOGRAPHUS.

TITUS LIVIUS

PATAVINUS

AD CODICES PARISINOS RECENSITUS

CUM VARIETATE LECTIONUM

ET SELECTIS COMMENTARIIS

ITEM SUPPLEMENTA J. FREINSHEMII

CURANTE

N. E. LEMAIRE

VOLUMEN TERTIUM






PARISTIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

MDCCCXXII

(



PRÆMONITIO EDITORIS

AD LECTOREM BENEVOLUM.

Notabis, si placet, amice lector, hoc volumine tertio contineri nonum et decimum ipsius Livii librum, quibus prima Decas absolvitur; prætereaque decem Joannis Freinshemii libros, quibus supplere conatus est (quantum recentiore manu suppleri fas fuit), secundam historiæ Livianæ Decadem, invidiosa fati malignitate deperditam.

De quibus Supplementis vide, lector optime, quæ ad calcem hujus voluminis pauca subjunyimus. Vive et vale

Lutetiæ Parisiorum, anno 1822.

N. E. LEMAIRE.

deduntur, et Postumius feciali rom. genu femur violenter percellit dicens, se samnitem civem esse, et Romanos, feciali legatoque contra jus gentium violato, eo justius bellum gesturos. - XI: Pontius non accipit deditionem, et incusat fidem populi romani, qui semper aliquam fraudi speciem juris imponat. -XII: Samnites Fregellas fraude capiunt, et concremant victos: Papirius in Apuliam pergit ad Luceriam, ubi equites romani, obsides ad Caudium dati, custodiebantur; Publilius in Samnio subsistit prope Caudium. - XIII; Samnites, a Publilio fusi castrisque exuti, Apuliam petunt et Luceriam: Papirius Arpos proficiscitur et inde Luceriam, quo et mox venit collega. -XIV; Legati tarentini denuntiant Samnitibus Romanisque, ut bellum omittant: sed consules hostium castra expugnant, et vix imperio ac minis coercent milites cædis avidos. — XV; Publilius Apuliam peragrat: Papirius Luceriam capit, et 7000 Samnites, interque eos Pontium, sub jugum mittit. - XVI; Debellantur Forentani, et Satricum, quod ad Samnites desecerat, duplici proditione capitur: laus L. Papirii Cursoris. - XVII; Alexander magnus comparatur ducibus rom. — XVIII; eius fortuna fortunæ populi romani. — XIX; Macedonum Romanorumque milites, numero, armis et genere, seu indole. - XX; Samnites miserrimis precibus inducias biennii, non fœdus, impetrant : Apuli Teanenses, Canusini, Teates et Forentani in deditionem veniunt: Nerulum in Lucania vi capitur: novæ tribus, Usentina ac Falerina: Antiatibus dantur a senatu rom, ad jura statuenda ipsius coloniæ patroni. - XXI; L. Æmilius dictator obsidet Saticulam, et Samnites, sociorum causa rebellantes, iisque auxilio venientes, fundit. - XXII; O. Fabius dictator ab eo accipit exercitum, et Q. Aulius Cerretanus magister equitum, non consulto dictatore, Samnites a castris rom. submovet, sed perit; Saticula Romanus per deditionem, Plistia per vim Samnis potitur. - XXIII; Inde Fabius ad Soram proficiscitur, que ad Samnites defecerat : cum his ad Lautulas ancipiti prælio dimicat; sed mox ingentem iis cladem infert. -XXIV; Sora capitur, occulta in arcem via a transfuga monstrata. - XXV; Ausona, Minturna et Vescia, Ausonum urbes, suspectæ de societate clam cum Samnitibus inita, proditione in potestatem rom. veniunt; et, quia absentibus ducibus nullus modus cædibus est, deletur Ausonum gens, vix certo defectionis crimine. - XXVI; Luceria iterum et ad Samnites deficit, et

a Romanis capitur, eoque mittuntur coloni: C. Mænius dictator dicitur quæstionibus exercendis tum de occultis principum conjurationibus Capuæ, tum de nobilium coitionibus, honorum adipiscendorum causa, Romæ factis. - XXVII; Samnites a M. Pœtelio et C. Sulpicio inter Caudium Capuamque vincuntur. -XXVIII; C. Pœtelius dictator, vel C. Junius Bubulcus cos. Fregellas et Nolam capit : Suessam Auruncorum, Pontias, Interamna et Casinum coloniæ deducuntur. - XXIX; Ob etrusci belli famam dictator dicitur C. Junius Bubulcus. Ap. Claudius censor viam munit: aquam ducit in Urbem: libertinorum filios in senatum legit: solus censuram retinet: et sacrorum ad aram maximam Herculis curam, quod familiare Potitiorum fuerat sacerdotium, servis publicis tradit; unde XII familiæ Potitiorum intra annum cum stirpe exstinguuntur, et Appius post aliquot annos fit cæcus. - XXX; Senatus citatur eo ordine, qui ante censores Ap. Claudium et C. Plautium fuerat : L. Atilius et C. Marcius tribuni pl. rogationem perferunt, ut tribuni militum seni deni in quatuor legiones a populo creentur; et M. Decius trib. pl., ut duumviros navales classis ornandæ reficiendæque causa idem populus jubeat : tibicines, prohibiti a proximis censoribus in æde Jovis vesci, Tibur abeunt, et vino sopiti plaustris Romam reportantur. - XXXI; Cluvia et Bovianum expugnantur, et Romani, quamvis oblata pecorum præda in saltum ingentem illecti, vincunt Samnites. - XXXII; Omnes Etruriæ populi præter Arretinos bellum parant, et ordiuntur ab oppugnando Sutrio: ibi O. Æmilius Barbula cum iis confligit ancipiti prælio, quod nocte dirimitur. - XXXIII; Ap. Claudius censor nulla vi compelli potest, ut, circumactis duodeviginti mensibus. exemplo C. Plautii collegæ, magistratu se abdicet; negatque, se Æmilia lege teneri, quia optimo jure censor creatus sit. -XXXIV; Eum gravi oratione increpat P. Sempronius trib. pl. et prendi jubet: séd tribuni tres appellanti Appio auxilio sunt; isque summa invidia omnium ordinum solus censuram gerit. — XXXV; Etrusci iterum ad Sutrium vincuntur a Romanis duce O. Fabio cos. et in silvam Ciminiam confugiunt, quæ invia est et horrenda. - XXXVI; Eam transit Fabius, speculandi causa præmisso fratre M. Fabio, et opulenta Etruriæ arva vastat. -XXXVII; Hinc indignatione concientur Etruriæ Umbriæque populi, et ingens ad Sutrium venit exercitus: Fabius pugnam detrectat, sed proxima nocte, paulo ante lucem, hostes in ca-

stris opprimit, et stratos obtruncat. Tusci, pacem petentes, inducias in triginta annos impetrant. - XXXVIII; Classis rom. a P. Cornelio in Campaniam agitur; et socii inde navales agrum nucerinum depopulantur, sed ab agrestibus compelluntur ad naves: C. Marcius Rutilus cos. dimicat cum Samnitibus prælio atroci et incerto eventu: alter consul Q. Fabius, senatusconsulto compulsus, dictatorem dicit L. Papirium Cursorem, cui privatim infestus erat. Huic legem curiatam de imperio ferenti triste omen diem diffindit, quod prærogativa curia est Faucia, duabus insignis cladibus: sed postero die, repetitis auspiciis, legem perfert.—XXXIX; Papirius ad Longulam pervenit; Umbri funduntur, et opes Etruscorum, qui, lege sacrata coacto exercitu, quum vir virum legisset, maximis copiis animisque dimicant, ad Vadimonis lacum franguntur ingenti clade. - XL; Duo Samnitium exercitus, scutis auro argentoque cælatis, aliisque insignibus armis fulgentes, a Papirio dict. vincuntur: auratis eorum scutis ornatur forum rom. Campani autem Samnitium ornatu gladiatores armant: Etrusci, ad Perusiam a Fabio profligati, dedunt hoc oppidum, et pacem petunt. - XLI; P. Decius bene res gerit in Etruria, et idem Fabius III consul adversus Samnites, Marsos, Pelignos et Umbros. - XLII; A L. Volumnio vincuntur Sallentini, a Q. Fabio Proc. Samnites ad Allifas; - XLIII; a Q. Marcio Tremulo Hernici, a P. Cornelio Arvina Samnites: Hernici in deditionem accipiuntur, et aliis eorum populis suæ redduntur leges, et concilia connubiaque inter ipsos permittuntur, aliis adimuntur. Censores vias per agros publica faciunt impensa, et ædem Salutis locant: cum Carthaginiensibus tertio renovatur fœdus. - XLIV; Samnites in campum Stellatem agri campani incursiones faciunt, et occidione occiduntur a L. Postumio et Ti. Minucio. - XLV; Samnitibus fœdus petentibus redditur, daturque etiam Marrucinis, Marsis, Pelignis, Frentanis: Æquorum XLI oppida expugnantur intra L dies, et nomen eorum prope ad internecionem deletur. - XLVI; Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, a forensi factione creatur ædilis curulis: civile jus, repositum in penetralibus pontificum, et fastos evulgat: ædem Concordiæ dedicat: ad collegam ægrum visendi causa venit; et, quia nobiles ibi assidentes ei non assurgunt, curulem afferri sellam eo jubet, ut de illa inimicos spectet: propter ejus comitia plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponunt : et forensis factio, Ap. Claudii

censura vires nacta, atque per omnes tribus divisa, in foro campoque dominatur: Q. Fabius censor illam deinde in quatuor tribus conjicit urbanas, et Maximi inde cognomen accipit: ab eodem institutum dicitur, ut equites id. jul. ab æde Honoris in Capitolium transveherentur.

I. SEQUITUR hunc annum nobilis clade romana caudina pax 1, T. Veturio Calvino, Sp. Postumio consulibus. Samnites eo anno imperatorem C. Pontium², Herennii filium, habuerunt, patre longe prudentissimo natum, primum ipsum bellatorem ducemque. Is, ubi legati, qui ad dedendas res³ missi erant, pace infecta redierunt: « Ne nihil actum, inquit, hac legatione « censeatis, expiatum est, quidquid ex fœdere rupto « irarum in nos cælestium fuit. Satis scio, quibus-« cunque diis cordi fuit 4, subigi nos ad necessitatem « dedendi res, quæ a nobis ex fædere repetitæ fuerant, « iis non fuisse cordi tam superbe ab Romanis fœderis « expiationem spretam. Quid enim ultra fieri ad pla-« candos deos mitigandosque homines potuit, quam « quod nos fecimus? Res hostium in præda captas, « quæ belli jure nostræ videbantur, remisimus : au-« ctores belli 5, quia vivos non potuimus, perfunctos « jam fato dedidimus : bona eorum, ne quid ex con-

CAP. I. 1. Caudina pax, ad Caudium facta, vide cap. 5.

2. C. Pontium, Herennii f. confer Drak., qui ex Cic, de Sen. cap. 12, et Aurel. Vict. ill. cap. 30, docet, et patrem et filium dictum fuisse C. Pontium, illum vero habuisse cognomen Herennii (unde Herennius Pontius cap. 3, vocatur, hoc est, Pontius Herennius, de quo vide ad III, 1, n. 1), hunc Thelesini.

3. Ubi legati, qui ad dedendas res, etc. confer VIII, 37.

4. Quibuscunque diis cordi fuit, confer ad VI, 9, n. 1; Livio ante oculos fuisse putat Gron. orationem Niciæ apud Thucyd. VII, 77: ἰκανὰ γὰρ τοῖς τε πολεμίοις εὐτύχηται καὶ, εἰιτω θεῶν ἐπίφθονοι ἐστραπεύσαμεν, ἀποχρώντως ἤδη τετιμωρήμεθα, etc. Ed.

5. Auctores belli, etc. propr. non nisi unum; confer VIII, 39. Sed res oratorie augetur et invidiose. — Perfunctos fato, Brutulum Papium intelligit, cujus exanime corpus deditum erat. Ed. — Dedidimus; al. dedimus.

« tagione noxæ remaneret penes nos, Romam por-« tavimus. Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid « diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum iraα rum, quem meorum suppliciorum judicem6 feram? « neminem, neque populum, neque privatum, fugio. « Quod si nihil cum potentiore juris humani relinquiα tur inopi, at ego ad deos vindices intolerandæ su-« perbiæ confugiam; et precabor, ut iras suas vertant « in eos, quibus non suæ redditæ res, non alienæ « accumulatæ satis sint; quorum sævitiam non mors « noxiorum, non deditio exanimatorum corporum, « non bona sequentia domini deditionem exsatient; « placari qui nequeant 7, nisi hauriendum 8 sanguinem « laniandaque viscera nostra præbuerimus. Justum est « bellum, Samnites, quibus necessarium; et pia arma, « quibus nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde, « quum rerum humanarum 9 maximum momentum sit, « quam propitiis rem, quam adversis agant diis, pro

minus recte, nisi præsens est tempus verbi dedere, non sine ἐνεργεία et affectu quodam; Bauer. At præcedit remisimus, et sequitur portavimus.

6. Quem tibi tuarum irarum ... judicem feram, vide ad III, 24, n. 6. Tam liquida est Samnitium causa, ut quovis judice vincere facile possint; Gron. - Fugio vide ad VIII, 33, n. 5. - Nihil cum potentiore, adversus eum, juris humani relinquitur inopi, nihil præsidii in jure humano : quod Cic. Off. I, 8, jus societatis humanæ dicitur; Ern. - Iras suas vertant. iram suam Leid. 2. Sed signanter iras plurali numero dici, quum sermo est de diis, observat Cerda ad Æneid. I, 11; laudatis etiam his Livii exemplis III, 7: Veniam irarum cælestium, finemque pesti exposcunt, etc. VIII, 33 : preces quæ deorum iras placant. Adde supra hoo cap. Quidquid ex fordere rupto irarum in nos cælestium fuit. En.

7. Placari qui nequeant: ita et Stroth. inseruit qui, quum in nonnullis MSS placarique et placari quæ exstet. Exsatient: placari nequeant, etc. legebatur ante Drak. qui dedit: exsatient. Placari nequeunt, etc. motus auctoritate MS Klockii, a quo tamen sæpe conjecturas pro codicis lectione venditari passim jam monuit Stroth.

8. Hauriendum sanguinem, vide ad VII, 10, n. 6. — Justum bellum et pia arma, v. ad I, 22, n. 6, et I, 30, n. 7.

9. Quum rerum humanarum maximum momentum sit, confer ad I, 47, n. 7, et III, 27, n. 6. Mox Gron. conj. quam propitiis, quam adversis agantur dis. Sed bene Stroth. monet, adverbium intendendi quam ab hoc loco

« certo habete, priora bella adversus deos magis, « quam homines, gessisse; hoc, quod instat, ducibus « ipsis diis gesturos. »

II. Hæc, non læta magis, quam vera, vaticinatus, exercitu educto, circa Caudium castra, quam potest occultissime, locat: inde ad Calatiam, ubi jam cousules romanos castraque esse audiebat, milites decem pastorum habitu mittit; pecoraque diversos, alium alibi ¹, haud procul romanis pascere jubet præsidiis : . ubi inciderint in prædatores, ut idem omnibus sermo constet, legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circumsedere: nec procul abesse, quin vi capiant. Jam is etiam rumor, ante de industria vulgatus, venerat ad Romanos: sed fidem auxere captivi, eo maxime, quod sermo inter omnes congruebat. Haud erat dubium, quin Lucerinis opem Romanus ferret, bonis ac fidelibus sociis2; simul ne Apulia omnis ad præsentem terrorem deficeret. Ea modo, qua irent, consultatio fuit; duæ ad Luceriam ferebant

alienum esse, quum nulla res adversis diis bene, nulla propitiis male geri possit, nihilque referat, utrum parum, an multum adversi, vel propitii sint; et jungenda esse quam rem agant, hoc est, quæ res agatur (was man unternehme), vel quam rem agant scilicet homines; quod substant latere dieit in præc. adject. humanarum, ut passim alia in verbis, substantivis aut adjectivis cognati significatus. Confer ad V, 49, n. 5. Agamus MS Lovel. 2, quæ lectio non temere speruenda. En. — Post Deos, vel gesturos excidit forte nos, vel vos. Alterutrum certe suppl.

CAP. II. 1. Diversos, alium alibi, confer ad III, 60, n. 1. — Ut idem omnibus sermo constet, ut non discrepent a se invicem, nec alii alia, vel alio

tempore aliud dicant; Ern. Sic fere X, 26, n. 5, constare res incipit, hoc est, eodem modo ab omnibus referri, XXI, 38, n. 6, id inter omnes scriptores constat, in eo consentiunt, locus et ratie mortis constat XXV, 17, n. 2, ne ipsis quidem, quid vellent, satis constabat XXXII, 19.

2. Lucerinis, bonis ao fidelibus sociis: de quo noc Livius antea, nec alii, quod sciam, memoriæ quidquam prodidere. Luceria est oppid. Apaliæ antiquissimum (vide Strab. VI, pag. 196), et Apuli fœdus quidem fecerant cum Romanis, sed paulo post defecerant. Confer VIII, 25; XXXVII, 39. Urbs illa post Caudinam cladem ad Samnites defecisse videtur, et mox a Romanis capitur; v. cap. 12, ibiq. n. 4.

viæ; altera præter oram superi maris³ patens apertaque, sed, quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas brevior; sed ita natus 4 locus est: saltus duo alti, angusti, silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti; jacet inter eos satis patens, clausus in medio, campus, herbidus aquosusque, per quem medium iter est; sed ante, quam venias ad eum, intrandæ primæ angustiæ sunt, et aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda⁵; aut, si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremque evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem, Romani, demisso agmine, quum ad alias angustias 6 protenus pergerent, septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacentem molem invenere; quum fraus hostilis apparuisset, præsidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro, qua venerant, pergunt repetere viam; eam quoque clausam sua obice⁷ armisque inveniunt. Sistunt inde gradum sine ullius imperio; stuporque omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet : intuen-

3. Præter oram superi maris. Non facile intelligitur quomodo ab urbe Campaniæ Calatia ad Mediterraneam Apuliæ urbem Luceriam euntibus superi maris ora legenda sit. Hæc igitur aut mendosa esse, aut incuriose a Livio seripta suspicari licet. En.—Per Furculas (sive Furcas) Caudinas, angustias, a forma furcæ, seu furcillæ aut literæ V sic dictas. Confer ad Sil. VIII, 565.

4. Sed ita natus locus est, vide ad V, 37, n. 6. — Clausus in medio: « quid hoc est? An inter medios saltus? Nam dixit inter eos. Forte leg. clausus undique. » Bauer.

5. Aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda, vide ad III, 70,

n. 2; VII, 10, n. 6, et XXV, 27, n. 5. Mox alium saltum altiorem impeditioremque (hoc est, itineris impeditioris, minus pervlum, ut XXXVI, 30, n. 3) quidam libri rectius forsan ob præc. saltus duo alti angusti.

6. Ad alias angustias, ad alteras, diversas, oppositas, at alia pars XXIV, 27. — Protenus scripsi pro protinus, non improb. Bruero, qui id pæne quidem redundare monet ob voc. pergant, sed et porro pergere et pergere pro ire, proficisci sæpe nostro dici, ut mox pergunt repetere. Confer ad II, 45, n. 10, et XXII, 50, n. 3.

 Eam quoque clausam sua obice, scilicet arboribus dejectis saxorumque mole. Hæç quasi propria obex horum

tesque alii alios (quum alterum quisque compotem magis mentis ac consilii ducerent) diu immobiles silent. Deinde ubi prætoria consulum erigi videre, et expedire quosdam utilia operi8, quanquam ludibrio fore munientes, perditis rebus ac spe omni adempta, cernebant; tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo, nec imperante, ad muniendum versi, castra propter aquam vallo circumdant; sua ipsi opera laboremque irritum (præterquam quod hostes superbe increpabant) cum miserabili confessione eludentes9. Ad consules mœstos, ne advocantes quidem in consilium (quando nec consilio nec auxilio locus esset), sua sponte legati ac tribuni conveniunt: militesque ad prætorium versi, opem, quam vix dii immortales ferre poterant, ab ducibus exposcunt.

III. Querentes magis, quam consultantes, nox oppressit, quum pro ingenio quisque fremerent: «alius, « per obices viarum; alius, per adversa montium, « per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus. Modo « ad hostem pervenire liceat, quem per annos jam « prope triginta vincimus², omnia æqua et plana erunt

locorum, cui opponitur armorum obex; Stroth.

8. Expedire quosdam utilia operi, instrumenta muniendis castris apta, Schanzzeug; Doer.

9. Cum miserabili confessione eludentes, confer ad I, 36, n. 4. Elegans
oratio pro vulgari: quum non solum
hostes superbe riderent, sed ipsi cum
dolore et irrisione faterentur, frustra
opera sua et laborem esse; Doer.—
Ad prætorium versi: quidem in prætorium; nostram vero lectionem tuentur Pall. duo cum Thuan. uterqueVoss.
Helm. florent. Leid. duo, Lovel. 2, 3,

4; Harlei. Gaertn. Portug. Haverk. etc. tot itaque codicum fide nixam in contextum reciperenon dubitavimus. Vide inf. XXVIII, 46; XXIX, 35; XXXVI, 15; XXXVIII, 41, etc. eodem tamen sensu versus cum præpositione in Livium construxisse videbimus ad lib. XXXVI, 15. Ed.

CAP. III. 1. Alius per adversa (al. diversa) montium, vide ad IV, 27, n. 1. Vox alius delenda videbatur Mur. et Gron. Recte, opinor. — et subscribit unus e nostris cod. Ed.

2. Quem per annos jam prope XXX vincimus: verba gloriantium et rem

« Romano, in perfidum Samnitem pugnarti³. Alius: « Quo, aut qua eamus? Num montes moliri sede sua « paramus? Dum hæc imminebunt juga, qua tu ad « hostem venies? Armati, inermes, fortes, ignavi, pa-« riter omnes capti atque victi sumus. Ne ferrum qui-« dem ad bene moriendum oblaturus est hostis: sedens « bellum conficiet 4. » His invicem sermonibus, qua cibi, qua quietis ⁵ immemor, nox traducta est. Ne Samnitibus quidem consilium in tam lætis suppetebat rebus; itaque universi Herennium Pontium⁶, patrem imperatoris, per literas consulendum censent. Jam is gravis annis non militaribus solum, sed civilibus quoque, abscesserat muneribus: in corpore tamen affecto vigebat vis animi consiliique; is, ubi accepit, ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus romanos, consultus ab nuntio filii, censuit, omnes inde quamprimum inviolatos dimittendos; quæ ubi spreta sententia est, iterumque, eodem remeante nuntio, consulebatur, censuit, ad unum omnes interficiendos: quæ ubi tam discordia inter se, velut ex ancipiti oraculo, responsa data sunt: quanquam filius ipse inprimis jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur; tamen consensu omnium

numerumque augentium. Samnites primum victi anno Urbis 412 (vide VII, 33) adeoque ante annos XXII vincimus ex uno MS recepit Drak. et ex ed. Gryph. Bauer. ut rectius quam vicimus, bello scilicet nondum finito, more Liv. ut XXIII, 13, n. 1, nunc quum vincimus, quum victores sumus.

3. In perfidum Samnitem pugnanti, confer ad VIII, 6, n. 7. — Quo aut qua eamus, confer ad III, 70, n. 2. — Montes moliri sede sua, vide ad VI, 11, n. 5. — Ad bene moriendum, honeste, ut decet virum fortem. —

Confer ad XXII, 50, n. 2; ad Sil. II, 705; III, 123; IV, 508, et Cuperi Obss. I, 8.

4. Sedens bellum conficiet, vide ad VII, 37, n. 4.

5. Qua cibi, qua quietis (vide ad II, 35, n. 3) immemor nox t. e. pro ab immemoribus; vide ad III, 36, n. 8.

6. Herennium Pontium, etc. confer Appian. Samn. Exc. IV. — In corpore tamen affecto, debilitato senectute. Hinc mox animum quoque patris consenuisse (confer ad I, 22) in affecto corpore. Confer ad V, 10, n. 6.

victus est, ut ipsum in consilium acciret. Nec gravatus senex plaustro in castra dicitur advectus, vocatusque in consilium ita ferme loquutus esse, ut nihil sententiæ suæ mutaret; causas tantum adjiceret: Priore se consilio, quod optimum duceret, cum potentissimo populo per ingens beneficium perpetuam firmare pacem amicitiamque: altero consilio in multas ætates, quibus, amissis duobus exercitibus, haud facile receptura vires romana res esset, bellum differre : tertium nullum consilium esse. Quum filius aliique principes percunctando exsequerentur, Quid si media via consilii caperetur, ut et dimitterentur incolumes, et leges iis jure belli victis imponerentur? « Ista quidem sententia, inquit, ea est, quæ neque « amicos parat, neque inimicos tollit. Servate modo, « quos ignominia irritaveritis. Ea est romana gens, « quæ victa quiescere nesciat. Vivet semper in pecto-« ribus illorum⁸, quidquid istuc præsens necessitas « inusserit; neque eos ante multiplices pœnas expeti-« tas a vobis quiescere sinet. »

IV. Neutra sententia accepta, Herennius domum e castris est avectus. Et in castris romanis quum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent, et jam omnium rerum inopia esset; victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem æquam peterent: si pacem

^{7.} Percunctando exsequerentur, vid. ad V, 15, n. 7. Frequens apud Livium illud loquendi genus. VI, 14: exsequebantur quærendo, ubi tantæ rei furtum occultaretur. Hoc lib. cap. 16: itaque subinde exsequentes legati, quonam pacto, etc. XXII, 3: Summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. XXV, 29: exsequentibus sciscitando, quæ acta cum Romanis essett, dilucere id, quod erat, cæpit,

etc. XXXV, 28: quem locum capturus ipse esset, cogitando ac quærendo exsequebatur, et multa alia ex. passim occurrent. ED.

^{8.} Vivet semper in pectoribus illorum, in memoria erit et penitus insidebit, vel vivida quasi memoria erit ignominiæ, seu maculæ, a necessitate iis inustæ.— Quidquid istuc (hoc est, istud; confer ad Tac. Ann. XI, 7, n. 1) inusserit illis ignominiæ.

non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, debellatum esse, respondit, et, quoniam ne victi quidem ac capti fortunam futeri scirent¹, inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum: alias conditiones pacis æquas victis ac victoribus fore; si agro Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, suis deinde legibus Romanum ac Samnitem æquo fædere victurum². His conditionibus paratum se esse fædus cum consulibus ferire: si quid eorum displiceat, legatos redire ad se vetuit. Hæc quum legatio renuntiaretur³, tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaque mœstitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur, omnibus eo loco mortem oppetendam esse. Quum diu silentium fuisset, nec consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent; tum L. Lentulus, qui tum 4 princeps legatorum virtute atque honoribus erat, « Patrem meum, inquit, consules, sæpe audivi « memorantem, se in Capitolio unum non fuisse au-« ctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis, « quando nec fossa valloque ab ignavissimo 5 ad opera « ac muniendum hoste clausi essent, et erumpere si « non sine periculo magno, tamen sine certa pernicie « possent. Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio ar-« matis in hostem licuit (quo sæpe modo obsessi in « obsidentes eruperunt), ita nobis æquo, aut iniquo

CAP. IV. 1. Fortunam fateri scirent, vide ad XXXVIII, 52, n. 1. — Inermes cum singulis vestimentis sub jugum missurum, vide ad III, 19, n. 9. — Alias conditiones pacis... fore, diversas ab iis, quas legati romani de pace æqua postulassent; Doer. Imo Livius alias dixit pro reliquas (vide ad IV, 10, n. 2); quæ et statim adjiciuntur: si agro, etc.

^{2.} Æquo fædere victurum, vide ad VII, 30, n. 2.

^{3.} Hæc quum legatio renuntiaretur, vide ad XXIII, 6, n. 2. — Tanta mæstitia incessit, vide ad II, 27, n. 10.

^{4.} Tum L. Lentulus, qui tum; saltem tunc; sed potius del. Oratio ejus pulcherrimos sublimesq. sensus spirat.

^{5.} Ignavissimo ad opera, ut lib. V. cap. 22, n. 6.

« loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, « non mihi paterni animi indoles in consilio dando « deesset. Equidem mortem pro patria præclaram esse « fateor : et me vel devovere pro populo romano le-« gionibusque, vel in medios me immittere hostes pa-« ratus sum. Sed hic patriam video; hic quidquid roma-« narum legionum est. Quæ, nisi pro se ipsis ad mortem « ruere volunt⁶, quid habent, quod morte sua servent? « Tecta urbis, dicat aliquis, et mœnia, et eam turbam, « a qua urbs incolitur. Imo hercule produntur ea « omnia, deleto hoc exercitu, non servantur. Quis « enim ea tuebitur? Imbellis? videlicet atque inermis « multitudo? tam, hercule, quam a Gallorum impetu « defendit. An a Veiis exercitum Camillumque ducem « implorabunt? Hic omnes spes opesque sunt, quas « servando, patriam servamus : dedendo ad necem, « patriam deserimus ac prodimus. At fœda atque igno-« miniosa deditio est : sed ea caritas patriæ est, ut tam « ignominia eam, quam morte nostra, si opus sit, « servemus : subeatur ergo ista, quantacunque est, « indignitas; et pareatur necessitati, quam ne dii qui-

6. Pro se ipsis ad mortem ruere, pro gloria sua, ut ignominiam arceant, nulla patriæ ratione habita. Paulo ante alterum me ante immittere delendum recte videbatur Gronovio, qui etiam immittere pro mittere, Sigonio monente, restituit. Et ita Cic. Parad. I, 3 : Quæ patrem Decium, quæ filium devovit, atque immisit in armatas hostium copias. Tuscul. I, 48: Codrum, qui se in medios hostes immisit famulari veste. Noster VIII, 9: Armatus equum insiluit, ac se in medios hostes immisit. XL, 48: eos quum per aliquot dies armaturam levem immittendo, in stationes lacessisset parvis præliis. Curt. de Hypside VII, 7: itaque subditis calcaribus equo, in medios hostes se immisit. Ed. — Quid habent, quod morte sua servent? Nihil: nam urbs et imbelles cives in ea relicti mox pariter perihunt. — Produntur; quidam perduntur; sed vulgatum verius est; mox hoc ipso capite: Quas servando, patriam servamus; dedendo ad necem, patriam deserimus ac prodimus. Ed.

7. Imbellis videlicet, etc. vide ad IV, 5, n. 2. — An a Veiis exercitum Camillumque ducem implorabunt? Camillus ipse quidem Ardea, exercitus vero ejus Veiis accitus erat, quare et ipse Veiis accitus dicitur, ut XXII, 3, ubi id jam monuit Stroth.

« dem superant. Ite, consules, redimite armis civita-« tem⁸, quam auro majores vestri redemerunt. »

V. Consules profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere victor agitaret, negarunt, injussu populi fœdus fieri posse¹, nec sine fecialibus ceremoniaque alia solenni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem, facta est: quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus, ubi precatione res transigitur? Per quem populum fiat, quominus legibus dictis stetur², ut eum ita Jupiter feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur. Spoponderunt consules, legati, quæstores, tribuni militum; nomina-

8. Redimite armis civitatem, armis hosti tradendis, aut traditis, tanquam pretio redemptionis. Majores vestri; nostri Voss. duo, Lovel. 1, 2, 3, Harles. Portug. Klockian. Haverken. Fragm. Hav. Hearnii oxoniensis B. et vett. edd. ante Frobenian. 1535. Vulgatum quod est in Flor. Leid. 2, Lovel. 4, et Gaertu. præferendum arbitramur, quia convenire non videtur Leatulo, ut dicat majores nostri, quum supra narraverit, patrem suum in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis. En.

CAP. V. 1. Negarunt, injussu populi fædus fieri posse, etc. Nota Stroth. est hæc: « confer I, 24, unde intelligitur, quid sit fædus, quo ritu fiat, ac quomodo a sponsione differat, scilicet ut apud nos Friedensschluss, seu Vertrag et Capitulation. Fædus enim erat, ubi utraque pars et postulabat vicissim, et promittebat: in sponsione alterius erat postulare, alterius respondere, vel promittere. Præterea ritu et solemnibus differebant, ut ipse Livius addit. In sponsione enim sponsores erant, qui

subscriptis suis nominibus tenebantur ea, donec eam universa respublica ratam haberet : unde cap. 8, me sponsione obstrinxi; qua tamen, quando injussu populi facta est, non tenetur popul. rom. In fordere feciales erant, qui, a populo rite constituti, populi nomine fœdus feriebant, ita ut eo statim universus populus teneretur. In sponsione obsides dabantur, ab iis qui promiserant, his qui postulaverant: in fœdere non item, ubi utraque pars Jovem ultorem invocat precaturque, ut in eam partem animadvertat, que non steterit fædere. » Confer Grot. de jure B. et P. II, 15 et 16. Aliis scriptoribus hæc similesque, sponsiones dicuntur fædera; vide Duker. ad hunc locum et Sigon. de ant. jur. Ital. I, 1. Cæterum apud Caudium a consulibus male pugnatum esse, tradunt Cic. de off. III, 30, de Sen. 12; Zonar. lib. 7 extr. et Plut. Parall. pr. - Claudiusque, vide ad VI, 42, n. 4.

2. Quominus legibus dictis stetur, ut mox si pacto non staretur. Confer ad III, 36, n. 11. — Ut cam ita Jupiter feriat, etc. confer I, 24.

que omnium, qui spoponderunt, exstant: ubi, si ex fædere acta res esset, præterquam³ duorum fecialium, non exstarent; et propter necessariam fœderis dilationem obsides etiam sexcenti equites imperati, qui capite luerent, si pacto non staretur. Tempus inde statutum tradendis obsidibus exercituque inermi mittendo⁴. Redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti essent; quorum ignavia fœdius inde, quam venissent, abituri. Illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse, belluarum modo cæcos in foveam missos. Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, et inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hosti⁵: proponere sibimet ipsi ante oculos jugum hostile, et ludibria victoris, et vultus superbos, et per armatos inermium iter; inde fœdi agminis miserabilem viam 6, per sociorum urbes reditum in patriam ac parentes, quo sæpe ipsi majoresque eorum triumphantes venissent. Se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos: sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre: sibi nequidquam arma, nequidquam vires, nequidquam animos datos. Hæc frementibus hora fa-

3. Præterquam duorum fecialium: tot etiam Cic. de Leg. II, 9, n. 21, memorat: alii plures.

4. Exercituque inermi mittendo sub jugum, et dimittendo exercitui; vide ad IV, 12, n. 7. — Abituri: durius abesse essent, monet Bauer. Sed modo præcessit, et ita repetendum fuisset. Cæcos, incautos, improvidos, non utentes quasi oculis mentis ac lumine rationis, ut IV, 35, et VII, 34. Drak.

5. Obnoxiaque corpora hosti, vide ad III, 39, n. 1.

6. Miserabilem viam, luctuosum

acerbumque iter agminis fædi, pudendi et ignominiosi. — Reditum in patriam ac parentes: Stroth. huc pertinere putabat, quæ monuimus ad I, 33, n. 7. Sed cum Gron. potius et MS Helmst. leg. in patriam ad parentes. — Sic edidit Campanus: et quum ipsa ratio et perpetua Livii consuetudo postulent ad, et id etiam reperiatur in uno scripto, ut testatur Gronovius, admittendum censemus. Ed. Confer II, 13, n. 4; II, 49, n. 7; XXII, 60 med. et Plaut. Capt. Prol. 43: « Redpcemque faciet liberum in patriam ad patrem. »

talis ignominiæ advenit, omniæ tristiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis? Jam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire jussi, et primi traditi obsides, atque in custodiam adducti; tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque detracta: tantam inter ipsos, qui, paulo ante eos exsecrantes, dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit⁸, ut, suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos.

VI. Primi consules prope seminudi¹ sub jugum missi: tum, ut quisque gradu proximus erat, ita ignominiæ objectus: tum deinceps singulæ legiones. Circumstabant armati hostes, exprobrantes eludentesque: gladii etiam plerisque intentati: et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior² victorem offendisset; ita traducti sub jugum, et, quod pæne gravius erat, per hostium oculos. Quum e saltu evasissent, etsi, velut ab inferis extracti, tum primum lucem aspicere visi sunt, tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaque, quum ante noctem Capuam pervenire pos-

^{7.} Quam quæ præceperant animis, vide ad VII, 26, n. 5.

^{8.} Tantam inter ipsos... miserationem fecit, etc. « Non cohærent hæc cum antecedd. Debebat fecerunt; aut ante tantam insere id, vel quod. Sed forte oblitus sui est, ob hunc ipsum usum participii, notantis, quod sunt jussi, quod sunt paludamenta detracta; quasi jussio ut abirent, detractio paludamentorum, rò juberi, rò detrahi, ut Græci infinitivo utuntur, et Itali hodie. Possis et jussos legere pro jussi: sed res ut gesta monstratur, nec modo, quid miserationem fecerit, sed et,

quid factum, narratur; » Bauer. id post tantam excidisse putabat Drak.

CAP. VI. 1. Prope seminudi sub jugum missi, vide ad III, 19, n. 9. — Tum deinceps, vide ad I, 21, n. 8. — Eludentesque, vide ad I, 36, n. 4.

^{2.} Vultus eorum indignitate rerum acrior, non ob indignitatem, sed quam pro indignitate, si acrior, contumacior, minacior esset vultus, quam ferret indignitas et conditio obnoxia, quam submissus deceret vultus, non fortis; Bauer. — Traducti per hostium oculos, vide ad II, 38, n.4. — Lucem aspicere visi sunt sibi ipsi.

A. C. 319. U. C. 433.

sent; incerti de fide sociorum, et quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua omnium egeni³ corpora humi prostraverunt; quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio justa sociorum superbiam ingenitam Campanis: confestim insignia sua consulibus, fasces, lictores, arma, equos, vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt: et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi, justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis: neque illis sociorum comitas vultusque benigni et alloquia 4 non modo sermonem elicere, sed ne, ut oculos quidem attollerent, aut consolantes amicos contra intuerentur⁵, efficere poterant: adeo super mœrorem pudor quidam fugere colloquia et cœtus hominum cogebat! Postero die quum juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad finem campanum⁶ prosequerentur, revertissent, vocatique in curiam percunctantibus majoribus natu, multo sibi mæstiores et abjectioris animi visos, referrent; adeo

3. Omnium egeni corpora, etc. rectius forte al. egena, hoc est, omnibus, quibus corpora curantur, et veteres diligentius quam nos curare solebant, destituta at fraudata, quum et puderet et dedignarentur, quærere, aut sumere, quæ usui essent; Gron. — Hæc lectio, quæ editos ante Sigonium obtinebat, quam tuentur duo e Gronovianis, tres e nostris scriptis antiquissimi, merito placuit magis Gronov: quam ea quæ a Sigon. subjecta fuit. En. - Egena poetice plane dictum, et possit ferri, quum poetica non abhorreat Livius; Bauer. - Evicit, vicit. - Benigne mittunt, vide ad III, 63, n. 2.

4. Vultusque benigni et alloquia, consolationes παραμύθια (Zureden, Zuspruch), ut et al. allocutiones. Conf.

Drak. ad hunc locum; Doer. ad Catull. XXXVIII, 5, et Intpp. Hor. Epod. XIII, 18. — Non hoc loco non modo omissum esse, ut pessime sequente ne quidem, monet Doer. Confer ad I, 40, n. 1. Sed præcedit neque.

5. Amicos contra intuerentur, conf. ad I, 16, n. 8.

6. Ad finem campanum, vide ad II, 49, n. 10. Mox suspicari possis vocati in curiam...referunt, quia desideratur h. l. apodosis. Sed ea quærenda in princ. cap. seq. Confer ad V, 24, n. 6. — Abjectioris animi; alii abjectiores animi, hoc est, animo, prob. Bauero; sed si Livii, orationem omni modo variare captantis, morem sequi velimus, recipienda erit lectio, quam contra Sigon. defendit Gron. Ed.

silens, ac prope mutum agmen incessisse: tacere⁷ indolem illam romanam, ablatosque cum armis animos. Non reddere salutem, non salutantibus dare responsum⁸, non hiscere quemquam præ metu potuisse, tamquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo emissi essent. Habere Samnites victoriam, non præclaram solum, sed etiam perpetuam⁹; cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius fuerit, romanam virtutem ferociamque.

VII. Quum hæc dicerentur audirenturque, et deploratum pæne romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset; dicitur Ofilius Calavius, Ovii filius, clarus genere factisque, tum etiam ætate verendus, longe aliter se habere rem dixisse: Silentium illud obstinatum, fixosque in terram oculos, et surdas ad omnia solatia aures, et pudorem intuendæ lucis, ingentem molem irarum ex alto animi cientis indicia

7. Tacere indolem illam rom., torpere, se non exserere, hand animadverti; quod aptius esse hoc loco ob præc. et seqq. quam jacere (vide ad X, 35, n. 3), quod Grut. conj. et Drak. probavit, monent Gron. et Doer. Conf. ad X, 35, n. 3. Contra Bauer. contendit, nil absurdius esse hac lectione: non enim ante clamasse illam indolem. Confer et Drak. indolem rom. ut cap. 7, ingenia romana.

8. Non salutantibus dare responsum haud dubie glossa, verbis non reddere salutem adscripta; quæ et sententia est Stroth. — Rerentibus cervicibus absoluti ablativi, nisi leg. ferentes; Bauer.

o. Sed etiam perpetuam victoriam, « fructus perpetui, valituram in omne tempus. Romanam virtutem ferociamque cepisse, ademisse Romanis, exuisse illos omni animo et fortitudine, ut nunquam posthac ausuri sint rebellare »; Bauer.

CAP. VII. 1. Deploratum rom. nomen, vide ad I, 10, n. 2, et III, 38, n. 3, — In concilio; al. consilio, non male, quia senatus erat; Bauer. vide ad I, 54, n. 1.

2. Ingentem molem irarum (in quibusdam MSS minarum) ex alto animo cientis hominis cujusvis indicia esse: sed cum aliis potius leg. animi.ex alto et quasi profundo sui, vel imo pectore cientis ac velut spirantis: alte nanque in pectus descenderat illata contumelia; Gron. animo bene in se; altus animus est, qui occultat consilia sua: sed genitivus cientis tunc non habet, unde pendeat; nisi legere malueris cientium; Bauer. animi Voss. 1. Confer ad Tae. Ann. II, 82, n. 6. Alto animo, seu animi opponitur summo, vel imo animo: nisi meram taciturnitatem eo

esse: aut romana se ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum; caudinæque pacis aliquanto Samnitibus quam Romanis tristiorem memoriam fore. Quippe suos quemque eorum³ animos habiturum, ubicumque eongressuri sint: saltus caudinos non ubique Samnitibus fore. Jam Romæ etiam⁴ sua infamis clades erat: obsessos primum audierunt: tristior deinde ignominiosæ pacis magis, quam periculi, nuntius fuit; ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat: dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam deditionem tam fœde factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus est⁵. Tabernæ circa forum clausæ; justitiumque in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum:

significari malis; Ern. — Nulla hie, ut recte observat Gronovius, obscuritas, nisi a positu verboram; indicice esse animi cientis ac velut spirantis ex alto et quasi profundo sui, alte enim in pectus injuria descenderat, ingenamo, etc. scripti tamen habent ex alto animo; sed minus commode; primae editiones dedere animi, quod planiorem sensum efficit. Ep.

- 3. Quemque eorum, scil. Romanorum habiturum snos animos, virtutem Romanis propriam. Pro eorum quadam edd. coram, quæ lectio ex errore operarum Elecvir. orta est.
- 4. Jam Romæ etiam (al. R. et, vel ee R.) sua, quam cives sui experti essent, infamis clades erat, rumorem infamiæ sparserat; Boer. Tristior magis ignominiosæ pacis, quam perieuli, nuntius fuit, redundat magis, et sæpe, ut Græci μᾶλλον, comparativis, aut verbo malle, additur. Confer ad KAH, 34, n. 8, et XLI, 23, n. 3; Drak. ad hune loc. Duker. ad Thucyd.
- VII, 29; Heyn. ad Virg. Cult. 78; Schlenaneri Lex. N. T. verb. μαλλον.

 Eodem modo Justims III, 2: non inventione easum magis, quam exemplo clarior. Sic et potius jungitur cum alia voce comparativi gradus, supra in præfatione Livii, et apud Cicer. Epist. IX, 2 ad familiares. En. « Possit tamen et sic intelligi: Tristior fuit nuntius pacis, quæ magis ignominiosa esset, quam periculum: quippe et periculum erat ignominiosum, tam turpiter deprehensis sua culpa et obsessis, ignominiosior tamen pactio »; Baner.
- 5. Consensum in omnem formam luctus est: al. concessum, quod valde arridet Bauero; et facile ex ipso Livio defendi posset, si in melioribus libris non esset consensum. Cæterum consensus et concessus in MSS commutari solere monuit Drakenborch. ad Liv. III, 26, § 6. Ed. Tabernæ circa forum clausæ, vide ad III, 27, n. 3. Justitiumque in foro sua sponte cæptum prius, quam indictum, vide ad III, 3,

lati clavi, annuli aurei positi; pæne mæstior exercitu ipso civitas esse: nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis irasci, sed innoxios etiam milites odisse, et negare Urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis miserabilis: non enim tamquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero in Urbem, ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus nemo eorum forum, aut publicum aspicere 6 vellet. Consules in privato additi, nihil pro magistratu agere, nisi quod expressum senatusconsulto est, ut dictatorem dicerent comitiorum causa. O. Fabium Ambustum dixerunt, et P. Ælium Pætum magistrum equitum: quibus vitio creatis, suffecti M. Æmilius Papus dictator, L. Valerius Flaccus magister equitum. Nec per eos comitia habita: et, quia tædebat populum omnium magistratuum ejus anni, res ad interregnum rediit. Interreges Q. Fabius Maximus, M. Valerius Corvus; is consules creavit Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum, haud dubio consensu civitatis, quod nulli ea tempestate duces clariores essent.

n. 2. — Lati clavi, annuli aurei (senatorum equitumque insignia) positi, depositi, ut sæpe in luctu. Cf. IX, 46; XXXIV, 7; XLIII, 16; Suet. Aug. 100; Plin. XXXIII, 1, s. 6 (qui etiam de sero usu annuli aurei, Romæ ascito, agit); ad Tac. Ann. II, 75, n. 6; Cujac. ad Paull. Sentent. I, 21, n. 14; Kirchman. de fun. II, 17. — Annulum aureum senatores et equites romanos gestavisse constat, sed non vetustioribus reipublicæ tempogibus, quibus usum annulorum rarissimum fuisse, eosque primo ferreos gestari solitos esse tradit

Plinius loco citato. Et re quidem ipsa hæc prima mentio apud Livium annulorum aureorum occurrit; nec ex hoc loco colligendum est tum vulgares admodum fuisse. En.

6. Publicum aspicere et in privato additi, vide ad II, 24, n. 6. — Nihil pro magistratu agere, vid. ad II, 7, n. 4.

7. Quibus vitio creatis, vide ad V, 17, n. 4. — Q. Fabius Maximus, vide ad VIII, 18, n. 2. — Is consules creavit, vide ad VII, 16, n. 6. — Philonem, adde tertium: nam fuit Philo consul iterum an. 428. Cf. VIII, 22. Ep.

VIII. Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat Patribus) magistratum inierunt, solennibusque senatusconsultis perfectis¹, de pace caudina retulerunt. Et Publilius², penes quem fasces erant, « Dic, Sp. Po-« stumi, inquit.» Qui ubi surrexit, eodem illo vultu, quo sub jugum missus erat: « Haud sum ignarus, in-« quit, consules, ignominiæ, non honoris causa me « primum excitatum jussumque dicere, non tamquam « senatorem, sed tamquam reum qua 3 infelicis belli, « qua ignominiosæ pacis. Ego tamen, quando neque « de noxa nostra, neque de pœna retulistis, omissa de-« fensione, quæ non difficillima esset apud haud igna-« ros fortunarum humanarum necessitatumque, sen-« tentiam de eo, de quo retulistis, paucis 4 peragam. · Quæ sententia testis erit, mihine, an legionibus « vestris pepercerim, quum me seu turpi, seu neces-« saria sponsione obstrinxi. Qua tamen, quando in-« jussu⁵ populi facta est, non tenetur populus roma-« nus; nec quidquam ex ea, præterquam corpora « nostra, debentur Samnitibus. Dedamur per feciales α nudi vinctique : exsolvamus religione populum 6, si « qua obligavimus; ne quid divini humanive obstet.

CAP. VIII. 1. Quo creati sunt die, etc. confer Drak. — Solennibus senatusconsultis perfectis, nam novi consules, inito magistratu, ad senatum referre, vel cum consulere solebant primum de religione foriisque latinis (confer ad XXI, 63, n. 10; Cic. ad Quir. p. red. 5, et Gell: 14,7), tum de republica (vide ad XXII, 1, n. 7; Cic. loco laudato, et Phil.VI., 1), hocest, quomodo respublica in annum administranda domi militisque, qui in provincies mittendi et revocandi, quot milites conscribendi et dimittendisint.

2. Publilius, penes quem fasces erant,

vide ad II, 1, n. 11. — Qui ubi surrexit: nam stantes sententiam dicebant senatores, longioribus orationibus utentes; unde mox me primum excitatum ud surgendum jussumque dicere. Confer ad XXVII, 34, n. 2, 3, et Cie. ad Att. I, 13.

- 3. Qua infelicis belli, qua i. p. conf. ad II, 35., n. 3.
- 4. Paucis peragam sententiam, vide ad I, 18, n. 10.
- 5. Qua tamen, quando injussu, etc. confer ad VIII, 5, n. 1.
- si qua obligavimus, vide ad V. 23, n.

« quo minus justum piumque? de integro ineatur « bellum. Interea consules exercitum scribere, armare, « educere placet; nec prius ingredi hostium fines, « quam omnia justa in deditionem nostram perfecta « erunt. Vos, dii immortales, precor quæsoque, si « vobis non fuit cordi⁸, Sp. Postumium, T. Veturium « consules cum Samnitibus prospere bellum gerere, « at vos satis habeatis, vidisse nos sub jugum missos, « vidisse sponsione infami obligatos, videre nudos a vinctosque hostibus deditos, omnem iram hostium « nostris capitibus excipientes. Novos consules legioa nesque romanas ita cum Samnite gerere bellum ve-« litis, ut omnia ante nos consules bella gesta sunt.» Quæ ubi dixit, tanta simul admiratio miseratioque viri incessit omnes9, ut modo vix crederent, illum eumdem esse Sp. Postumium, qui auctor tam foedæ pacis fuisset: modo miserarentur, quod vir talis etiam præcipuum apud hostes supplicium passurus esset ob iram diremptæ pacis. Quum omnes, laudibus modo prosequentes virum, in sententiam 10 ejus pedibus

7. — Quid divini humanive, vide ad III, 17, n. 6.

7. Justum piumque...bellum, confer ad I, 22, B. 6. — Quam omnia justa in deditionem nostram perfects erunt, que ad deditionem nostram pertinent in deditionem nostram perfecta, vel in deditionem nostram peracta, id est, ut omnia redeant ad deditionem et per eam perficiantur, conj. Ern.

8. Si vobis non fuit cordi, vide ads VI, 9, n. 1.

9. Miseratioque viri incessis omnes, confer ad II, 27, n. 10, homines pro omnes plerique MSS et edd. ante Drak. sed non nisi. unum genus hominum senatui interesse poterat; Gron. — Ob

iram diremptæ pacis, vide ad I, 5, n. 5. 10. In sententiam ejus pedibus irent (vide ad I, 32, n. 13), huic ipsi viro acerbam futuram, camque sic tacite approbarent, nisi quod (mode pro tantummodo; Drak.) laudibus eumdem simul extollerent; Stroth. qui sententiam requirere hoe modo putabat. Sed Baueri mota est : « Cur modo? qua alin re prosequerentur? An hoe wak, parcere ei potuisse, et servere virum in civitate? Sie berte intelligenda, si vera, lectio. E superioribus prave repetitum delendumque, acute conjecit Faber. Si sit meritis, probarim. Sed viz dignum est Postumio. Possit tamen et exponi : modo , nil aliud (facientes) quans laudibus prosequentes irent, tentata paulisper intercessio 11 est ab L. Livio et Q. Mælio, tribunis plebis, qui, neque exsolvi religione populum, aiebant, deditione sua, nisi omnia Samnitibus, qualia apud Caudium fuissent, restituerentur; neque se pro eo, quod, spondendo pacem, servassent exercitum populi romani, pænam ullam meritos esse; neque ad extremum, quam sacrosancti essent 12, dedi hostibus violarive posse.

IX. Tum Postumius: « Interea dedite, inquit, pro« fanos I nos, quos salva religione potestis: dedetis
« deinde et istos sacrosanctos, quum primum magi« stratu abierint; sed, si me audiatis, prius, quam
« dedantur, hic in comitio virgis cæsos, hanc jam ut
« intercalatæ pœnæ usuram habeant. Nam quod dedi« tione nostra negant exsolvi religione populum, id

pleni landum ejus, et omnium immemores, quibus merito succenserent, effuse eum laudantes, unice et sine ulla nota; adde, sine cunctatione, dubitatione, an ei assentirentur; non disceptantes de sententia ab eu peracta, sed eum laude dicentis statim probantes. »

II. Tentate paulispar intercessio est ab trib. pl., corperunt dicere, ex quibus intelligeretur, eos cupere intercedere, at viderent, quemodo sociperantur, et an turo intercedere possent; Esn. — Tribunis plebis; qui quum apud Caudium spopontiissent, pestea ad urbem seversi tribunis plebis non heccitum, quaum tribunis plebis non heccitum, quaum tribunis plebis non heccitum, quaum tribunis plebis non heccitum quaum tribunis plebis non heccitum quaum tribunis plebis non heccitum.

12. Quum sacrosancti essent, vide ad II, 8, n. 3. Itaque hi tribuni crenti ex iis, qui sub jugum missi fuerant ad Caudium.

CAP. IX. 1. Interea dedite nos profamos, ante quam dedatis illos sacrosanctos. E MSS Rottend. malim : Dedite interea, dedite; quæ repetitie constantiam in adhortanda deditione impense exprimit; J. Gron. - Assentintatur tres e mostris antiquissimi; sic II, 40, mater Coriolano: Sine, sine, priusquam complexum accipio, sciam, inquit, etc. Ut illic ex secundo MS Pal. annotatum est. XXX, 14: Mon est, non, mihi crede, cantum ab hostibus armatis ætati nostræ perioukim. V, 4: Invitus in hac parte orationis, invitus, Quirites, morer, at ex quibusdam libris admonuit J. F. Gronovius. En. - Hic in comisio, vide ad I, 36. n. 6. - Manc jam ut...intercalata, in diem dilatæ (confer not. 15), pænæ usuram hoc, tanquam usuram, id est, premium ; nisi pena innultur soluta , vel sumpta ante quam justa luatur, adéoque usuræ instar paster hanc exacta et accepta. Metaphores sunt aptæ ac note; jam nunc, priusquam, hostibus dediti, solidam pænam subeant, tantisper dilatam; Bauer. .

« istos magis, ne dedantur, quam quia ita se res ha-« beat, dicere, quis adeo juris fecialium² expers est, « qui ignoret? Neque ego infitias eo 3, Patres con-« scripti, tam sponsiones quam fœdera sancta esse « apud eos homines, apud quos juxta divinas religio-« nes fides humana colitur : sed injussu populi nego « quidquam sanciri posse, quod populum teneat. An, « si eadem superbia, qua sponsionem istam expresse-« runt nobis Samnites, coegissent nos verba legitima « dedentium urbes in nuncupare, deditum populum ro-« manum vos tribuni diceretis, et hanc urbem, tem-" pla, delubra, fines, aquas, Samuitium esse? Omitto « deditionem, quoniam de sponsione agitur. Quid tan-« dem, si spopondissemus, urbem hanc relicturum « populum romanum? si incensurum? si magistratus, « si senatum, si leges non habiturum? si sub regibus « futurum? Dii meliora 5! inquis. Atqui non indignitas « rerum sponsionis vinculum levat. Si quid est, in

2. Juris fecialium, quorum collegium de ceremoniis belli fœderisque rite observandis sententiam ferebat, quosque Cic. de Leg. II, 9, dicit esse fæderum, pacis, belli, induciarum oratores et judices. Confer cap. 11, n. 6; XXXI, 8; XXXVI, 3; et Drak. ad hunc loc. lidem feciales curabant, ne sociis legatisque injuria fieret, et pax fœdusque ullo modo violaretur. Confer XXXVIII, 42, n. 2; Valer. Maxim.VI, 6, e. 3, 5; Diomys. Halic. II, 72.

3. Neque ego infitias eo, vide ad VI, 40, n. 2. — Juxta divinas religiones, codem modo, cadem reverentia, ac divinas religiones. Eo.

4. Verba legitima dedentium urbes, vide I, 38. — Delubra, fines, aquas; forte agros, ut VII, 31, in pari causa: neque enim a Persis res agitur, aquam terramque petentibus (vide XXXV, 17); Bauer.

5. Dii meliora, scilicet dent, et illud prohibeant: formula abominantis deprecantisque a se mala (Behüte Gott!), ut XXXIX, 10. Conf. Heyn. ad Tibull. III, 4, n. 1. Pro inquis quidam libri inquit; recte forsan; vide ad VI, 40, n. 3. Inquit Oxoniens. C. apud Hearnium, qui similiter etiam a viro docto ad marginem ed. Rom. principis emendatum fuisse monet. Id factum videtur quia, quum præcesserit vos Tribuni, diceretis, to inquis minus convenire posse credebatur. Inquit autem adhiberi, licet de pluribus sermo sit, Gron. docuit ad XXXIV, 3; ea tamen, quæ laudat, huie loco omnia non conveniunt. Ep. Mox in quod obligari multi boni MSS in quo Drak. et antt. edd. Male, quum sequatur in omnia; Bauer.

« quod obligari populus possit, in omnia potest. « Et ne illud quidem 6, quod quosdam forsitan mo-« veat, refert, consul, an dictator, an prætor spopon-« derit. Et hoc ipsi etiam Samnites i judicaverunt, « quibus non fuit satis consules spondere; sed legatos, « quæstores, tribunos militum spondere coegerunt. « Nec a me nunc quisquam quæsiverit, quid ita spo-« ponderim 8? quum id nec consulis jus esset; nec « illis spondere pacem, quæ mei non erat arbitrii, « nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem. Ni-« hil ad Caudium, Patres conscripti, humanis consiliis « gestum est : dii immortales et vestris et hostium « imperatoribus mentem ademerunt. Nec nos in bello « satis cavimus; et illi male partam victoriam male « perdiderunt, dum vix locis, quibus vicerant, cre-« dunt, dum quacumque conditione arma viris in « arma natis auferre festinant. An, si sana mens fuis-« set, difficile illis fuit, dum senes ab domo ad con-« sultandum arcessunt, mittere Romam legatos? cum « senatu, cum populo, de pace ac fœdere agere? tri-« dui iter expeditis 9 erat. Interea in induciis res fuis-« set 10, donec ab Roma legati aut victoriam illis cer-« tam, aut pacem afferrent. Ea demum sponsio esset, « quam populi jussu spopondissemus. Sed neque vos « tulissetis, nec nos spopondissemus: nec fas fuit « alium rerum exitum esse, quam ut illi, velut som-« nio lætiore, quam quod mentes eorum capere pos-« sent, nequidquam eluderentur 11; et nostrum exer-

^{6.} Et ne illud quidem, quod quosdam forsitan moveat, refert, vide ad VIII, 39, n. 3, et del.; Bauer.

^{7.} Samnites judicaserunt, vide ad VIII, 19, n. 7.

^{8.} Quid ita spoponderim, vide ad V, 51, n. 2.

^{9.} Tridui iter expeditis, vide ad V, 16, n. 2.

^{10.} Interea in induciis res fuisset, vide ad VII, 38, n. 1.

^{11.} Velut somnio lætiore...nequidquam eluderentur; aut pleonasmus est, aut hreviloquentia pro: elusi, velut

« citum eadem, quæ impedierat, fortuna expediret: « vanam victoriam 12 vanior irritam faceret pax; spon-« sio interponeretur, quæ neminem, præter sponso-« rem, obligaret. Quid enim vobiscum, Patres con-« scripti, quid cum populo romano actum est? Quis « vos appellare potest 13? quis se a vobis dicere dece-« ptum? hostis? an civis? Hosti nihil spopondistis: « civem neminem spondere pro vobis jussistis. Nihil « ergo vobis nec nobiscum est, quibus nihil mandastis; « nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis. Sam-« nitibus sponsores nos sumus, rei satis 14 locupletes. « In id, quod nostrum est; in id, quod præstare pos-« sumus, corpora nostra et animos; in hac sæviant; « in hee ferrum, in hee iras acuant. Quod ad tribu-« nos attinet, consulite, utrum præsens deditio eorum « fieri possit, an in diem differatur 15. Nos interim,

somnio, nec quidquam tanta commoda temuissent; ut ita elusis et deceptis necquidquam acta omnia essent; Bauer. — Quæ impedierat fortuna, expediret, vide ad VII, 34, n. 4.

12. Vanam vieteriam, non virtute et gloriose, sed dolo et male partam (ut paulo ante dictum; vel, ut cap. 14, ubi errorem fraus superbe vicisset), quie itaque speciem potius victoria haberet, quam ejus nomine digna esset, irritam faceret vanior pax, que vel minus pax vere dicenda esset, quippe cum iis facta, que eam facere nom possent, quorumque sponsione non teneretur populus rom., cujus injussu facta esset. Confer ad I, 8, n. 3.

13. Quis vos appellare potest, objurgare, ut apud Cic. Off. I, 25, vel potius a vobis exigere, quod spopondimus, ut appellare sponsorem, vel debitorem de pecunia, hoc est, solutionem debiti postulare; vide ad Tac. Annal. lib. VI, cap. 17, n. 3.

14. Rei satis locupletes, satis digni, a quibus fides sponsionis exigatur; Doer. Immo, qui fidem præstare et possunt, et volunt deditione sua. Conf. seqq. Locupletes propr. qui solvere possunt, et fidem habent : unde testes locupletes fide digni. - Fras exacuant habet Lovel. 4; sed simplici acuere in his locutionibus Livins uti solitus est; infra XL, 27: quibuscumque irritamentis poterat, iras militum acuebat. Ita acuere curam, studia, et similia, apud eum passim occurrunt. Deinde iram Flor. Verum de uno bomine ira usurpari nemo est qui ignoret; et inf. videbimus ad librum XXIX, 22. Hic autem de Samnitibus in genere dici-

15. An in diem differatur, sc. certum donec magistratu abierint; conf. prince cap. vel in futurum tempus, ut pænas reservare in diem apud Cic. Col. 24. In diem hoc loco opponitur præsenti deditioni, ut apud Cic. petit. cons. 12

« T. Veturi, vosque cæteri, vilia hæc capita luendæ « sponsionis 16 feramus, et nostro supplicio liberemus « romana arma 17. »

X. Movit Patres conscriptos tum causa¹, tum auctor; nec cæteros solum, sed tribunos etiam plebei, ut se in senatus dicerent fore potestate. Magistratu inde se extemplo abdicaverunt, traditique fecialibus cum cæteris Caudium ducendi. Hoc facto senatusconsulto, lux quædam affulsisse² civitati visa est. Postumius in ore erat³; eum laudibus ad cælum ferebant: devotioni P. Decii consulis, aliis claris facinoribus æquabant. Emersisse civitatem ex obnoxia⁴ pace illius consilio et opera: ipsum se cruciatibus et hostium iræ offerre, piaculaque pro populo romano dare. Arma cuncti spectant et bellum. En unquam⁵ futurum, ut congredi armatis cum Samnite liceat? In civitate,

 $\tau_{\tilde{\Theta}}$ statim. In diem, scilicet certam emere dixit Nep. Att. 9.

- 16. Vilia hæc capita luendæ sponsionis causa (vide ad III, 56, n. 4) feramæs ad hostem, vel ei offeramæs. Possit etiam legi sponsioni, aut jungi capita laendæ sponsionia, id est, cos homines, per tuos, a quibus præcipue, maxime luendæ sit sponsio: sano enim oapita rei Cosa. erant; Bauer. Luere sponsionem, prop. culpa sie contracta se liberare, purgare, et hine pænam pro sa luere, ut l. eædem, temeritatem, al. I, 26; V, 18; XXXVIII, 48.
- 17. Nostro applicio liberemus rom. arma, pænam luendo Romanos solvamus scelere impio (ita c. 10 extr.); vel religione exsolvamus, ut bellum justum gerere possint; vel supplicium, quad nos meruinus, nest in Romanos bellum reparaturos transferamus, ira deorum ob perfidiam nostram in uxteros omnes cives concitata.

- CAP. X. 1. Movit Patres c. tnm causa, res ipsa, a Postumio exposita. — Se in senatus fore potestate, vide ad II, 56, n. 16.
- 2. Lux quadam affulsisse, etc. Cie. Phil. I, 2; X, 6, Lux quadam affulsisse civitatis legis Flor. Male; nihil mutandum; affulgere translata significatione, et quidem cum dativo, Livio frequens est; infra XXVII, 18, Magoni jam haud ferme fidenti prima spes, morte nuntata Marcedii, affulsit; XXX, 30, o mihi talis aliquando fortuna affulsit; XIII, 45, obstinatis mori spes affulsit. En.
- 3. Postumius in ore erat, vide ad II, 36, n. 3. — Devotioni P. Decii... æquabant omn, vide ad V, 23, n. 4.
- 4. Emersisse civitatem ex obnoxia pace, vide ad II, 29, n. 7, et VI, 28, n. 5. Arma cuneti spectant, vide ad I, 9, n. 3.
 - 5. En unquam futurum, etc. vide

ira odioque ardente, delectus prope omnium voluntariorum fuit: rescriptæ ex eodem milite novæ legiones, ductusque ad Caudium exercitus. Prægressi feciales ubi ad portam venere, vestem detrahi pacis sponsoribus jubent, manus post tergum vinciri. Quum apparitor verecundia majestatis Postumium laxe vinciret; « Quin tu, inquit, adducis lorum, ut justa fiat dedi-« tio? » Tum, ubi in cœtum Samnitium et ad tribunal ventum Pontii est, A. Cornelius Arvina fecialis ita verba fecit: «Quandoque hice homines injussu po-« puli romani Quiritium fœdus ictum iri spoponde-« runt, atque ob eam rem noxam nocuerunt; ob eam « rem, quo populus romanus scelere impio sit solu-« tus, hosce homines vobis dedo.» Hæc dicenti feciali Postumius genu femur⁷, quanta maxime poterat vi, perculit, et clara voce ait, se samnitem civem esse, illum legatum; fecialem a se contra jus gentium violatum⁸; eo justius bellum gesturos.

ad IV, 3, n. 6. - Delectus omnium voluntariorum fuit, id est, ita habitus, ut nemo non voluntarius scriberetur: omnes, qui scriberentur, voluntarii erant : cogi neminem attinebat; Bauer. – Rescriptæ legiones (îterum scriptæ, ut reficere tribunum; confer ad II, 56, n. 4) ex codem milite, seu exercitu, scilicet qui ad Caudium missus erat sub jugum. Confer XXV, 6. Hinc cap. 12 extr. pro Publilius in Samnio substitit adversus caudinas legiones (Samnitium exercitum ad Caudium victorem) Sigon. e quibusdam libris vett. substitui malebat adducens caudinas legiones, scilicet Romanorum. Confer XXV, 6, n. 7.

- 6. Quandoque hice homines, etc. vide ad V, 25, n. 3.
- 7. Feciali Postumius genu femur...
 perculit: quidam MSS h. l. et cap. 11

percutit, probb. Ernesto et Bauero. 8. Fecialem a se contra jus gentium violatum : Stroth. « Væ! inquit, isti nequam, qui magnanimus dicitur. Quis eum Samnitem civem fecerat? deditum, obnoxium Samnitibus? num hæc est ista Romanorum laudata fides et probitas? Ego quidem nullum majus flagitium, nullam majorem perfidiam inter barbaros novi. Hoc erat eludere deos, religionem ac fidem. Verissima contra sunt, quæ adversus hæc Pontius monet, quem postea Romani crudeliter interfecerunt. » Passim obvia sunt similia exempla inhonestissimarum artium, quibus Romani potissimum usi sunt adversus hostes; in quos quidlibet licere sibi existimasse videntur. Samnites tamen non minus fraudulenter et multo crudelius egisse, vel ex cap. 12 intelligitur.

XI. Tum Pontius, « Nec ego istam deditionem acci-« piam, inquit, nec Samnites ratam habebunt. Quin « tu, Sp. Postumi, si deos esse censes, aut omnia ir-« rita facis, aut pacto stas 1? samniti populo omnes « quos in potestate habuit, aut pro eis pax debetur. « Sed quid ego te appello, qui te captum victori, cum a qua potes fide, restituis? Populum romanum ap-« pello; quem si sponsionis ad Furculas Caudinas fa-« ctæ pænitet, restituat legiones intra saltum, quo « septæ fuerunt. Nemo quemquam deceperit 2: omnia « pro infecto sint: recipiant arma, quæ per pactionem « tradiderunt; redeant in castra sua; quidquid pridie « habuerunt, quam in colloquium est ventum, ha-« beant: tum bellum et fortia consilia placeant; tunc « sponsio et pax repudietur. Ea fortuna, iis locis, quæ « ante pacis mentionem habuimus, geramus bellum: « nec populus romanus consulum sponsionem, nec « nos fidem populi romani incusemus. Nunquamne « causa defiet 3, cur victi pacto non stetis? Obsides « Porsenæ dedistis; furto eos subduxistis: auro civi-« tatem a Gallis redemistis; inter accipiendum aurum « cæsi sunt: pacem nobiscum pepigistis, ut legiones « vobis captas restitueremus; eam paçem irritam fa-

CAP. XI. 1. Pacto stas, vide ad III, 36, n. 11. — Samniti pax debetur, vide ad VIII, 15, n. 1. — Sensus est: Samnitibus debentur aut exercitus et omnes, quos ad Furculas clausos ac captivos in potestate habuerunt, aut pax debetur, sponsione expressa. En. — Quem si sponsionis penitet, displicet ea, improbatur: neque enim populus ipse spoponderat; Bauer. Confer ad II, 54, n. 16:

2. Nemo quemquam deceperit, nullus alterum decepisse videatur; Doer.
Ea fortuna, in eadem conditione

et statu exercituum, cum eadem spe ac metu; Gron. Ante fortuna ed. Gryph. inseruit vero, quod esse potest quin immo; nisi potius leg. vere, ut sit; pristina fortuna, pristina loca, non imagines rerum, restituantur in integrum; Bauer. Illud tamen vero abest ab omnibus MSS et edd. ante Gryph. Mox incusemus e quibusdam MSS pro vulg. accusemus recepit Stroth. tanquam minus tritum.

3. Nunquamne causa defiet; plerique MSS deficiet ex interpr. — Inter accipiendum aurum, v. ad VI, 39, n. 5.

« citis, et semper aliquam fraudi speciem juris impo-« nitis. Non probat populus romanus ignominiosa « pace legiones servatas? Pacem sibi habeat 4, legiones « captas victori restituat: hoc fide, hoc foederibus, hoc « fetialibus ceremoniis dignum erat. Ut tu quidem, « quod petisti, per pactionem habeas, tot cives inco-« lumes; ego pacem, quam hosti tibi remittendo 5 pa-« ctus sum, non habeam: hoc tu, A. Corneli, hoc vos, « feciales, juris gentibus dicitis? Ego vero istos, quos « dedi simulatis, nec accipio, nec dedi arbitror; nec « moror, quo minus in civitatem obligatam 7 sponsione « commissa, iratis omnibus diis, quorum eluditur nu-« men, redeant. Gerite bellum, quando Sp. Postu-

4. Pacem sibi habeat, pace facile carere possumus; statuat de ea populus rom., ut lubet, dummodo legiones c. v. r., Duk. Pacem ne communicet cum non postulante, vel ego non postulo, ut nos: er mag es für sich behalten; ich verlange es nicht; Stroth. Immo: paçem ejus arbitrio relinquamus, de pace pro lubitu statuat populus remanus; Doer. Hac formula sibi habeat utitur, qui, quod non habet ipse, quum babeant alii teneantque, eo se facile carere testatur: hic vero utrisque simul aut babenda pax, aut non habenda erat; neatri poterant habere, vel aspernari sine alteris: ergo sensus poscere videtur pacem ne habeat, legiones c. v. restituat; Gron. Mox forte leg. dignum crit.

5. Hosti tibi remittendo, scilicet tot cives: sed potius cum Gron. leg. has tibi r. Nam nihil hue facit vox hosti, et firmant ejus conjecturam Camp. et unus ex MSS Hearnii. En. Vulgo post non habeam signum interrog. ponitur. Tum ut dictum, ut IV, 2, n. 9. Alii post restituat στιγμήν τελείαν ponunt, et seqq. usque ad non habeam conclu-

dunt in unam periodum; quod probabat Duk.

6. Hos vos, feelales, juris gentibus dicitis, vide ad cap. 9, n. 2. — Nec moror, ut nos: ich will sie nicht aufhälten; Stroth. Confer ad II, 24, n. 5.

7. In pivitatom obligatam (confee ad V, 23, n. 7) sponsione commissa, hoc est, cujus conditio exstitit (nam pacem spoponderant consules, si Romani incolumes dimitterentur, quod factum est; et sic commissa stipulatio in Pandectis est ea, cujus conditio exstitit, quum ex ea deberi cœptum est, et agi ac peti potest), vel populus rom., quum sponsionem, firmatam jure jurando et execratione in capita sponsorum et in populum rom., ratam non haberet, commisit sponsionem, her est, id, qued excerutionibus se diris illis locum faceret, ut apud Cis. pro Cluent. 37, ot Verr. HI, 12, committere pænam et muletam, hoe est, qued pænæ locum facit; Duk. Sponsione commissa, cui necessario satis faciondum est, quoniam nos, altera pars, conditionem explevimus; Ern. Interposita et nune, impleta, sub qua facta « mius modo legatum fecialem genu perculit. Ita dii « credent ⁸, samnitem civem Postumium, non civem

« romanum esse, et a Samnite legatum romanum vio-

« latum; eo vobis justum in nos factum esse bellum.

« Hæc ludibria religionum non pudere 9 in lucem pro-

« ferre? et vix pueris dignas ambages senes ac consu-

« lares fallendæ fidei exquirere? I, lictor, deme vincla

« Romanis: moratus sit nemo, quo minus, ubi visum

« fuerit, abeant. » Et illi quidem, forsan et publica, sna certe liberata fide, ab Caudio in castra romana inviolati redierunt.

XII. Samnitibus, pro superba pace infestissimum cernentibus renatum bellum, omnia, quæ deinde venerunt¹, non in animis solum, sed prope in oculis esse: et sero ac nequidquam laudare semis Pontii utraque consilia; inter quæ se media lapsos victoriæ

est, conditione, necessario implenda, ut devotio convieta et overnissa apud Cic. pro domo 57 (ubi vide Græv.) quæ, quum consequuti sumus, quod voto suscepto a diis consequi voluimus, necessario impleri debet; Stroth. Similiter hereditas, hypotheca, et fiducia commissa (perdita, quum committimes, ut percet; ut nos : ein verfallenes Pfand) apud Cic. Verr. I, 10; II, 14; ad Div. XIII, 56, et Flacc. 21, quod jam monuit Ern. in clav. Cic. Confer Salmas de modo usur. cap. 14, pag. 614; et Græv. ad Cic. p. domo eap. 57. Pro obligatam MSS obluctam, oblitam, obrutum: unde pollutam conj. J. Fr. Gron. sed rectius obstrictam Jac. Grom. coll. IX., 35, et X., 38. Mox genu persulit, vide ad cap. 10, n. 7. 8. Ita dii crodent, etc. eiperinas

dicta mirabilom in modum.

9. Hac ludibria religionum non pa-

4. Mac mayra rengionism non padere vos in lucam proferro, scilic. quis putet? — Ambages fallonda fidei exquirere, confer ad I, 55, n. 6, et III, 35, n. 1.

CAP. XIL L. Que deinde voneruns, evenerunt, contigerunt. Confer I, 7 pr. ad X, 45, n. 2; XXIV, 40, n. 11; XXIX, 20, n. 3; XLIV, 17, n. 3; whi cui classis venisset dicitur pro evenisset, et alterutrum conjicerem cum Crev., nisi provinciam alicui sorte venisse legerom XXIX, 29, n. 3; et aped Justin. XIII, 4, n. 10; et Ern. ad Cic. Verr. V, 6. - Evenerunt habent et duo e nostris; quum tamen illud evenerunt non nisi în suspectæ fidei codicibus, si tres exceperis, occurrat, potius esse censemus utalterum venerunt servetur. Nam venire pro evenire nonnunquam poni ex loc. supra laud. liquet. Confer et Tac. Ann. XII, 32; Sall. Jugurth. oap. 4, et Phæd. Fab. I, 2, ubi vide Burmann. En. - Senis Pontii Herenmii utraque consilia (vide cap. 3) inter quæ media consilia, inter, vel per quoram medium, aut media via (ut cap. possessionem pace incerta mutasse; et, beneficii et maleficii occasione amissa, pugnaturos cum eis, quos potuerint in perpetuum vel inimicos tollere, vel amicos facere. Adeoque, nullo dum certamine 2 inclinatis viribus, post caudinam pacem animi mutaverant, ut clariorem inter Romanos deditio Postumium, quam Pontium incruenta victoria inter Samnites, faceret: et geri posse bellum Romani pro victoria certa haberent, Samnites simul rebellasse et vicisse crederent Romanum. Inter hæc Satricani ad Samnites defecerunt, et Fregellæ colonia nec opinato adventu Samnitium (fuisse et Satricanos cum iis satis constat) nocte occupata est. Timor inde mutuus utrosque usque ad lucem quietos tenuit: lux pugnæ initium fuit; quam aliquandiu æquam, et quia pro aris ac focis dimicabatur³, et quia ex tectis adjuvabat imbellis multitudo, tamen Fregellani sustinuerunt. Fraus deinde rem inclinavit, quod vocem audiri præconis passi sunt, Incolumem abiturum, qui arma posuisset. Ea spes remisit a certamine animos, et passim arma jactari cœpta. Pertinacior pars armata per aversam portam erupit; tutiorque eis audacia fuit, quam incautus ad credendum cæteris pavor: quos circumdatos igni, nequidquam deos fidemque invocantes, Samnites con-

3 extr. si media via consilii caperetur) se lapsos, ineundo mediam viam se lapsos per imprudentiam.

2. Nullo dum certamine, prælio, inclinatis, imminutis (confer ad III, 16, n. 4), vel mutatis viribus Samnitium, ut mox fraus rem inclinavit, nisi potius rem inclinare hoc loco, ut XXXII, 30, n. 3, et al. eodem sensu dicitur, quo VII, 33, et al. acies, vel pugna inclinat (se), scilicet se, vel inclinatur (ut I, 12, n. 4, et al.) in al-

terutram partem, seu fugam, et res inclinata XXII, 6, n. 4, de victoria ad Poenos versa, seu vergente, vel potius quo XXV, t8. Momentum rei facere, et nos: der Sache den Ausschlag geben, et h. loc. leg. inclinatis rebus, scilicet Romanorum et Samnitium. Ad utrumque populum etiam seqq. spectant. — Mutaverant; quidam se mutaverant, sine dubio e gloss. interp. v. II, 3, n. 2.

3. Pro aris ac focis dimicabatur, vide ad V, 30, n. 2.

cremaverunt. Consules, inter se partiti provincias, Papirius in Apuliam ad Luceriam pergit 4, ubi equites romani obsides ad Caudium dati custodiebantur: Publilius in Samnio substitit adversus caudinas 5 legiones. Distendit ea res Samnitium animos 6; quod nec ad Luceriam ire, ne ab tergo instaret hostis; nec manere, ne Luceria interim amitteretur, satis audebant. Optimum visum est committere rem fortunæ, et transigere cum Publilio certamen. Itaque in aciem copias educunt.

XIII. Adversus quos Publilius consul quum dimicaturus esset, prius alloquendos milites ratus, concionem advocari jussit. Cæterum sicut ingenti alacritate ad prætorium concursum est, ita præ clamore poscentium pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est: suus cuique animus, memor ignominiæ, adhortator aderat. Vadunt igitur in prælium urgentes signiferos; et, ne mora in concursu pilis emittendis stringendisque inde gladiis esset, pila, velut dato ad id signo, abjiciunt, strictisque gladiis cursu in hostem feruntur. Nihil illic imperatoriæ artis ordinibus aut subsidiis locandis fuit: omnia ira militaris prope vesano impetu

4. In Apuliam ad Luceriam pergit, etc. Conf. ad cap. 2, n. 2. Quomodo Luceria in Samnitium potestatem devenerit, nusquam prodidit Livius. Cf. ad X, 33, n. 5. — Supra cap. 2, ante caudinam pacem, Lucerini dicuntur boni fidelesque Romanorum socii. Sed nimirum intelligendum est eos postea in potestatem Samnitium venisse, quamvis id noster non memoraverit. Plura apud Livium aliosque accuratissimos scriptores, præsertim rerum romanarum, reperiri suo loco et tempore præterita, quæ deinde tamen, quasi jam ante tradita, per occasionem verbo tantum referuntur; sive memoriam eorum fugerint, quum justior de illis agendi erat locus; sive ipsi de industria ac brevitatis studio prætermiserint, et ex narratione posteriorum intelligi voluerint priora ejusdem negotii; jam observavit Claud. Perizon. Animadv. Histor. c. 4, p. 164. Ep.

5. Adversus caudinas legiones, hoc est, Samnitium exercitum, qui ad Caudium rem gesserat; vide ad cap. 10, n. 5. Ep.

6. Distendit ea res Samnitium animos, cf. 1II, 23, n. 1. — Transigere certamen; ut ap. Sil. X, 471: « Dum rapta volucris Transigerit cursu sonipes certamina campi. » Similiter Tac. Histor. II, 38: Singulis velut ictibus transacta sunt bella. Ed.

egit. Itaque non fusi modo hostes sunt; sed, ne castris quidem suis fugam impedire ausi, Apuliam dissipati petiere: Luceriam tamen, coacto rursus in unum agmine, est perventum. Romanos ira eadem, quæ per mediam aciem hostium tulerat, et in castra pertulit. Ibi plus, quam in acie, sanguinis ac cædis factum, prædæque pars major ira corrupta. Exercitus alter cum Papirio consule locis maritimis pervenerat Arpos per omnia pacata, Samnitium magis injuriis et odio, quam beneficio ullo populi romani. Nam Samnites ea tempestate in montibus vicatim habitantes², campestria et maritima loca, contempto cultorum molliore, atque, ut evenit fere, locis simili genere, ipsi montani atque agrestes depopulabantur. Quæ regio si fida Samnitibus fuisset, aut pervenire Arpos exercitus romanus nequisset, aut interjecta inter Romam et Arpos, penuria rerum omnium, exclusos a commeatibus absumpsisset. Tum quoque profectos inde ad Luceriam, juxta obsidentes obsessosque⁴, inopia vexavit. Omnia ab Arpis Romanis suppeditabantur; cæterum adeo exigue, ut militi, occupato stationibus vigiliisque et opere, eques folliculis in castra ab Arpis

CAP. XIII. 1. Ne castris quidem suis, ad ea confugiendo, fugam impedire, inhibere. — Plus sanguinis ac cædis factum, vide ad II, 30, n. 8.

2. In montibus vicatim habitantes, vide ad V, 5, n. 2. - Contempto (male contemptu in plerisque MSS et edd.) cultorum (campestria et maritima loca incolentium) molliore, atque, ut evenit (fit, fieri solet) fere, locis simili genere: nam ingenia hominum ad indolem fere locorum, in quibus degunt, attemperantur. Cf. V, 33 extr.; XXI, 37 extr.; XXIX, 25 extr.; XLV, 30 fin.

3. Aut interjecta inter Romam et

Arpos, scilic. hæc regio, id est, dum interjecta esset, penuria, per penuriam, exclusos a commeatibus Romanos absumpsisset: nisi leg. interjecta ea, ut sint ablat. absol. et penuria nominativus; Stroth. Malim: interjecta, scilicet loca ... absumpsissent; Gron.; sed nihil mutandum. Ep. Arpi Apuliæ opp., de quo vide ad XXV, 12, n. 6.

4. Juxta obsidentes obsessosque, vide ad V, 6, n. 3. - Opere, vide ad V, 22, n. 6. Mox copula et ante obsessis abest a MS Flor. probb. Gronovio et Drakenb. at in quibusdam edd. non

male, quia et bis repetitur.

frumentum veheret; interdum occursu hostium cogeretur, abjecto ex equo frumento, pugnare. Et obsessis prius, quam alter consul victore exercitu advenit, et commeatus ex montibus Samnitium invecti erant, et auxilia intromissa. Arctiora omnia adventus Publilii fecit; qui, obsidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaque quum spes nulla esset, diutius obsessos inopiam laturos, coacti Samnites, qui ad Luceriam castra habebant, undique contractis viribus, signa cum Papirio conferre.

XIV. Per id tempus, parantibus utrisque se ad prælium, legati tarentini interveniunt, denuntiantes Samnitibus Romanisque, ut bellum omitterent. Per utros
stetisset 1, quominus discederetur ab armis, adversus
eos se pro alteris pugnaturos. Ea legatione Papirius
audita, perinde ac motus dictis eorum, cum collega
se communicaturum respondit: accitoque eo, quum
tempus omne in apparatu pugnæ 2 consumpsisset,
colloquutus de re haud dubia, signum pugnæ proposuit. Agentibus divina 3 humanaque, quæ assolent
quum acie dimicandum est, consulibus, tarentini legati
occursare, responsum exspectantes, quibus Papirius
ait: « Auspicia secunda esse, Tarentini, pullarius nun-

^{5.} Vacuus per agros, etc. hoc est, liber a cura obsidionis, nisi leg. vagus; Duker. Possis et vacuos per agros. Conf. ad III, 40, n. 8. — Quum omnes libri in vulgatum conspirent, omnino præferendum est. Eo sensu vacuus est apud Tacit. Hist. I, 80: Quo magis vacuus jussa exsequeretur. Cic. in Bruto, cap. 5: hunc elegimus diem, quum te sciremus esse vacuum, etc. et de Legib. I, 4: Quoniam vacui sumus, dicam. Confer et Ovid. Trist. II, v.

^{239;} IV, 8, v. 27. ED. — Infesta, vide ad I, 7, n. 7.

CAP. XIV. 1. Per utros stetisset, vide ad II, 31, n. 7.

^{2.} In apparatu pugnæ: ita omnes fere MSS. Plerique editores delevere voc. pugnæ, quia mox repetitur. Sed vide ad I, 3, n. 8. — Signum pugnæ, scilicet tunicam purpuream. ConferVI, 12. Ed.

^{3.} Agentibus divina (auspicia et sacrificia) humanaque, vide ad III, 17,

« tiat; litatum præterea est egregie. Auctoribus diis, « ut videtis, ad rem gerendam proficiscimur. » Signa inde ferri jussit, et copias eduxit, vanissimam increpans gentem, quæ, suarum impotens 4 rerum præ domesticis seditionibus discordiisque, aliis modum pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte altera, quum omnem curam belli remisissent, quia aut pacem vere cupiebant, aut expediebat simulare, ut Tarentinos sibi conciliarent, quum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari, se in auctoritate Tarentinorum manere 5, nec descendere in aciem, nec extra vallum arma ferre. Deceptos potius, quodcumque casus ferat, passuros, quam ut sprevisse pacis auctores Tarentinos videantur. Accipere se 6 omen, consules aiunt, et eam precari mentem hostibus, ut ne vallum quidem defendant. Ipsi, inter se partitis copiis, succedunt hostium munimentis, et, simul undique adorti, quum pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent, nec virtus modo insita, sed ira etiam, exulceratos ignominia stimularet animos, castra invasere: et pro se quisque, non hæc Furculas, nec Caudium, nec saltus invios esse, ubi errorem fraus superbe vicisset; sed romanam virtutem, quam nec vallum, nec fossæ arcerent, memorantes, cædunt pariter resistentes fusosque 8, in-

quibus bellum et pacem habeamus, mo-

n. 6. — Litatum, vide ad V, 38, n. 1.

4. Suarum impotens rerum, ne suæ quidem civitati regendæ par. Contra regni potens, ei administrando par, XXIV, 4, n. 7, et potentes rerum suarum atque urbis XXIII, 16, n. 3. Cf. ad XXII, 42, n. 5, et III, 36, n. 2.

— Aliis modum, normam, leges, pacis ac belli facere, præscribere, ut XXV, 40 extr. et eodem sensu cum

dum imponere, lib. XXI, c. 34, n. 3. 5. Se in auctoritate Tarentinorum manere, vide ad II, 56, n. 16.

^{6.} Accipere se omen, v.ad I, 7, n. 11.
7. Pars fossas explerent, pars vellerent vallum, atque in fossas proruerent, vide ad Tac. Annal. I, 68. —
Non hæc loca Furculas, etc.

^{8.} Cædunt pariter resistentes...impuberes, h. jumentaque: in impuberes, expugnationibus urbium sæpe memo-

ermes atque armatos, servos, liberos, puberes, impuberes, homines, jumentaque. Nec ullum superfuisset animal, ni consules receptui signum dedissent, avidosque cædis milites e castris hostium imperio ac minis expulissent. Itaque apud infensos ob interpellatam dulcedinem iræ confestim oratio habita est, ut doceretur miles, minime cuiquam militum consules odio in hostes cessisse, aut cessuros: quin duces, sicut helli, ita insatiabilis supplicii, futuros fuisse, ni respectus equitum sexcentorum, qui Luceriæ obsides tenerentur, præpedisset animos; ne desperata venia hostes cæcos in supplicia eorum ageret, perdere prius, quam perire9, optantes. Laudare ea milites, lætarique obviam itum iræ suæ esse, ac fateri, omnia patienda potius, quam proderetur salus 10 tot principum romanæ juventutis.

XV. Dimissa concione, consilium habitum, omnibusne copiis Luceriam premerent, an altero exercitu et duce Apuli circa¹, gens dubiæ ad id voluntatis, tentarentur. Publilius consul, ad peragrandam profectus Apuliam, aliquot expeditione una populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit. Papirio quoque, qui obsessor Luceriæ restiterat, brevi ad ² spem eventus respondit. Nam, insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subvehebantur,

rantur exempla similis iræ et crudelitatis victorum: sed quæri potest, cur Samnites impuberes, ætatem minime bello aptam, secum in castra ducere voluerint; Duk. Hæc copiosius ac gravius dicta pro cædunt sine discrimine omnes, neque singulorum enumerationi acriter inhærendum cogitandumve de servis, inermibus, aut impuberibus, qui fuerint in castris; Stroth. Confer ad VI, 16, n. 4.

- 9. Perdere prius quam perire: leg. perirent; Gron.
- 10. Quam proderetur salus, etc. Confer ad II, 43, n. 5.
- CAP. XV. 1. Apuli circa, vide ad I, 4, n. 11. Ad id, vide ad II, 23, n. 3. Luceriæ restiterat, vide ad IV, 58, n. 5.
- 2. Brevi (tempore) ad spem eventus respondit, ut XXVIII, 6, n. 2, hoc est, spei, seu exspectationi, gall. ré-

fame domiti Samnites, qui Luceriæ in præsidio erant, legatos misere ad consulem romanum, ut, receptis equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. His Papirius ita respondit; Debuisse eos 3 Pontium, Herennii filium, quo auctore Romanos sub jugum misissent, consulere, quid victis patiendum censeret. Cæterum, quoniam ab hostibus in se æqua statui, quam in se ipsi ferre, maluerint, nuntiare Luceriam jussit, arma, sarcinas, jumenta, multitudinem omnem imbellem intra mænia relinquerent; militem se cum singulis vestimentis sub jugum missurum 4, ulciscentem illatam, non novam inferentem ignominiam. Nihil recusatum. Septem millia militum sub jugum missa, prædaque ingens Luceriæ capta, receptis omnibus signis armisque, quæ ad Caudium amiserant; et, quod omnia superabat gaudia, equitibus recuperatis, quos pignora pacis custodiendos Luceriam Samnites dederant. Haud ferme alia mutatione subita rerum clarior victoria populi romani est: siquidem etiam (quod quibusdam in annalibus invenio) Pontius, Herennii filius, Samnitium imperator, ut expiaret consulum ignominiam, sub jugum cum cæteris est missus. Cæterum id minus miror, obscurum esse de hostium duce dedito missoque sub jugum: id magis mirabile est, ambigi, Luciusne Cornelius 5 dictator cum L. Pa-

pondre à son attente. Confer Ern. et Wolf. ad Suet. Cæs. 46. Sic et simpl. eventus respondent, scilicet spei, vel votis, optatis, XXX, 30, n. 9. MSS rectius amissa erant, quis caudina legiones, qua amiserant, cum Publilio erant in Apulia; Gron. Amissa erant, duo quoque e nostris scriptis habent. Ep. Id ex superioribus nom apparere, et adversari XXV, 6, monet Drak. Confer tamen hujus cap. princet ad cap. 10, n. 5. — Quos ut pignora pacis custodiendos Luceriam dederant, miserant, nisi leg. duxerant.

5. Lucius Cornelius Lentulus forsan,

^{3.} Debuisse eos Pontium...censeret: amare dicta. Docuisse quidam MSS unde decuisse conj. Gron. — Quam in, contra, se ipsi ferre sententiam, statuere.

^{4.} Cum singulis vestimentis sub jugum missurum, vide ad III, 19, n. 9. -- Amiserant Romani, sed in pluribus

pirio Cursore, magistro equitum, eas res ad Caudium, atque inde Luceriam gesserit, ultorque unicus romanæ ignominiæ, haud sciam an ⁶ justissimo triumpho ad eam ætatem secundum Furium Camillum, triumphaverit, an consulum Papiriique præcipuum id decus sit. Sequitur hunc errorem alius error ⁷, Cursorne Papirius ⁸ proximis comitiis cum Q. Aulio Cerretano iterum, ob rem bene gestam Luceriæ continuato magistratu, consul tertium creatus sit, an L. Papirius Mugillanus, et in cognomine erratum sit.

XVI. Convenit, jam inde per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum Ferentanis uno secundo prælio debellavit; urbemque ipsam, quo se fusa contulerat acies, obsidibus imperatis, in deditionem accepit. Parí fortuna consulum alter cum Satricanis, qui cives romani post caudinam cladem ad Samnites defecerant, præsidiumque eorum in urbe acceperant, rem gessit. Nam quum ad mænia Satrici admotus esset exerci-

cui familiæ hinc Caudini cognomen inditum putatur. Tres hoc anno dictatores in fastis Capitol. memorantur, C. Mænius, L. Cornelius et T. Manlius. Dictaturæ Mænii mentio quidem fit cap. 26, sed ea fuit altera: prætermissa a Livio prior, in qua res a Mænio in Campania gestas tradit Diod. l. XIX. Cf. Pigh. Ann. ad ann. 433 et 439.

6. Haud sciam an (confer ad II, 2, n. 3) justissimo triumpho, etc. At conf. ad cap. 10, n. 7. — An consulum Papiriique, etc. Vide ad III, 25, n. 3.

7. Sequitur hunc errorem alius error, id est, dubitatio, quod e particulis ne et an intelligitur; ut cap. 45, et apud Ovid. Fast. IV, 669, errantem; Ern. Confer ad I, 24, n. 1; XXVII, 47, n. 7; et XL, 55, n. 1.

8. Cursor Papirius...consul tertium creatus: ita fasti Capitol. et ipse Li-

vius, qui tertium ejus consulatum non alibi memorat, sed modo primum VIII, 23; alterum IX, 7; quintum IX, 28; adeoque tertium h. loc. et quartum IX, 22 pr. ubi nomina consulum incuria librariorum excidisse et ex Diodori lib. XIX, fastisque Capitol. hoc modo restituenda esse: Consules novi, L. Papirius Cursor IV, et Q. Publilius Philo IV, sicut superiores, Romæ manserunt, jam suspicatus est Pighius.— Pro Aulio al. Æmilio.

CAP. XVI. 1. Convenit jam inde, deinde, per consules reliqua belli (vide IV, 27, n. 1) perfecta esse; v. I, 3, n. 4.

2. Cum Ferentanis; imo Forentanis: et sic quoque cap. 20 (ubi Tarento, Acheronto, Florento, Torento in MSS) scribendum Forento: nam Ferentinum et Frentanos (nec non Ferentinos, seu Ferentinates) novimus, at Ferentanos

tus, legatisque missis ad pacem cum precibus petendam³, triste responsum ab consule redditum esset, nisi præsidio Samnitium interfecto aut tradito, ne ad se remearent; plus ea voce, quam armis illatis, terroris colonis injectum. Itaque subinde exsequentes quærendo 4 a consule legati, quonam se pacto paucos et infirmos crederet præsidio tam valido et armato vim allaturos, ab iisdem consilium petere jussi, quibus auctoribus præsidium in urbem accepissent, discedunt: ægreque impetrato, ut de ea re consuli senatum, responsaque ad se referri sineret, ad suos redeunt. Duæ factiones senatum distinebant; una, cujus principes erant defectionis a populo romano auctores; altera, fidelium civium. Certatum ab utrisque tamen est, ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur⁵. Pars altera (quum præsidium Samnitium, quia nihil satis præparati erat ad obsidionem tolerandam, excessurum proxima nocte esset) enuntiare consuli satis habuit, qua noctis hora, quaque porta, et quam in viam egressurus hostis foret. Altera, quibus invitis descitum ad Samnites erat, eadem nocte portam etiam consuli aperuerunt, armatosque clam hostes 6 in urbem acceperunt. Ita duplici prodi-

nullos; Gron. Recte, opinor; vide ad Tac. Ann. XV, 53, n. 4. Forentum opp. Apulia, hod. Forenza.

- 3. Ad pacem cum precibus petendam, suppliciter p., ut precibus petere I, 16, p. orare II, 2, p. petere pacem XLIII, 4. Videtur hæc inprimis forma solennis et religiosa fuisse, eodemque modo sine emphasi dicta, uti fraudem fraudare, servitutem servire, occidione occidi; Ern.
- 4. Exsequentes quærendo, v. V, 15, n. 7. Duæ factiones senatum satricanum distinebant, v. III, 23, n. 1.
- 5. Ut ad reconciliandam pacem consuli opera navaretur, ut consuli aliquid præstaretur, quo ad reconcil. p. permoveri posset, facta nimirum ei præsidium Samnitium opprimendi copia; Doer. Enuntiare, arcana prodere, sic lib. XXXIX, 10: Si coacta caritate ejus, silenda enuntiasset. Et Cicero pro Rosc. Amer. c. 110: Cæterorum legatorum consilia et voluntatem Chrysogono enuntiat. Vid. Gron. et Drak. Enuntiantur arcana, nuntiantur audita, aut visa. Hinc etiam lib. XXV, c. 9, n. 3, et lib. XLI, cap. 24 pr. enuntiare pro

tione et præsidium Samnitium, insessis circa viam silvestribus locis, nec opinato oppressum est, et ab urbe plena hostium clamor sublatus; momentoque unius horæ cæsus Samnis, Satricanus captus, et omnia in potestate consulis erant. Qui, quæstione habita, quorum opera defectio esset facta, quos sontes comperit, virgis cæsos securi percussit: præsidioque valido imposito, arma Satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse Romam Papirium Cursorem scribunt, qui eo duce Luceriam receptam Samnitesque sub jugum missos 7 auctores sunt. Et fuit vir haud dubie dignus omni bellica laude, non animi solum vigore, sed etiam corporis viribus excellens. Præcipua pedum pernicitas inerat, quæ cognomen etiam dedit 8: victoremque cursu omnium ætatis suæ fuisse ferunt, et, seu virium vi, seu exercitatione multa, cibi vinique eumdem capacissimum: nec cum ullo asperiorem (quia ipse invicti⁹ ad laborem corporis esset) fuisse militiam pediti pariter equitique. Equites etiam aliquando ausos ab eo petere, ut sibi pro re bene gesta laxaret aliquid

nuntiare substituend. monuere intpp.

6. Armatosque clam hostes, Romanos, nisi leg. armatosque Romanos clam hoste, Samnitibus, vel clam suis, reliquis civibus non earum partium; Gron. Clam nocte multi MSS. Male!

— Hi hostes intelligendi sunt ipsi Romani, oppugnatores urbis, qui et paulo infra eodem nomine designantur: ab urbe plena hostium, nempe Rom. En.

7. Sub jugum missos esse, auctores sunt, vide ad II, 58, n. 1.

8. Quæ cognomen etiam dedit; sic et Zonar. VII, 26. Sed idem jam avo ejus fuit. Cf.VI,5,n.11;1X,34. Hinc q. c. avo jam dedit conj. Sigon. Forte Livius aliquid humani passus est; aut pedum pernicitas huic L. Papirio con-

firmavit cognomen majorum, quale quid supra V, 31, n. 2, et VI, 39, n. 3, vidimus; Drak. Cui vero h. l. non succurrit πόδας ἀχὺς Αχυλιύς? — Nec cum ullo duce. De gente Papiria vide Cic. ad Div. IX, 21. — Virium vi.; parum usitata sane locutio, et cujus haud facile fortassis exemplum reperias: dicitur tamen, non absimili figura loquendi, robur virium. Ed.

9. Invicti ad (xatà, quod attinet ad) laborem corporis, ut apud Ovid. Met. XII, 167, et inv. a labore, etc. apud Cic. Off. I, 20, et infra XXXIX, 40. Sic et prælio magis ad (xatà) eventum (si eventus spectatur, vel ejus ratio habetur) secundo quam levi XXII, 9, n. 2; nequaquam pari ad virtutem

laboris: quibus ille, «Ne nihil remissum dicatis, re-« mitto, inquit, ne utique dorsum demulceatis, quum « ex equis descendetis.» Et vis erat in eo viro imperii ingens pariter in socios civesque. Prænestinus 10 prætor per timorem segnius ex subsidiis suos duxerat in primam aciem. Quem quum inambulans ante tabernaculum vocari jussisset, lictorem expedire securim jussit. Ad quam vocem exanimi stante Prænestino, « Agedum, lictor.... excide radicem hanc, inquit, « incommodam ambulantibus : » perfusumque ultimi supplicii metu 11, mulcta dicta, dimisit. Haud dubie illa ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo unus erat vir, quo magis innisa res romana staret. Quin eum parem destinant animis magno Alexandro ducem, si arma, Asia perdomita, in Europam vertisset.

XVII. Nihil minus quæsitum a principio hujus operis videri potest, quam ut plus justo ab rerum ordiné declinarem, varietatibusque distinguendo opere, et le

2. — Ne utique (vide ad II, 30, n. 1)
dorsum demulceatis, ut al. cervicem
equorum. Cf. Sil. IV, 264, et XVI, 356.
10. Prænestinus prætor « non videtur fuisse magistratus municipii prænestini (nam Præneste tum nondum
municipium fuisse probabile est, et
Prænestini hi inter socios militarunt;

municipia autem jus legionis habuisse

docet Spanhem. Orb. Rom. I, 9), sed

præfectus cohortis socialis, ut VIII,

viro XXVI, 16. Confer ad VI, 18, n.

11, prætor Laviniensium, et XXIII, 19. Manicius, prætor prænestinus, hoc est, præfectus cohortis prænestinæ, qui antea scriba fuit, adeoque vix magistratus esse potuit»; Duker Conf.

Plin. XVII, 11; Aurel. Víctor. de Vir. ill. cap. 31; Sigon. de ant. jur. Ital.

II, 14; Lips. Mil. rom. I, 7; II, 10; Periz. diss. de Prætorio § 19, et supra ad VI, 42, n. 7.

1 1. Ultimi supplicii metu (vid. ad III, 58, n. 11) perfusum, consternatum, vel repletum, ut II, 63; IX, 16; X, 38; XXVI, 50; XXX, 16, et al. imbuere. Confer ad XXXIX, 8, n. 3.-Nemo unus erat vir, vide ad III, 12, n. 2. — Quin eum parem destinant, non, ut quidam libri, destinarant; nisi malis destinarunt; seil. scriptores et homines, qui postea fuere et nunc sunt; non Romani ejus temporis : nam Livius non ita immemor sui et eorum, quæ cap. 18, dicit, Alexandrum ne fama quidem illis notum arbitror fuisse; Gron. Præterea Romani ejus temporis neminem in futurum ducem destinare gentibus velut deverticula amœna 1, et requiem animo meo quærerem ; tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium; ut quærere libeat, quinam eventus romanis rebus, si cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit. Plurimum in bello pollere videntur militum copia et virtus, ingenia imperatorum, fortuna per omnia humana, maxime in res bellicas, potens. Ea, et singula intuenti et universa², sicut ab aliis regibus gentibusque, ita ab hoc quoque, facile præstant invictum romanum imperium. Jam primum, ut ordiar ab ducibus comparandis, haud equidem abnuo, egregium ducem fuisse Alexandrum; sed clariorem tamen eum facit, quod unus fuit, quod adolescens, in incremento rerum, nondum alteram fortunam expertus; decessit. Ut alios reges claros ducesque omittam, magna exempla casuum humanorum; Cyrum, quem maxime Græci laudibus celebrant, quid, nisi longa vita, sicut Magnum modo Pompeium, vertenti præbuit fortunæ³? Recenseam duces romanos, nec omnes omnium ætatium, sed ipsos eos, cum quibus consulibus aut dictatoribus Alexandro fuit bellan-

solebant, sed, qui quoque tempore consul esset, aut ex tempore a consule dictator dicerctur, dux erat; Stroth. Confer ad XXXV, 20 pr.

CAP. XVII. 1. Deverticula amona, vide ad I, 51, n. 2. De consilio, quod Livius in hoc episodio, cap. 17-19, sequutus sit, vide ad cap. 18, n. 6.—
Tamen, vide ad I, 12, n. 1.—Quibus sope tacitis cogitationibus volutavit hac mentio, imago, cogitatio rei, animum meum, occupavit, agitavit, exercuit: sed hypallage fere est: nam alioqui res volutari animo dicitur, non re animus; Bauer. Haud dubie per

elegantissimam hypallagen dictum; Ern. — Eas evocat ex animo in medium, seu vulgus.

2. Ea, et singula intuenti et universa...facile præstant invictum rom. imperium, promittunt et spondent, hoc invictum semper fore; Ern. Conf. ad Juvenal. XIV, 212. To ita forte delendum, quia ab omnibus fere MSS abest, et sæpe post sieut omittitur. Confer ad XXXIV, 9, n. 7; XXXIX, 41, n. 1; XLIV, 20, n. 4, et vide IV, 27; XXIV, 33; XXV, 15; XXIX, 8.

3. Vertenti præbuit fortunæ, vide ad II, 3, n. 2. Idem alii probarunt iisdum; M. Valerium Corvum, C. Marcium Rutilum, C. Sulpicium, T. Manlium Torquatum, Q. Publilium Philonem, L. Papirium Cursorem, Q. Fabium Maximum, duos Decios, L. Volumnium, M'. Curium. Deinceps ingentes sequuntur viri, si punicum romano prævertisset bellum, seniorque in Italiam trajecisset. Horum in quolibet tum indoles eadem, quæ in Alexandro erat, animi ingeniique; tum disciplina militaris 5, jam inde ab initiis urbis tradita per manus, in artis perpetuis præceptis ordinatæ modum 6 venerat. Ita reges gesserant bella; ita deinde exactores regum Junii Valeriique; ita deinceps Fabii, Quintii, Cornelii;

dem aliisque exemplis, v. c. Cyri Euseb. in vita Const. I, 7. Priami, Mithridatis, Crœsi, Marii et Pompeii M. Juvenal. X, 258-288. Mox forte leg. Alexandro fuisset bellandum. Ob hanc digressionem Dodwell. de Cyclis diss. X, s. 73, multis exagitat Livii in doctrina temporum imperitiam, quia Alexander jam sexennio ante obierit. Cui respondere conatus est Clericus ad hunc locum dicens, licuisse Livio agere de eventu belli, si id Alexander Romanis intulisset, ubicumque sermo fuit de magistratu viri fortis, qui Alexandri æqualis fuit. Imo ipse Livius mox dicit, Alexandri M. tanti regis ac ducis mentionem effecisse, ut quærere libuerit, quinam eventus romanis rebus futurus fuerit, si cum Alexandro foret bellatum: non autem addit, se id fecisse eo anno, quo Alexandrum mortuum crederet »; Drak.

4. Si punicum romano prævertisset (vide ad II, 24, n. 3) bellum: nam duo bella post devictam Asiam animo concepisse credebatur, romanum et punicum (saltem punicum, de quo vid. Justin. XXI, 6): et si prius adversus Pænos bellum gessisset, senior factus

demum in Italiam trajecisset, atque in illos incidisset ingentes viros : quinam vero hi fuerint, præter Postumium, Æmilium et P. Cornelium Scipionem, haud satis mihi constat; Stroth. Alexander natus est Olymp. 106, 1, et mortuus Olymp. 114, 1, vel anno Urbis conditæ 430, a. Chr. nat. 324. Jam qui fastos rom. inspiciet, plura deprehendet nomina ingentium virorum, consulum et dictatorum, qui deinde vixerunt, etsi minus inclaruere, quoniam Liviana hujus temporis historia intercidit. Quomodo autem Alexander, qui anno ætatis XXXIII obiit (confer ad Tac. Ann. II, 73, n. 2), senior in Italiam trajecisset, si punicum romano prævertisset bellum? Non Pœnos tantum, sed maximam Africæ partem antea armis subjugare voluisse censendus est.

5. Disciplina militaris jam inde ab initiis urbis tradita per manus, confer ad I, 3, n. 7.

6. In artis perpetuis præceptis ordinatæ modum venerat, ut nostri vulgo: in systema, seu formam artis redigere; Ern. Perpetuis, continuis, junctis ordine systematico; Bauer. Confer ad IV, ita Furius Camillus, quem juvenes ii, quibus cum Alexandro dimicandum erat, senem viderant. Militaria opera pugnando obeunti Alexandro (nam ea quoque haud minus clarum eum faciunt) cessisset ⁷ videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus, aut Valerius Corvus, insignes ante milites, quam duces: cessissent Decii, devotis corporibus in hostem ruentes: cessisset Papirius Cursor, illo corporis robore, illo animi: victus esset consiliis juvenis unius, ne singulos nominem, senatus ille, quem qui ex regibus constare ⁸ dixit, unus veram speciem romani senatus cepit: Id vero erat periculum⁹, ne solertius, quam quilibet unus ex iis, quos nominavi, castris locum caperet, commeatus expediret, ab insidiis præcaveret, tempus pugnæ deligeret, aciem instrueret, subsidiis firmaret ¹⁰. Non

6, n. 1. — Quem juvenes ii: in MSS quibusdam hii; unde hi vel ii legendun esse jam monuere alii. Duo edd. vett. quos putant esse T. Manlium Torquatum et M. Valerium Corvum. Cur vero duo tantum, et hi potissimum? - Quem ii, quibus cum Alexandro bellandum erat, juvenes senem viderant. Cæterum hic edidimus ii, ubi vulgati habent duo, ex auctoritate antiquissimi nostri codicis, ad quem alludunt alii, tum Gronovio, tum nobis excussi, in quibus legitur hii. Nimirum tò ii sumptum pro nota numeri, ut recte conj. Gronovius, peperit errorem vulgatæ lectionis. Non enim soli duo, sed fere omnes ii qui recensentur a Livio, juvenes Camillum viderant senem. ED.

7. Cessisset videlicet (εἰρωνικῶς dietum; vide ad IV, 5, n. 2, unde delevi interrog. signa, post duces, ruentes, animi et cepit posita) in acie oblatus par Manlius Torquatus, vide ad VII, 33, n. 1. Par deletum a Stroth. quia

vix in duobus exstat MSS. Sed aptissimum est.

8. Senatus ille, quem ex regibus constare dixit Cineas, Pyrrhi dux et legatus; quod notissimum vel ex Floro I, 18; Plutarch. in Pyrrho pag. 395; Appian. Samn. Exc. 10. - Cepit mente, percepit, intellexit, veram romani senatus speciem, dignitatem, amplitudinem; ut cap. 40, et XXXII, 36, n. 4; XXXIV, 52 extr.; XXXVII, 40, al. - Vera sub imagine romanum senatum sibi exhibuit : veram senatus romani notionem assecutus est. Sic Horat. Satir. II, 3, vers. 208: qui species alias veris...capiet, id est. qui imagines rerum, sive notiones sibi finget diversas a veris. ED.

9. Id vero erat priculum, timendum, etc. ut cap. 18, n. 6; X, 7; XLV, 23; quæ loca vel per ironiam accipienda, quod placet, vel interrog. nota addenda; Stroth.— Quilibet unus, vide ad III, 55, n. 13.

10. Subsidiis firmaret aciem, vide

cum Dario rem esse dixisset, quem, mulierum ac spadonum agmen trahentem, inter purpuram atque aurum, oneratum fortunæ apparatibus to suæ, prædam verius, quam hostem, nihil aliud quam bene ausus vana contemnere, incruentus devicit. Longe alius Italiæ, quam Indiæ, per quam temulento agmine comissabundus incessit, visus illi habitus esset, saltus Apuliæ ac montes Lucanos cernenti et vestigia recentia domesticæ cladis, ubi avunculus ejus nuper Epiri rex Alexander absumptus erat.

XVIII. Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Qui, si ex habitu novæ fortunæ novique, ut ita dicam, ingenii, quod sibi victor induerat, spectetur, Dario magis similis, quam Alexandro, in Italiam venisset, et exercitum Macedoniæ oblitum degenerantemque jam in Persarum mores adduxisset. Referre in tanto rege piget superbam mutationem vestis 2, et desideratas humi jacentium adulationes, etiam victis Macedonibus

ad lib. II, 20, n. 2; et II, 31, n. 1.

11. Oneratum fortunæ suæ apparatibus, ut apud Sen. de Ben. VI, 31; multitudinem indigestam et gravem metuendam esse ducenti Xerxi: non enim vires, sed pondus habere. — Nihil aliud quam, etc. Vide ad II, 8, n. 9. Quum fere nihil aliud opus esset, quam ut quis, quemadmodum Alexander bene fecit, vana illa Persarum contemnere auderct; Stroth. — Comissabundus, vide ad III, 29, n. 2.

CAP. XVIII. 1. Merso secundis rebus, corrupto, soluto (vide ad VI, 14, n. 6), quarum nemo intolerantior fuit, in earum usu nemo insolentior; Doer. Imo: nemo minus sapienter ac moderate tulit magnam fortunam, magisque ea elatus est ac superbior factus. Confer seqq.; Hor. Od. III, 27, v. 74 (ubi vide Mitscherl.), et inpr. Curt. III, 12, § 20, qui eamdem sententiam ita exprimit: Nondum Fortunase animo ejus superfuderat: itaque orientem eam moderate e tprudenter tulit: ad ultimum magnitudinem ejus non eepit.

2. Superbam mutationem vestis, confer Curt. VI, 6, et Athenæi lib. XII. — Desideratas humi jacentium, προσκυνοῦντων (hoc est, eorum, qui more Orientis humi prosternendo corpus, genuaque alicujus amplectendo osculandoque summam ei reverentiam testantur) adulationes, venerationes, ut XXX, 16, apud Valer. Max. IV, 7 ext. 2; VI, 3, ext. 2, et κολακτύτιν apud Xenoph. Cyrop. 1: nam adulari

graves³, nedum victoribus; et fœda supplicia⁴, et inter vinum et epulas cædes amicorum, et vanitatem ementiendæ stirpis. Quid, si vini amor⁵ in dies fieret acrior? quid, si trux ac præfervida ira? (nec quidquam dubium inter scriptores refero) nullane hæc⁶ damna imperatoriis virtutibus ducimus? Id vero periculum erat, quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen romanum gloriæ favent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri (quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse) sustinere non po-

et προσχυνείν proprie dicuntur canes (χύνες), qui dominis suis adulari ac blandiri solent pedes eorum lambendo et ad illos se provolvendo humi. Itaque nolim emendare adorationes, quæ vox h. loc. minus apta est et propr. alium venerationis ritum exprimit, quo quis in Oriente ori suo admovet manum et huic dat oscula, quæ deinde porrigit quasi jacitque ad eos, quibus bonos habetur. Conf. ad Juvenal. IV, 118. Res ipsa de regibus Orientis, inprimis Persarum, et de Alexandro nota. Confer ad XLV, 44, n. 10; Curt. VI, 6, n. 3; VIII, 5, n. 6 (More Persarum Macedones venerabundos ipsum salutare prosternentes humi corpora. Non deerat talia concupiscenti perniciosa adulatio, perpetuum malum regum, quorum opes sæpius assentatio, quam hostis evertit); 21, 22; Justin. VI, 2, n. 13; XII, 7 pr.; Nep. Con. III, 2; Polyb. XV, 1.

- 3. Etiam victis Macedonibus graves, etiamsi victi fuissent et ab externo hoste domiti; Gron. ad Sen. de Ben. I, 10. Confer supra ad V, 2, n. 7, et ad rem Curt. VI, 6, n. 3.
- 4. Fæda supplicia...amicorum, nota e Curtio, Arriano et al. — Vanitatem ementiendæ stirpis, seu generis, quod tum a Perseo et Hercule (vide

Arrian. III, 1, et Strab. 17), tum ab Achille (vide Curt. IV, 6, n. 29; VIII, 4, n. 26; Vellei. I, 6, n. 5; ad Sil. XV, 292), et hinc ab ipso Jove (patre Æaci, avo Pelei et proavo Achillis) deducebat, quod vel e Curt. IV, 7, n. 8; et VIII, 5, n. 5 sq. notum. Jovem vero non modo generis auctorem, sed et patrem suum fuisse, forsan credi potius voluit, quam credidit ipse.

- 5. Quid? si vini amor, etc. confer ad IV, 5, n. 1. Nec quidquam dubium i. s. refero, certa tantum affero, taceo de aliis, de quibus inter scriptores non satis constat; Stroth.
- 6. Nullane hæc damna, nonne hæc adversa et repugnantia; Doer. - Id vero periculum erat (confer ad cap. 17, n. 8), quod levissimi ex Græcis (conf. ad XXVI, 31, n. 1; ad Juvenal. III, 60, 73 seq.; X, 174, et Cic. orat. pro Flacco, cujus maxima pars ad levitatem perfidiamque Græcorum probandam spectat), qui Parthorum quoque, etc. Gloriæ Romanorum adversus hos ævi sui scriptores, qui eam post Crassi cladem elevasse videntur, defendendæ causa totum pæne hoe deverticulum quæsivisse videtur Livius. - Quem ne fama quidem, etc. Freinshemius ad Curt. X, 4, § 15, scribit: Livium studio extollendi romana te-

tuerit populus romanus; et, adversus quem Athenis, in civitate fracta Macedonum armis 7, cernente tum maxime prope fumantes Thebarum ruinas, concionari liberi ausi sint homines (id quod ex monumentis orationum⁸ patet), adversus eum nemo ex tot proceribus romanis vocem liberam missurus fuerit. Quantalibet magnitudo hominis concipiatur animo, unius tamen ea magnitudo hominis erit, collecta paulo plus decem annorum 9 felicitate: quam qui eo extollunt, quod populus romanus, etsi nullo bello, multis tamen præliis victus sit, Alexandro nullius pugnæ non secunda fortuna fuerit, non intelligunt, se 10 hominis res gestas et ejus juvenis, cum populi jam octingentesimum bellantis annum rebus conferre. Miremur, si, quum ex hac parte sæcula plura numerentur, quam ex illa anni, plus in tam longo spatio, quam in ætate tredecim annorum, fortuna variaverit? Quin tu ho-

mere prolapsum, ut hoc diceret. Mirum sane est, ut jam Dukerus monuit, tantæ doctrinæ virum potuisse fidem habere levissimis Græculis, qui apud Arrianum VII, 15, a Romanis ad Alexandrum, ex India Babylonem redeuntem, legatos missos tradiderunt. Debuerat potius sequi Arrianum ipsum, multis, iisque non infirmis, rationibus hanc fabulam refellentem. Confer Casaubon. ad Lampridium, Alex. Sever. cap. 63; et ibi Salmas. Ed.

7. Athenis, in civitate fracta Macedonum armis, victoria Philippi ad Chæroneam. — Fumantes Thebarum ruinas, urbis ab Alexandro dirutæ: de quo vide Plut. in Alex. cap. 20; Arian. I, 5; Polyb. IV, 23; V, 10; IX, 28; Diodor. 17, 9; Justin. XI, 4.

- 8. Ex monumentis orationum, Demosthenis et al.
 - 9. Paulo plus decem annorum, pro

paulo plurium quam d. a. Sed leg. duodecim; unde et mox in ætate tredecim
annorum. — Eo extollunt quod p. r.
etsi nullo bello, multis, etc. Idem de
populo romano prædicavit etiam Lacilius apud Non. Marc. voce Bellum
et prælium: «Romanus populus victus
vi et superatus prælis sæpe est multis;
bello vero nunquam.» Contrarium vero
de Alexandro M. ominatur Livius capseq. prælio victus Alexander, bello
victus esset. En.

ejus, et quidem, et simul, seu præterea juvenis, etc. — Octingentesimum annum Livius, de sua ætate loquens, pro octavo sæculo dixit, ut cap. 34; decem annos pro decennio; Stroth. Cf. Bredenkamp in Magaz. für öffentliche Schulen und Schullehrer tom. I, p. 444 seq. ubi monet, Livium nunc etiam, Romanos sui ævi comparasse cum

minis cum homine II, et ducis cum duce, fortunam cum fortuna confers? Quot romanos duces nominem, quibus nunquam adversa fortuna pugnæ fuit? Paginas in annalibus magistratuum fastisque percurrere licet, consulum, dictatorumque, quorum nec virtutis, nec fortunæ ullo die populum romanum pænituit. Et, quo sint mirabiliores, quam Alexander, aut quisquam rex, denos vicenosque dies quidam dictaturam, nemo plus quam annum consulatum gessit: ab tribunis plebis delectus impediti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitiorum causa revocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus: collegæ nunc temeritas, nunc pravitas, impedimento, aut

Alexandro, quia Græci illi scriptores coatenderint, eum non modo tum Romanis parem fuisse, sed et liviana ætate, si ea viveret, fore. Mea qualicumque sententia τὸ octingentesimum debetur potius librarils, vel glossatoribus, liviana respicientibus tempora (quod ab hoc loco alienum) legendumque omnino quingentesimum annum, hoc est, quintum sæculum, ob verba adjecta: quum ex hac parte, scilicet Romanorum plura numerentur sæcula (hoc est, ætates hominum, generationes, γενεαί, spatia XXXIII circiter annorum) quam ex Alexandri parte anni: nam XIII ejusmodi sæcula conficiunt 429 annos, et tum agebatur annus Urbis conditæ 435. Alexander autem ne per ætatem quidem, hoc est, spatium XIII annorum bellavit.

11. Quin tu hominis cum homine...
fortunam cum fortuna confers? verba
vitiosa, et, quamvis illa cum fortuna,
quæ plane otiosa sunt, ejeceris, non
satis menti apta Livii, qui in antecedd.
et seqq. non singulum quemdam hominem et ducem rom. cum Alexandro
conferri cupit, sed plures omnino ho-

mines et duces, dignos, qui cum Alexandro comparentur, ex historia rom. laudari posse affirmat : unde, Quin tu homines cum homine, et duces cum duce, fortunam (qua plures Romanorum gavisi sunt) cum fortuna (qua Alexander gavisus est) confers? scribendum puto; Doer. Sed vel sic verba fortunam cum fortuna, quæ aliis intpp. non displicuisse mireris, parum apta sunt. Præstiterit: Quin tu homines cum homine, duces cum duce, populum cum populo confers? Argumentatio enim Livii eo potissimum spectat, ut ostendat, ineptum esse, et hominem cum populo, et felicitatem XIII annorum cum fortuna 435 annorum conferri: quod a græcis scriptoribus factum videtur. Omnino etiam multo magis probanda est ratio eorum, a quibus Alexander variis rom. ducibus comparatus est, verbi çausa Germanico a Tac. Ann. Il, 73; Cæsari ab Appiano B. C. II, 149 sqq. - Nec fortunæ ullo die popul. romanum pænituit; vide ad II, 54, n. 16. - Denos vicenosque dies, forte vicenosve : sed et cap. seq. quaterni quinique; Bauer.

damno fuit: male gestis rebus alterius 12 successum est: tironem, aut mala disciplina institutum exercitum acceperunt. At, Hercule, reges, non liberi solum impedimentis omnibus, sed domini 13 rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta 14, non sequuntur. Invietus ergo Alexander cum invictis ducibus bella gessisset, et eadem fortunæ pignera 15 in discrimen detulisset. Imo etiam eo plus periculi subisset, quod Macedones unum Alexandrum habuissent, multis casibus non solum obnoxium, sed etiam offerentem se: Romanis multi fuissent, Alexandro, vel gloria, vel rerum magnitudine, pares; quorum suo quisque fato, sine publico discrimine, viveret morereturque.

XIX. Restat, ut copiæ copiis comparentur, vel numero, vel militum genere, vel multitudine auxiliorum. Censebantur ejus ætatis lustris i ducena quinquagena millia capitum. Itaque, in omni defectione sociorum

12. Male gestis rebus alterius succossum est; vide ad IV, 11, n. 1.

13. Sed etiam (vide ad I, 40, n. 1) dominireram temporumque, etc. Grom. comparat verba Demosth. in Olynth. I pr. τὸ γὰρ εἶναι πάντον ἐκαῖνον, ἔνα ὅντα, κύριον καὶ ἡττων, καὶ ἀποψήττων, καὶ ἀμα στρατηγὸν, καὶ ἀκοπότην, καὶ ταμίαν, καὶ πανταχοῦ αὐτὸν παρεῖναι τῷ στρατεύματι· πρὸς μὰν τὸ, τοῦ πολέμου ταχὸ καὶ κατὰ καίρον πράττεσθαι πολλοῦ προέχει. RD. Confer et Tac. Ann. II, 73.

14. Trahunt consiliis cuncta, decunt quo volunt, h. e. regunt, sibi parere cogunt, non sequuntur aliorum consilia et mandata: metaphora a fune petita. Similiter XXXIII, 9, n. 4, partem profligatam exercitus hostium cætera (f. cæteras) tracturam.

15. Eadem fortunæ pignera, eosdem bonos duces; Ern. Imo idem nomen, eamdem gloriam, eamdem memoriam perpetuæ secundæ fortunæ,
ille non magis ac hi invictus, adversæque fortunæ inexpertus, in discrimen
detulisset: non plus sibi a fortuna tributum habebat, quam romani duces;
Stroth. — Quorum suo quisque fato,
etc. quorum unusquisque sibi viveret,
sibi moreretur, ita ut ex vita ejns, aut
morte nihil discriminis respublica seatiret, nihil detrimenti caperet. En.

CAP. XIX. 1. Censebantur ejus ætatis listris, etc. Proximus census, qui
a Livio refertur, inf. occurrit, X, 47;
ubi censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo haud
longe absunt a numero liviano hujus
loci. Et tamen inter hauc annum et
censum ibi memoratum vix tantum
viginti quatuor anni intersunt; unde
fit, ne numerus hio editus mendæ suspectus esse possit. Confer Drak. ad

latini nominis, urbano prope delectu decem scribebantur legiones. Quaterni quinique exercitus sæpe per eos annos in Etruria, in Umbria, Gallis hostibus adjunctis, in Samnio, in Lucanis gerebant bellum. Latium deinde omne cum Sabinis et Volscis et Æquis et omni Campania et parte Umbriæ Etruriæque et Picentibus et Marsis Pelignisque, ac Vestinis atque Apulis, adjunctaque omni ora Græcorum inferi maris a Thuris, Neapolim et Cumas, et inde Antio atque Ostiis tenus Samnites, aut socios validos Romanis. aut fractos bello invenisset hostes. Ipse trajecisset mare, cum veteranis Macedonibus, non plus triginta millibus hominum, et quatuor millibus equitum, maxime Thessalorum: hoc enim roboris erat. Persas, Indos, aliasque si adjunxisset gentes, impedimentum majus, quam auxilium traheret. Adde, quod Romanis ad manum domi supplementum esset². Alexandro (quod postea Hannibali accidit) alieno in agro bellanti.

hunc locum. En. - Decem scribebantur legiones. Decem legionum ex urbano exercitu mentio est lib. VII, 25; at lib. VIII, 8, tantum quatuor legionum urbani exercitus meminit, quatuor item Latinorum; nec satis liquet, in tanta urbis necessitate cur non meminerit etiam decem legionum. Præterea L. Lentulus, quum duo consulares exercitus apud Caudium obsiderentur, quos ego quatuor intelligo legiones, auctoribus Polybio, Dionysio Halic. ac Vegetio, fatetur, IX, 4, illic patriam esse, et quicquid rom. legionum, etc. Et Antiochum magnum quatuor legiones vicere. Quanquam ea rhetorica arte excusationem habent, lectoris tamen suspensus manet. Vide Glar. ad hunc locum. En. - Latium deinde omne cum Sabinis . . . atque Apalis , et Samnites, adjuncta omni ora Græcorum

inferi maris a Bruttiis (populo inferi maris, nondum perdomito, nec societate Romanis juncto: non Thuriis, qui ad sinum tarentinum pertinent, et inter quos Græcosque inferi maris Roma. norum socios multi erant tum populi interjecti, quibus nihil cum Romanis) Neapolim et Cumas (oppida græcæ originis: unde h. l. appellantur, quum jam nominata sit Campania) et inde Antio atque Ostiis tenus (hoc est, junctis qui sunt, vel porriguntur inde a Cumis fine Antii et Ostiæ, ut erant Aurunci. vel Ausones, et Rutuli, aliquando a vetere Latio divisi; non Samnites, quibus hic locus non est), aut socios, etc. emend. Gron. « At unde librario Thurii? Qui, etsi in sinu tarentino, latius tamen inferi maris ora accipi potest»; Bauer. De Thuriis vide ad X, 2, n.2. 2. Romanis ad manum domi supexercitus consenuisset. Arma, clypeus, sarissæque illis: Romano scutum, majus corpori tegumentum; et pilum, haud paulo, quam hasta, vehementius ictu missuque telum; statarius uterque miles, ordines servans: sed illa phalanx immobilis, et unius generis; romana acies distinctior, ex pluribus partibus constans: facilis partienti quacumque opus esset, facilis jungenti³. Jam in opere quis par Romano miles? quis ad tolerandum laborem melior? Uno prælio victus Alexander, bello victus esset⁴. Romanum, quem Caudium, quem Cannæ non fregerunt, quæ fregisset acies? Næ ille sæpe, etiamsi prima prospere evenissent, Persas et Indos, et imbellem Asiam quæsisset⁵, et cum

plementum esset, vide ad V, 20, n. 1. - Exercitus consenuisset; vide ad I, 22, n. 3. - Sarissa hasta longior Macedonum. Cf. XXXI, 39; XXXII, 17; XXXIII,8;XXXVII,42;XXXVIII, 7; XLIV, 40. Confer Heins. et Burm. ad Ovid. Metam. XII, 466. Hinc phalanz, seu phalangitæ Sarissophori, Macedonum robur, XXXVI, 18, n. 3. De forma sarissarum, quæ olim XVI, et postea XIV cubitorum erant, vide loc. class. Polyb. XVIII, 12. Hinc immobiles longitudine et gravitate hastæ dicuntur XLIV, 41. - Pilum, vel majus, vel minus; pili majoris tam lignum quam ferrum tricubitale erat, ita tamen, ut dimidia ferri pars ligno infixa esset; vide ad Sil. IV, 550, loc. class. Polyb. VI, 23, 8 seq. et Dionys. Hal. 5; Lips. Mil. rom. III, 4. Mox ordines servans forsan glossa est, utpote manifesta explicatio τοῦ statarius miles, qui opponitur varie discurrentibus velitibus, et levi armaturæ; Stroth. Sic et statarius XXII, 18, n. 3, et stataria pugna, de qua vide ad VI, 12. n. 7. - Statarius uterque miles, ordines servans; forte utrique, vel utrimque: sed non urgeo; Bauerus. 3. Illa phalanx immobilis (confer XXXIII, 9) et unius generis, non manipulatim, neque, ut romana acies, ex pluribus partibus, hastatis, principibus et triariis, constans, et per hos divisa (conf. ad VIII, 8, n. 1): facilis partienti, quacumque parte opus esset, facilis jungenti eam, h. e. ad partiendum et jungendum, ut fere colloquium in secreto habitum et hinc liberum fingenti, ad fingendum XXX, 32, n. 4, et XXVI, 38, n. 8. De incommodis phalangis conf. XXXI, 39; XXXIII, 9; XLI, 37, 40; inpr. Polyb. XVIII, 12-16, et simil. locus inf. XLIV, 41.

4. Bello victus esset, devictus, de-

5. Imbellem Asiam quæsisset, desiderasset (vermissen), iterum sibi optasset. Quærere et requirere passim designant desiderium rei absentis, vel amissæ, quam recuperare cupimus. Sic quærere occasionem omissam et prætermissam XXV, 38, n. 8; XXXI, 15, n. 2; socium Philippum XXXI, 29; licentiam II, 3, n. 1. Cf. Intpp.

feminis sibi bellum fuisse 6 dixisset : quod Epiri regem Alexandrum mortifero vulnere ictum dixisse ferunt, sortem bellorum in Asia gestorum ab hoc ipso juvene cum sua conferentem. Equidem quum per annos quatuor et viginti, primo punico bello classibus certatum cum Pœnis recordor, vix ætatem Alexandri suffecturam fuisse reor ad unum bellum; et forsitan quum et fœderibus vetustis juncta punica res 7 romanæ esset, et timor par adversus communem hostem, duas potentissimas armis virisque urbes armaret, simul punico romanoque obrutus bello esset. Non quidem Alexandro duce, nec integris Macedonum rebus; sed experti tamen sunt Romani Macedonem hostem adversus Antiochum, Philippum, Persen, non modo cum clade ulla, sed ne cum periculo quidem suo. Absit invidia verbo, et civilia bella sileant, nunquam ab equite 8 hoste, nunquam a pedite, nunquam aperta acie, nunquam æquis, utique nunquam no-

Virg. Æn. I, 217; Tibull. II, 3, 26, et Ovid. Met. II, 239.

6. Cum feminis bellum sibi fuisse antea in Asia: unde Epiri regem Alexandrum (de quo v.VIII, 24) dixisse ferunt: se quidem ad Romanos ivisse, quasi in ἀνδρωνῖτιν, Macedonem Alexandrum isse ad Persas, quasi in γυναικωνῖτιν· vide Gell. XVII, 21.

7. Fæderibus vetustis juncta punica res publica romanæ, vide ad II, 8, n. 10, et VII, 27, n. 2. — Non quidem Alexandro; forte non Alexandro quidem: neque enim ita incipere quidem, aut præmitti solet ei, ad quod referatur; Bauer. — Absit invidia verbo (al. vero), ut XXVIII, 39, n. 4, et al. præfiscine dixerim, et nostrum: ohne Ruhm zu melden. Fornula est malum omen ex nimia felicitatis suæ prædicatione avertentis; Stroth, Simi-

liter XXII, 39, ominis tibi causa absit C. Flaminii (qui temeritate sua periit, de quo v. XXII, 4 sq.) memoria, h.e. nolo mali ominis causa Flaminii mentionem fecisse; Ern. Nolim pro malo omine memorasse Flaminium; quod inverse dictum pro: non adsit ut ominis causa, tanquam omen non adsit; Bauer.

8. Nunquam ab equite hoste, etc. Hæc non possunt eo exponi sensu, ut Romani nunquam ab equitatu, peditatuve hostili victi fuisse dicantur; quum res ipsa clamet Romanos multis præliis victos esse. Hæc igitur fuisse videtur mens Livii: nunquam ob eam causam laboravimus, quod hostis aut equitatum, aut peditatum nostro meliorem haberet. Quod tamen non accurate verum esse probat ille Hannibalis equitatus longe romano superior,

stris locis laboravimus. Equitem, sagittas, saltus impeditos⁹, avia commeatibus loca, gravis armis miles timere potest: mille acies, graviores quam Macedonum atque Alexandri, avertit, avertetque; modo sit perpetuus hujus, qua vivimus, pacis amor, et civilis cura concordiæ.

XX. M. Foslius Flaccinator inde, et L. Plautius Venno consules facti. Eo anno ab frequentibus Samnitium populis de fœdere renovando legati quum senatum humi strati movissent, rejecti ad populum, haudquaquam tam efficaces habebant preces. Itaque, fœdere negato, induciæ biennii, quum per ali-

ipso teste Livio, XXI, 47, et XXVI, 38. Hic nempe deflexit nostrum a vero nimius patrise laudis amor; quonam enim modo qui Alliensis Cannensisque cladium meminerit, jactare potest Romanos nunquam aperta acie laborasse? ED. - Nunquam æquis, utique nunquam nostris locis laboravimus; vid. ad I,56, n. 10; II, 30, n. 1, et III, 31, n. 1. « At quid sunt loca nostra? Opportunane? Hæc sunt æqua. An romana, italica? Ubi ergo Cannæ, aut Trasimenus? Omnino jactantiæ crimen, vix est, quin subeat h. loc. noster: nam ægnis quoque locis a Romanis laboratum est; raro tamen. Forte delendum nunquam, et æquis utique nostris jungendum; » Bauer. Loca æqua sunt commoda hostibus non minus, quam Romanis, nostra solis Romanis oppor-, tuna. Quum tamen sæpius Romani victi sint, Livium nunquam sibi persuasurum, id semper iniquis locis, vel ex insidiis accidisse, eumque studio extollendi romana temere prolapeum, ut hoc diceret, monent Duk. et Drak. Verum Livius non negat, Romanos sæpius victos esse, quod potius cap. præc. ipse fatetur, sed eos unquam

laborasse ab hostibus; de quo vide ad III, 31, n. 1. - Equitem et sagittas miles romanus timere potest, ut spud Hor. Od. II, 13, 17 (ubi cf. Mitscherl.), Miles sagittas et celerem fugam Parthi perhorrescit: nam ad Parthos etiam Livii verba spectant. Hi a Romanis maxime timebantur, Crasso Antonioque victis: unice vero equitatu valebant, et fugam simulantes hostem temere persequentem vel in insidias trahere solebant, vel sagittis retro missis, equisve repente versis petere. Cæterum et hæc verba non repugnare crediderim superioribus nunquam ab equite hoste laboravimus (vide ad III, 31, n. 1). - De his omnibus confer luculentum κριτικής opus, cui gailice titulus est : Examen critique des historiens d'Alexandre, par Sainte-Croix, pag. 478. Eb.

9. Saltus impeditos, ut caudinos et teutoburgienees. — Auia commeatibus loca, in quibus non nisi difficulter et longe petiti commeatus suppetere possunt, quod militi armis gravi periculosum erat; Drak.

CAP. XX. 1. Rejecti ad populum, vide ad II, 22, n. 4.

quot dies fatigassent singulos precibus, impetratæ. Et ex Apulia Teanenses Canusinique populationibus fessi, obsidibus L. Plautio consuli datis, in deditionem venerunt. Eodem anno primum præfecti Capuæ creari cæpti, legibus ab L. Furio prætore datis 2; quum utrumque ipsi pro remedio ægris rebus discordia intestina petissent: et duæ Romæ additæ tribus 3, Ufentina ac Falerina. Inclinatis semel in Apulia rebus, Teates quoque Apuli ad novos consules, C. Junium Bubulcum, Q. Æmilium Barbulam, fædus petitum ve-

2. Eodem anno præfecti Capuæ creari ccepti, legibus ab L. Furio Camillo prætore datis; conf. XXIII, 7, n. 4; XXVI, 16; XXXII, 2. Præfectura dicebatur Italiæ civitas, vel oppidum, good nec leges net magistratus suos habebat, sed ab uno, pluribusve præfectis, vel suffragiis populi creatis, vel a prætore urbano quotannis Roma missis, administrabatur; vid. Festum, Sigon. ant. jur. ital. II, 10 sq. Cujac. Obss. XI, 24. « Sed bello demum hannibalico Capua in formam præfecturæ redacta est; vide XXVI, 16. Itaque præfectus forte h. l. et prætor XXIII, 7, dicitur summus Campanorum magistratus, qui corum lingua Mediatutieus vocabatur (vida XXVI, 6), quique non Rome a populo designatus Capuam mitteretur, sed Capuæ crearetur ex ipsis Campanis, arbitrio forsan Romanorum, quum discordise intestince causa inter ipsos non conveniret. Si tamen Rome creatum, adeoque cam Gron. e pluribus MSS et edd. antt. Capuam (boe est, qui Capuam mitterentur) legendum esse, verius videstur; ex ipsis Campanis tamen creatum esse putabo. Certe Campani grant Pacuvius Calavius summus Capuæ magistratus et Marius Blosius prætor campanus, XXIII, 2, 3.7.

Quin etiam Camillus Peregr. in Camp. fek diss. IV, p. 513, præfectum Capuæ creatum et leges a pratore datas arctæ amicitiæ et amicæ societatis effectum, non pænam, aut legem deditionis fuisse observat. » Drak. Confer ad XXXII, 2, n. 3. - Gepuc. Andreas, quinque e nostris codd., quatuor a Gronovio allegati, et alia plures, quorum meminit Drakenb. Casum habent; longe elegantius et clarius, ut intelligas creatos fuisse præfectos, qui Capuam mittarentur; quominus tamon ea in contextum lectio recipiatur, videtur obstare quod non hoc tempore, sed bello demuni purico secundo Cappa in formam præfecturæ redecta fuerit. Conf. Drak. ad bune loc. En.

3. Dua Roma addice tribus. Tuneque una et triginta tribus facta. Vide VIII, 17. Ufensina, sive Oufentina, ab Ufente, sive Oufente fluvio in Volscis, qui non longe a Terracina in mare labitur. Vide Featum. Falerina, ab agro falerao, at videtur. En.—Inclinatis semel in Apulia rebus; vide ad III, 16, n. 4, et IX, 12, n. 2.—Testes Apuli forte non ildem, qui paulo ante Teananses (Teani Apuli incolæ) dicuntur, at jam fædus petitum impetravarant; nisi forte nanc pacis per omnem Apuliam præstandæ

nerunt, pacis per omnem Apuliam præstandæ populo romano auctores⁴; id audacter spondendo impetravere, ut fœdus daretur: neque ut æquo tamen fœdere, sed ut in ditione populi romani essent. Apulia perdomita (nam Forento quoque ⁵ valido oppido Junius potitus erat) in Lucanos perrectum: inde repentino adventu Æmilii consulis, Nerulum vi captum. Et postquam res Capuæ stabilitas romana disciplina, fama per socios vulgavit; Antiatibus quoque, qui se sine legibus certis, sine magistratibus agere querebantur, dati ab senatu ad jura statuenda ipsius coloniæ patroni: nec arma modo, sed jura etiam romana late pollebant.

XXI. C. Junius Bubulcus, et Q. Æmilius Barbula consules, exitu anni non consulibus ab se creatis, Sp. Nautio, et M. Popillio, cæterum dictatori L. Æmilio legiones tradiderunt. Is cum L. Fulvio magistro equitum Saticulam oppugnare adortus, rebellandi causam dedit. Duplex inde terror illatus Romanis; hinc Samnis, magno exercitu coacto ad eximendos ob-

auctores eos venisse cum Sigon. credideris. Teate Marrucinorum opp. ab h. l. alienum est, et inde Teatini dicuntur. Theates et supra Theanenses in multis MSS. Cannenses Canusinique (qui vicini erant populi) supra conj. Gron. et h. l. Teanenses, vel potius Teanitæ (confer Polyb. III, 91, 5), vel Teanates, ut Arpinates, Antiates, Casinates, Privernates. — Teanenses conjiciebat Doujatius, a Teana Apuliæ oppido, vel Uriates ab Uria ejusdem regionis, sub monte Gargano. Ed.

4. Pacis per omnem Apuliam præstandæ populo romano auctores, promittentes spondentesque, se pacem effecturos esse. Conf. ad II, 48, n. 7. —Neque ut æquo tamen fædere, sed ut in ditione p.r. essent. Cf. VII, 30, n. 2.

5. Forento quoque; vide ad c. 16, n. 2. — Agere; vide ad VII, 24, n. 2. — Coloniæ patroni. Urbes enim, ac postea, aucto imperio, provinciæ etiam et regna patronos Romæ habebant. Ep.

CAP. XXI. 1. Cæterum dictatori, pro sed dictatori, ut cap. 27, 46; X, 5; XXVIII, 11, al. Stroth. — Elegans est cæterum post non, aliamve negationem, pro sed. Nostri loc. l. adde illud Curt. IV, 8: Cupido, haud injusta quidem, cæterum intempestiva, incesserat. Quin et, licet non præcesserit negatio, tamen eo sensu usurpari docuit Freinshemius in indice Flori ad hanc vocem. Ed.

sidione socios, haud procul castris Romanorum castra posuit; hinc Saticulani magno cum tumultu, patefactis repente portis, in stationes hostium incurrerunt. Inde pars utraque, spe alieni magis auxilii, quam viribus freta suis, justo mox prælio inito Romanos urgent; et quanquam anceps dimicatio erat, tamen utrimque tutam aciem dictator habuit : quia et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, et² diversa statuit signa: infestior tamen in erumpentes incessit; nec magno certamine intra mœnia compulit. Tum totam aciem in Samnites obvertit; ibi plus certaminis fuit; victoria sicut sera, ita nec dubia, nec varia fuit. Fusi in castra Samnites, exstinctis nocte ignibus, tacito agmine abeunt: et spe abjecta Saticulæ tuendæ, Plistiam ipsi socios Romanorum³, ut parem dolorem hosti redderent, circumsidunt.

XXII. Anno circumacto, bellum deinceps ab dictatore Q. Fabio gestum est. Consules novi, sicut superiores, Romæ manserunt : Fabius ad accipiendum ab Emilio exercitum, ad Saticulam cum supplemento venit : neque enim Samnites ad Plistiam manserant : sed, accitis ab domo novis militibus, multitudine freti, castra eodem, quo antea, loco posuerunt : lacessentesque prælio Romanos avertere ab obsidione conabantur. Eo intentius dictator in mænia hostium versus, id bellum tantum ducere 3 quod urbem oppugnabat :

^{2.} Diversa statuit signa, ad utramque partem contrariam, versam aciem; Str.—Diversa sæpe dicuntur adversa et contraria; vide ad Tac. Annal. IL, 60, n. 2.

^{3.} Plistiam...socios Romanorum; vide ad III, 47, n. 1, et X, 3, n. 6.

CAP. XXII. 1. Consules novi... manserunt; vide ad cap. 15, n. 7. — Consules novi, Papirius Cursor quartum,

Q. Publilius Philo quartum, memorati Fastis Capitolinis, Diodoro, lib. XIX et aliis. Horum nomina per librariorum incuriam deesse videntur, non ipsius Livii, qui in nominibus consulum reddendis diligens est. En.

^{2.} Ad Saticulam cum supplemento venit; conf. ad VIII, 1, n. 1.

^{3.} Id bellum tantum ducere, existimabat, pro bello habebat, in eo tantum

securior ab Samnitibus agere, stationibus modo oppositis, ne qua in castra vis fieret. Eo ferocius adequitare Samnites vallo, neque otium pati; et quum jam prope in portis castrorum esset hostis, nihil consulto dictatore, magister equitum Q. Aulius Cerretanus, magno tumultu cum omnibus turmis equitum evectus, summovit hostem; tum in minime pertinaci genere pugnæ, sic fortuna exercuit opes 4, ut insignes utrimque clades, et clara ipsorum ducum ederet funera. Prior Samnitium imperator, ægre patiens quo tam ferociter adequitasset, inde se fundi fugarique, orando hortandoque equites prælium integravit; in quem insignem inter suos cientem pugnam, magister equitum romanus infestà cuspide ita permisit equum⁵, ut uno ictu exanimem equo præcipitaret: nec, ut fit, ad ducis casum perculsa magis, quam irritata est multitudo. Omnes, qui circa erant, in Aulium temere invectum per hostium turmas tela conjecerunt : fratri præcipuum decus ulti Samnitium imperatoris dederunt; is victorem detractum ex equo magistrum equitum, plenus mœroris atque iræ trucidavit : nec multum abfuit, quin corpore etiam, quia inter hostiles ceciderat turmas, Samnites potirentur. Sed extemplo ad pedes descensum ab Romanis est, coactique idem Samnites facere; et repentina acies circa corpora ducum pe-

omne bellum positum putabat, ut urbem oppugnaret. Samnitium exercitum contemnebat. Sic XXVIII, 32, Scipio milites adhortans ait, immemorem esse rerum suarum gestarum, qui id bellum ducat. Olim hic legebatur tanti in omnibus fere MSS inepte. Correxit ex conjectura Gronovius. En.—Adequitare Samnites vallo, alii obequitare. Conf. ad XXIV, 31, n. 4.

4. Sic fortuna exercuit opes, ita vim

suam exernit, sen ostendit; Str. Imo: sic exercuit et perdomuit opes, h. e. hostiles copias, utrumque exercitum; Doering.

5. In quem... cientem pugnam (v. ad I, 12, n. 2) infesta cuspide itu permisit equum; vide ad I, 13, n. 2, et II, 56, n. 1. — Fratri, soilicet imperatoris Samnitium; dederunt, penes eum esse voluerunt; deditum conjic. Walch. Emend. Liv. p. 75. Ep.

destre prælium iniit, quo haud dubie superat Romanus: recuperatumque Aulii corpus, mixta cum dolore lætitia, victores in castra referunt. Samnites, duce amisso, et per equestre certamen tentatis viribus, omissa Saticula, quam nequicquam defendi rebantur, ad Plistiæ obsidionem redeunt: intraque paucos dies Saticula Romanus per deditionem, Plistia per vim Samnis potitur.

XXIII. Mutata inde belli sedes est; ad Soram ex Samnio Apuliaque traductæ legiones: Sora ad Samnites defecerat¹, interfectis colonis Romanorum; quo quum prior romanus exercitus, ad ulciscendam civium necem recuperandamque coloniam, magnis itineribus prævenisset, et sparsi per vias speculatores, sequi legiones Samnitium, nec jam procul abesse, alii super alios nuntiarent; obviam itum hosti, atque ad Lautulas ancipiti prælio dimicatum est; non cædes, non fuga alterius partis, sed nox incertos, victi victoresne essent, diremit. Invenio apud quosdam, adversam eam pugnam Romanis fuisse, atque in ea cecidisse Q. Aulium, magistrum equitum. Suffectus in locum Aulii C. Fabius magister equitum, cum exercitu novo ab Roma advenit; et per præmissos nuntios consulto dictatore, ubi subsisteret, quove tempore, et qua ex parte hostem aggrederetur, substitit occultus, ad omnia satis exploratis consiliis 2. Dictator, quum per aliquot

CAP. XXIII. 1. Sora ad Samnites defecerat, etc.; conf. Diodor. XIX, p. 710, 711. — Quo quum prior... prævenisset, ut prius præcipere XXI, 32; consilia ante tempus immatura præcipere XXII, 38, n. 6; prius præmeditari XXXVIII, 3; ante præcogitare XL, 4; ante præmeditari XI., 23; ante præoccupare XXI, 20; XLII, 47; prior prægressus XXVII, 12 pr.

Confer ad II, 45, n. 10; XXXVI, 17, n. 6.—Ad Lautakus ancipiti prælio dimicatum est; vide Diodor. loc. sup. laud.—Invenio apud quosdam, etc. Inter eos qui rem a Romanis male fuisse gestam, Auliumque magistrum equitum in acie cecidisse referunt, est etiam hodie supra memor. Diodor. lib. XIX, pag. 711. Ed.

2. Satis exploratis consiliis dictato-

dies post pugnam continuisset suos intra vallum, obsessi magis quam obsidentis modo, signum repente pugnæ proposuit; et efficacius ratus ad accendendos virorum fortium animos, nullam alibi, quam in semetipso cuiquam relictam spem, de magistro equitum novoque exercitu militem celavit; et tanguam nulla nisi in eruptione spes esset; « Locis, inquit, angustis, « milites, deprehensi³, nisi quam victoria patefeceri-« mus, viam nullam habemus. Stativa nostra muni-« mento satis tuta sunt, sed inopia eadem infesta; « nam et circa omnia defecerunt, unde subvehi com-« meatus poterant: et si homines juvare velint, iniqua « loca sunt. Itaque non frustrabor ego vos 4, castra hic « relinquendo, in quæ infecta victoria, sicut pristino « die, vos recipiatis; armis munimenta, non muni-« mentis arma tuta esse debent, castra habeant repe-« tantque, quibus operæ est trahere bellum 5: nos om-

ris. - Signum repente pugnæ proposuit; vide ad VI, 8, n. 1. - Nullam alibi, quam in semetipso, etc.; ex semetipso Voss. 2 et Lovel. 1; a semetipso Leid. 1. Sed nihil mutandum. Infra XXXIX, 31, in illis spem omnem vincendi, et retinendæ Hispaniæ esse; XL, 32, postquam receptus pulsis nullus erat, nec usquam, nisi in certamine, spes. En. - De magistro equitum celavit. Quibusdam constructio sibi minus nota displicuit, quæ tamen sæpe apud Ciceronem occurrit; pro Dejot. cap. 6, de insidiis celare te voluit; pro Cluent. c. 66, non est profecto de illo veneno celata mater; pro Sull. c. 13, credo, judices, celatum esse Cassium de Sulla uno; Epist. ad Fam. VII, 20, Bassus noster me de hoc libro celavit; ibid. V, 2, debes existimare te maximis de rebus a fratre esse celatum. En.

- 3. Locis angustis deprehensi, repente et præter opinionem oppressi; ut deprehendi tempestate subito ingruente XXI, 58, n. 5, et deprehensi genere pugnæ (improviso illati in talem pugnam, præter opinionem ea oppressi et circumventi, gallice surpris; Bauerus); lib. XXXVIII, c. 21, n. 4. Conf. ad XXII, 29, n. 1; XVVIII, 30, n. 4; et Mitscherl. ad Hor. Od. II, 16, n. 2. Infesta, contr. roŭ tuta. Conf. ad 1, 7, n. 7.
- 4. Itaque non frustrabor ego vos, exspectationem et spem, quam forte reposuistis in castris hic relinquendis.

 Pristino die, non placere potest Klockii conjectura qui ex Gell. X, 24 legere jubebat: die pristini; quod Livio in usu fuisse aliunde non constat; vide ad IV, 32, n. 5. Ed.
- 5. Quibus operæ est trahere bellum; conf. ad I, 24, n. 10, et II, 61,

« nium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis « abscindamus. Ferte signa in hostem: ubi extra val-« lum agmen excesserit, castra quibus imperatum est « incendant : damna vestra, milites, omnium circa « qui defecerunt populorum præda sarcientur. » Ea oratione dictatoris, quæ necessitatis ultimæ index erat, milites accensi, vadunt in hostem: et respectus ipse ardentium castrorum, quanquam proximis 6 tantum (ita enim jusserat dictator) ignis est subditus, haud parvum fuit irritamentum. Itaque velut vecordes illati signa primo impetu hostium turbant; et in tempore, postquam ardentia procul vidit castra magister equitum (id convenerat signum), hostium terga invadit; ita circumventi Samnites, qua potest quisque fugam per diversa petunt?. Ingens multitudo in unum metu conglobata ac semetipsam turba impediens⁸, in medio cæsa. Capta hostium castra, direptaque; quorum præda onustum militem in romana castra dictator reducit; haudquaquam tam victoria lætum, quam quod præter exiguam deformatam incendio partem, cætera contra spem salva invenit.

XXIV. Ad Soram inde reditum, novique consules M. Pœtelius, C. Sulpicius exercitum ab dictatore Fabio accipiunt; magna parte veterum militum dimissa, novisque cohortibus in supplementum adductis. Cæterum quum propter difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio iniretur, et aut tempore lon-

CAP. XXIV. 1. Propter difficilem urbis situm, h. e. qui faciebat, ut non sine magna difficultate adiri et expugnari posset urbs, quippe quæ rupibus munita erat. « Sic urbs, via, aditus, scopulus et res aliæ cum difficultate superandæ dicuntur difficiles.» Doer. ad Ov. Fast. II, 727, in Eclog. poet.

n. 6. — Omnium rerum respectum; conf. ad XXI, 44, n. 6.

^{6.} Proximis tantum castris, hoc est, castrorum locis. Conf. cap. extr.

^{7.} Fugam per diversa (loca) petunt; cf. I, 25, n. 7, et III, 60, n. 1.

^{8.} Semetipsam turba impediens, in medio cæsa; vide ad VI, 8, n. 2.

ginqua, aut præceps periculo victoria esset, Soranus transfuga clam ex oppido profectus, quum ad vigiles romanos penetrasset, duci se extemplo ad consules jubet, deductusque traditurum urbem promittit. Visus inde (quum, quonam modo id præstaturus esset, percunctantes doceret) haud vana afferre, perpulit prope adjuncta mœnibus romana castra ut sex 2 millia ab oppido removerentur: fore ut minus intentæ in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ vigiliæ essent; ipse insequenti nocte sub oppido silvestribus locis cohortibus insidere jussis, decem milites delectos secum per ardua ac prope invia, in arcem ducit; pluribus quam pro numero virorum³ missilibus telis eo collatis. Ad hæc saxa erant, et temere jacentia, ut fit, in aspretis, et de industria etiam, quo locus tutior esset, ab oppidanis congesta. Ubi quum constituisset Romanos 4, semitamque angustam et arduam, erectam ex oppido in arcem ostendisset: « Hoc « quidem ascensu, inquit, vel tres armati quamlibet « multitudinem arcuerint. Vos et decem numero, et « quod plus est, Romani, Romanorumque fortissimi « viri estis; et locus pro vobis, et nox erit, quæ om-« nia ex incerto majora territis ostentat. Ego jam ter-« rore omnia implebo: vos arcem intenti tenete. » De-

[—] Mox periculo eadem ratione cognato praceps additur, ac tempore τῷ longinqua, ut exacte sibi respondeant membra: simul vero τῷ præceps inesse videtur notio τοῦ maturata; Str.

^{2.} Sex millia, scilicet passuum; ut c. 44, 45; X, 25, 27 al. — Ut minus intentæ in custodiam urbis, etc. ad Portug. Gaertn. et Haverck. Ita II, 18: ut intentiores essent ad dicto parendum; III, 8: instructum et ad certamen intentum; X, 43: partem copiarum

revocare instructam intentanque ad oppugnandum; XXIV, 19: intento consule ad oppugnandum Casilinum; et alibi. Verum etiam intentus in aliquid Livio frequens; id igitur quum in optimæ fidei codd. et reliquis aliis constanter supersit, nihil mutandum recte judicavit Drakenborch. Ed.

^{3.} Pluribus, quam pro numero virorum, vide ad VII, 33, n. 2.

^{4.} Constituisset Romanos, statuisset, stitisset; v. infra ad lib. XXVII, c. 16.

currit inde quanto maxime poterat cum tumultu, « ad arma, et pro vestram fidem, cives! clamitans, arx ab hostibus capta est, ite, defendite. » Hæc incidens principum foribus, hæc obviis, hæc excurrentibus in publicum pavidis increpat 5. Acceptum ab uno pavorem plures per urbem ferunt : trepidi magistratus, missis ad arcem exploratoribus, quum tela et armatos tenere arcem multiplicato numero audirent, avertunt animos a spe recuperandæ arcis. Fuga cuncta complentur, portæque ab semisomnis, ac maxima parte inermibus refringuntur: quarum per unam præsidium romanum clamore excitatum irrumpit, et concursantes per viam pavidos cædit. Jam Sora capta erat, quum consules prima luce advenere; et quos reliquos fortuna ex nocturna cæde ac fuga fecerat, in deditionem accipiunt. Ex his ducentos viginti quinque, qui omnium consensu destinabantur 6 et infandæ colonorum cædis, et defectionis auctores, vinctos Romam deducunt: cæteram multitudinem incolumem, præsidio imposito, Soræ relinquunt. Omnes, qui Romam deducti erant, virgis in foro cæsi, ac securi percussi summo gaudio plebis: cujus maxime intererat, tutam ubique, quæ passim in colonias mitteretur, multitudinem esse.

XXV. Consules ab Sora profecti, in agros atque urbes Ausonum bellum intulerunt: mota namque omnia adventu Samnitium, quum apud Lautulas dimicatum est, fuerant, conjurationesque circa Campa-

^{5.} Excurrentibus in publicum pavidis increpat; confer ad II, 24, n. 6; et III, 3, n. 1. — Portæ... refringuntur, rescinduntur oonjiciebat Gebhardus; male. Refringere Livio in hac re proprium est. Infra X, 10: porta refracta, consul exercitusque romanus sine certamine urbem invasere; XXIII.

^{18:} moliri portas et claustra refringere purat; XXV, 9: vigiles obtruncant, refringuntque portam maximam; confer et ibid. cap. 24 et 25; Ovid. Metam. VI, 597. Ed.

^{6.} Omnium consensu destinabantur, putabantur esse et i. c. cædis, et defectionis auctores, ut XXXIII, 28, n. 2.

niam passim factæ; nec Capua ipsa crimine caruit: quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est 1: cæterum Ausonum gens 2 proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. Ausona, et Minturnæ, et Vescia, urbes erant: ex quibus principes juventutis duodecim numero in proditionem urbium suarum conjurati ad consules veniunt : docent, suos jampridem, exoptantes Samnitium adventum, simul ad Lautulas pugnatum audierunt, pro victis Romanos habuisse, juventute et armis Samnites juvisse: fugatis inde Samnitibus, incerta pace agere, nec claudentes portas Romanis, ne arcessant bellum, et obstinatos claudere, si exercitus admoveatur. In ea fluctuatione animorum, opprimi incautos posse. His auctoribus mota propius castra, missique eodem tempore circa tria oppida milites; partim armati, qui occulti propingua mœnibus insiderent loca; partim togati³, tectis veste gladiis, qui sub lucem apertis portis urbes ingrederentur. Ab iis simul custodes trucidari cœpti, simul datum signum armatis, ut ex insidiis concurrerent: ita portæ occupatæ, triaque oppida eadem hora, eodemque consilio, capta. Sed quia absentibus ducibus impetus est factus, nullus modus cædibus fuit; deletaque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecivo bello certasset.

XXVI. Eodem anno, prodito hostibus romano præsidio, Luceria Samnitium facta: nec diu proditoribus

CAP. XXV. 1. Nec Capua ipsa crimine caruit: quin Romam quoque et ad principum quosdam inquirendos ventum est; verba obscuriora, quæ cap. seq. explicantur: sed e duobus MSS leg. inquirendo; Stroth. Copulam et delendum putat Doer.

^{2.} Ausonum gens, de cujus variis in Italia sedibus vide Heynii Exc. 4, ad Virg. Æn. VII. — Vescia, vide ad VIII, 11, n. 3. Mox forte leg. pugnatum audierint.

^{3.} Partim armati...partim togati, vide ad III, 50, n. 1.

impunita res fuit. Haud procul inde exercitus romanus erat: cujus primo impetu urbs, sita in plano, capitur. Lucerini ac Samnites ad internecionem cæsi: eoque ira processit, ut Romæ quoque, quum de colonis mittendis Luceriam consuleretur senatus, multi delendam urbem censerent. Præter odium, quod exsecrabile in bis captos erat 1, longinquitas quoque abhorrere a relegandis tam procul ab domo civibus inter tam infestas gentes cogebat: vicit tamen sententia, ut mitterentur coloni: duo millia et quingenti missi. Eodem anno, quum omnia infida Romanis essent, Capuæ quoque occultæ principum conjurationes factæ: de quibus quum ad senatum relatum esset, haudquaquam neglecta res est; quæstiones decretæ. dictatoremque quæstionibus exercendis dici placuit. C. Mænius dictus: is M. Foslium magistrum equitum dixit. Ingens erat magistratus ejus terror; itaque sive timore ejus, seu conscientia, Calavios, Ovium, Noviumque² (ea capita conjurationis fuerant) priusquam nominarentur apud dictatorem, mors haud dubie ab ipsis conscita judicio subtraxit. Deinde, ut quæstioni campanæ materia decessit³, versa Romam interpretando res: non nominatim, qui Capuæ, sed in univer-

CAP. XXVI. 1. Præter odium, quod exsecrabile in bis captos erat. Quando initio hujus libri, cap. 2, Luceria Romanis amica esset, verisimile est fœdere, non oppugnatione, Romanorum factam; quod Livius tamen speciatim de hac urbe non meminit, de Apulio tamen non omisit, anno 428. Deinde eadem urbs Samnitium facta est, videlieet in quam Samnites Romanorum obsides ponere non dubitarunt. Id autem intelligimus actum, dum ad Furculas Caudinas Romani obsidebantur, etiamai Livius ne verbo qui-

dem meminerit. Rursus deinde Papirius Cursor cepit, sed quum ad Samnites rursus defecisset, hic secundo capitur. Ter igitur Romanorum fuit, sed bis capta. En. C. Mænius dictus dictator; vide ad cap. 15, n. 5.

2. Ovium Noviumque gentis Calaviæ prænom. Confer cap. 7 pr.

3. Deinde ut quæstioni campanæ materia decessit, ubi per mortem principum conjurationis ulterius de conjuratione, Capuæ facta, inquirendi defuit materia, Romam versa, translata est res, causa, interpretando, sub hoc

sum, qui usquam coissent, conjurassentve adversus rempublicam, quæri senatum jussisse: et coitiones honorum adipiscendorum causa factas, adversus rempublicam esse: latiorque et re et personis quæstio fieri; haud abnuente dictatore sine fine ulla quæstionis suæ jus esse. Postulabantur ergo nobiles homines: appellantibusque tribunos 4 nemo erat auxilio, quin nomina reciperentur⁵. Inde nobilitas, nec hi modo in quos crimen intendebatur, sed universi simul negare nobilium id crimen esse, quibus, si nulla obstetur fraude, pateat via ad honorem, sed hominum novorum. Ipsos adeo dictatorem magistrumque equitum reos magis, quam quæsitores idoneos ejus criminis esse: intellecturosque ita id esse, simul magistratu abissent. Tum enimvero Mænius, jam famæ magis quam imperii memor, progressus in concionem, ita verba fecit: «Et « omnes anteactæ vitæ vos conscios habeo, Quirites, « et hic ipse honos, delatus ad me, testis est innocen-« tiæ meæ: neque enim quod sæpe alias, quia ita tem-« pora postulabant reipublicæ, qui bello clarissimus « esset, sed qui maxime procul ab his coitionibus « vitam egisset, dictator deligendus exercendis quæ-« stionibus fuit. Sed quoniam quidam nobiles homi-« nes (qua de causa vos existimare⁶, quam me pro

prætextu, non nominatim. — Romæ quoque quæstiones haberi cæptæ, quum eam esse senatusconsulti vim dictator interpretaretur, ut sibi negotium datum esse diceret inquirere, non in eos nominatim, qui Capuæ, sed in eos omnes, qui usquam coissent, conjurassentve adversus rempublicam. Ed. — Sine fine ulla, nullo certo fine et limite circumscriptum esse jus quæstionis suæ, seu inquirendi; Doer. — Coitiones, vide ad lib. III, 35, n. 10. —

Postulabantur, id. qd. accusabantur. 4. Appellantibus tribunos, vide ad II, 27, n. 2.

5. Quin nomina reciperentur, scilicet reorum a quæsitore, vel judice quæstionis, qui tum dictator erat. Ita sæpe nomina reorum ad prætorem deferri et ab eo recipi, seu accipi dicebantur, ut XXXVIII, 55, n. 3, al. — Hominum novorum, vide ad I, 34, n. 8.

6. Qua de causa vos existimare, vide ad lib. IV, cap. 15, n. 1.

« magistratu 7 quicquam incompertum dicere melius « est) primum ipsas expugnare quæstiones omni ope « annisi sunt: dein, postquam ad id parum potentes « erant, ne causam dicerent, in præsidia adversa-« riorum, appellationem et tribunicium auxilium, pa-« tricii confugerunt. Postremo repulsi inde (adeo om-« nia tutiora, quam ut innocentiam suam purgarent. « visa) in nos irruerunt, et privatis dictatorem po-« scere reum verecundiæ non fuit: ut omnes dii homi-« nesque sciant, ab illis, etiam quæ non possint, ten-« tari, ne rationem vitæ reddant; me obviam ire « crimini, et offerre me inimicis reum, dictatura me « abdico. Vos, quæso, consules, si vobis datum ab se-« natu negotium fuerit, in me primum et hunc M. Fo-« slium quæstiones exerceatis; ut appareat innocentia « nostra nos, non majestate honoris, tutos a crimina-« tionibus istis esse. » Abdicat inde se dictatura, et post eum confestim Foslius magisterio equitum: primique apud consules (iis enim ab senatu mandata res est) rei facti, adversus nobilium testimonia egregie absolvuntur. Publilius etiam Philo, multiplicatis summis honoribus, post res tot domi belloque gestas, cæterum invisus nobilitati, causam dixit, absolutusque est. Nec diutius, ut fit, quam dum recens erat, quæstio per clara nomina reorum viguit : inde labi cœpit ad viliora capita, donec coitionibus factionibusque, adversus quas comparata erat, oppressa est.

XXVII. Earum fama rerum, magis tamen spes campanæ defectionis, in quam conjuratum erat, Samnites in Apuliam versos, rursus ad Caudium revocavit: ut

^{7.} Pro magistratu, vide ad II, 7, n. 4.— Dum gero personam magistratus, cujus gravitate indignum est quicquam incompertum dicere. En. — Ip-

sas expugnare quæstiones, impedire. 8. Omnes dii hominesque, vide ad III, 17, n. 6. Mox etiam quæ non possunt plurimi MSS prob. Doer.

inde ex propinquo, si qui motus occasionem aperiret¹, Capuam Romanis eriperent. Eo consules cum valido exercitu venerunt: et primo circa saltus, quum utrimque ad hostem iniqua via esset, cunctati sunt: deinde Samnites per aperta loca brevi circuitu in loca plana², campanos campos, agmen demittunt, ibique primum castra in conspectu hostibus data: deinde levibus præliis, equitum sæpius quam peditum, utrimque periculum factum : nec aut eventus eorum Romanum, aut moræ, qua trahebant bellum, pænitebat. Samnitium contra ducibus, et carpi parvis³ quotidie damnis, et senescere dilatione belli vires suæ videbantur: itaque in aciem procedunt; equitibus in cornua divisis: quibus præceptum erat, intentiores ad respectum castrorum, ne qua eo vis fieret, quam ad prælium starent: aciem pediti tutam fore. Consulum Sulpicius in dextro, Pœtelius in lævo cornu consistunt: dextra pars, qua et Samnites raris 4 ordinibus. aut ad circumeundos hostes, aut ne ipsi circumirentur, constiterant, latius patefacta stetit; sinistris, præ-

CAP. XXVII. 1. Si qui motus occasionem aperiret, al. aperirent.

2. Per aperta loca brevi circuitu in loca plana; confer ad I, 3, n. 8. Verba campanos campos delenda putabat Camill. Peregr. Diss. II, de Capua (loca enim plana esse, in quibus sita Suessula, ubi Samnites prius ad prælium provocaverint Romanos), et mox in conspectum data emend. Gron. - Se facile in Gronovii sententiam iturum profitetur Doujatius. Ita sup. III, 49: Insequens dies hostem in conspectum dabit ; ubi tamen quidam codd. et edd. antiq. præferunt in conspectu; XXX, 13: Rex vinctus in conspectum datus est; Cic. in Verr. V, cap. 33: Tum se tamen in conspectum nautis paulisper

dedit. Cæterum non tantum dare in conspectum fuisse in usu, sed etiam in conspectu jam pridem docuit Burmann. ad Phæd. V, 2, v. 15. Ed. — Pænitebat; vide ad II, 54, n. 16.

- 3. Et carpi parvis quotidie d'amnis, et senescere vires; vide ad III, 5, n. 1, et I, 22, n. 3. Aciem pedite tutam fore MS Helmst. prob. Gron. ut sensus sit: peditem ipsum per se solum satis tutam præstaturum aciem ex sese constantem. Parum interest. Consulum Sulpicius in dextro, Pætelius, etc., pro: e consulibus, vel consulum alter, ut XXII, 40, n. 6; et equitum Numidas XXIII, 29, n. 3. Consules alii, quod non minus rectum; Duk.
 - 4. Raris ordinibus, attenuatis, ut

terquam quod confertiores steterant, repentino consilio Pœtelii consulis additæ vires: qui subsidiarias cohortes 5, quæ integræ ad longioris pugnæ casus reservabantur, in primam aciem extemplo emisit, universisque hostem primo impetu viribus impulit. Commota pedestri acie Samnitium, eques in pugnam succedit, in hunc transverso agmine inter duas acies se inferentem romanus equitatus concitat equos: signaque et ordines peditum atque equitum confundit, donec universam ab ea parte avertit aciem. In eo cornu non Pœtelius solus, sed Sulpicius etiam hortator adfuerat; avectus ab suis nondum conserentibus manus ad clamorem ab sinistra parte prius exortum. Unde haud dubiam victoriam cernens, quum ad suum cornu tenderet cum mille ducentis viris, dissimilem ibi fortunam invenit: Romanos loco pulsos, victorem hostem signa in perculsos inferentem. Cæterum omnia mutavit 6 repente consulis adventus; nam et conspectu ducis refectus militum est animus: et, majus quam pro numero auxilium, advenerant fortes viri: et partis alterius victoria audita, mox visa etiam, prælium restituit. Tota deinde jam vincere acie Romanus, et, omisso certamine, cædi capique Samnités: nisi qui Maleventum, cui nunc urbi Beneventum nomen est, perfugerunt: ad triginta millia cæsa aut capta Samnitium, proditum memoriæ est.

XXVIII. Consules, egregia victoria parta, protinus

mox latius patefactis, quibus confertiores opponuntur, ut XXIII, 27.

^{5.} Subsidiarias cohortes; vide ad H, 20, n. 2. — Emisit; vide ad X, 5, n. 4. — Impulit; vide ad I, 14, n. 8.

^{6.} Caterum omnia mutavit, etc.; confer c. 21, n. 1. — Quorum omnia, Harlei.; qua, Hearn. Oxon. Ed.

^{7.} Maleventum, a gravitate ventorum sic dictum (ita Procop. Goth. I, 15), cui nunc urbi Beneventum nomen est, inde ab anno Urbis 485, quo facta et colonia rom. et mali ominis nomen commutatum. Confer Plin. III, 11, seu 16, et Festus voc. Beneventum, ubi vide quæ notavit Scalig.

inde ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt: ibique hiberna egerunt, donec ab novis consulibus L. Papirio Cursore ² quintum, C. Junio Bubulco iterum, nominatus dictator C. Pœtelius cum M. Foslio magistro equitum, exercitum accepit. Is quum audisset arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, omisso Boviano ad Fregellas pergit. Unde nocturna Samnitium fuga, sine certamine receptis Fregellis, præsidioque valido imposito, in Campaniam reditum, maxime ad Nolam armis repetendam: eo se intra mœnia, sub adventum dictatoris, et Samnitium omnis multitudo et Nolani agrestes, contulerant. Dictator, urbis situ circumspecto, quo apertior aditus ad mœnia esset, omnia ædificia (et frequenter ibi habitabatur) circumjecta muris incendit. Nec ita multo post, sive a Pœtelio dictatore, sive ab C. Junio consule (nam utrumque traditur), Nola est capta. Qui captæ decus Nolæ ad consulem trahunt, adjiciunt, Atinam et Calatiam, ab eodem captas 3: Pœtelium autem pestilentia 4 orta clavi figendi causa dictatorem dictum. Suessa, et Pontiæ, eodem anno coloniæ deductæ sunt; Suessa Auruncorum fuerat : Volsci Pontias insulam sitam in conspectu litoris sui, incoluerant : et Interamna et

CAP. XXVIII. 1. Ad Bovianum, caput Samnitium Pentrorum, h. Boiano, ad radices Appennini; vide ad Silium Italicum, VIII, 566.

2. L. Papirio Cursore V; confer ad cap. 15, n. 7. — C. Pætelius Libo Visolus dictator etiam memoratur in tabulis Capitol. sed pro Foslio M. Pætelius Libo mag. eq., et a Diodoro lib. XIX; Q. Fabius dict, et res, ad Fregellas ab eo gestæ. — Arcem Fregellanam ab Samnitibus captam, ut antea urbem, vide c. 12. Videntur ergo Romani medio tempore urbem rece-

pisse, quod præteriit Livius, ut sæpe de aliis urbibus solet; Duker. Confer Periz. anim. hist. cap. 4.

- 3. Atinam et Calatiam, ab eodem captas; illa urbs in Volscis, hæc et Nola in Campania erant : sed nihil obstat, quominus Romani rem diversis locis gerere, et Samnites Atinam in Volscis tum tenere potuerint, ut Fregellas et Soram (vide cap. 12, et 43), Duker.
- 4. Pætelium pestilentia orta clavi, etc.; conf. VII, 3.—Suessa Aurunca, vide ad VIII, 15, n. 1. Pontiæ, al.

A. C. 3_{11} — 3_{10} . U. C. 44_{1} — 44_{2} . LIB. IX. CAP. XXVIII. XXIX.

Casinum ut deducerentur coloniæ, senatusconsultum factum est: sed triumviros creavere⁵, ac misere colonorum quatuor millia insequentes consules, M. Valerius, P. Decius.

XXIX. Profligato fere Samnitium bello , prius quam ea cura decederet Patribus romanis, etrusci belli fama exorta est: nec erat ea tempestate gens alia, cujus, secundum gallicos tumultus², arma terribiliora essent, quum propinquitate agri, tum multitudine hominum. Itaque, altero consulum in Samnio reliquias belli persequente, P. Decius, qui graviter æger Romæ restiterat, auctore senatu dictatorem C. Junium Bubulcum dixit3. Is prout rei magnitudo postulabat, omnes juniores sacramento adigit : arma, quæque alia res poscit, summa industria parat; nec tantis apparatibus elatus, de inferendo bello agitat; quieturus haud dubie, nisi ultro arma Etrusci inferrent. Eadem in comparando cohibendoque bello consilia et apud Etruscos fuere; neutri finibus egressi; et censura clara eo anno Appii Claudii 4, et C. Plautii fuit: memoriæ

Pontia, ut apud Diodor. XIX, 111, et Suet. Tib. 54, sed Pontiæ apud Suet. Cal. 15, et Dion. Cass. 59, nam propr. tres, vel quatuor fuere insulæ in sinu formiano, seu caietano, quarum præcipua et maxima χατ' έξοχήν dicta Pontia, hodie Ponza. Suessa et Pontiæ coloniæ deductæ pro vulg. Suessam et Pontias, ut mox Interamna, etc. et sic de iisdem aliisque coloniis apud Vellei. I, 14. Confer infra X, 3, n. 3; XXXIV, 53; XXXIX, 44; XL, 34 al.

5. Triumviros creavere, scilicet coloniæ deducendæ.

CAP. XXIX. 1. Profligato fere S. bello, vide ad III, 50, n. 5.

2. Secundum gallicos tumultus, vid. ad I, 4, n. 1; et II, 26, n. 1. — Reli-

3. Dictatorem C. Junium Bubulcum dixit: locus haud dubie mancus, cujus lacunam Sigon. et Pigh. in Annal. ad ann. 441; e fastis Capitol. ita explent: dictatorem C. Sulpicium Longum, is magistrum equitum C. Junium Bubulcum dixit. — Nec tantis apparatibus...agitat; nec cogitat de inferendo bello, elatus tantis appara-

tibus; id est, non eo elatus est tantis

apparatibus, ut cogitaret de lacessen-

dis ultro hostibus, v. ad II, 32, n. 2. ED.

quias belli persequente, v. IV, 27, n. 1.

4. Censura clara eo anno Appii Claudii Crassi, qui postea luminibus captus (vide cap. extr.) et hinc Cæcus cognominatus est. Pro C. Plautio apud Frontin, de aquæd. V, in quibusdam

censoribus2 erant in æde Jovis vesci, quod traditum antiquitus erat, ægre passi, Tibur uno agmine abierunt: adeo, ut nemo in urbe esset, qui sacrificiis præcineret3. Ejus rei religio tenuit Senatum4, legatosque Tibur miserunt, ut darent operam, ut hi homines Romanis restituerentur. Tiburtini benigne polliciti, primum accitos eos in curiam hortati sunt, uti reverterentur Romam: postquam perpelli nequibaut, consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum 5, eos aggrediuntur. Die festo alii alios per speciem celebrandarum cantu epularum causa invitant, et vino, cujus avidum ferme genus est, oneratos sopiunt: atque ita in plaustra somno vinctos 6 conjiciunt, ac Romam deportant: nec prius sensere, quam, plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit. Tunc concursus populi factus, impetratoque, ut manerent, datum, ut triduum quotannis 7 ornati, cum

IV, cap. 34, legitur: classibus ad Fidenas pugnatum, id alio sensu exponendum esse visum est. Ed.

- 2. Tibicines, quia prohibiti a proximis censoribus, etc.; cf. qui eamdem historiam, etsi non plane eodem modo, narrant, Ovid. Fast.VI, 653-692; Val. Maxim. II, 5, 4, et Plutarch. in Problem. rom.
- 3. Qui sacrificius præcineret: nullum vero sacrificium sine tibicine, a quo canendum erat in aurem sacrificantis, ne ab eo audirentur verba mali ominis, quibus sacra turbarentur. Confer Cic. pro Domo, cap. 47.
- 4. Ejus rei religio tenuit senatum; cf. ad II, 5, n. 4. Terruit senatum Lovel. 4; verba hæc sæpe in MSS commutantur; hic nihil mutatione opus est. Ejus religio tenuit, etc. h. e. ea res religioni fuit senatui. Infra XLIII, 13.

 Quædam religio tenet, quæ illi pru-

- dentissimi viri publice suscipienda censuerint, ea pro dignis habere, quæ in meos annales referam. » Sic et eleganter dicitur tenere opinio. Vide I, 28; X, 26, et alibi. Ed. Mox prius ut ante darent superfluum videbatur Gron. Malim pro eo qui legere.
- 5. Consilio haud abhorrente ab ingeniis hominum, scilicet onerandi eos vino, cujus avidum ferme genus est, scil. hoc hominum, nisi potius id e quibusdam MSS ante genus inserendum. Ab omni autem evo cantores amarunt humores. Mox delendam esse vocem causa, ut superfluam, et e notis insertam jam monuere Gronet Pigh. in Annal. ad ann. 442, pag. 365. Ep.
- 6. Somno vinctos, vide ad lib. V, 44, n. 6.
- 7. Ut triduum quotannis ab Id. Jun., vel die Quinquatruum min. ornati sto-

cantu, atque hac, quæ nunc solennis est, licentia per urbem vagarentur: restitutumque in æde vescendi jus iis, qui sacris præcinerent. Hæc inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur.

XXXI. Consules inter se provincias partiti; Junio Samnites, Æmilio novum bellum Etruria forte obvenit. In Samnio Cluviam 1, præsidium romanum, quia nequiverat vi capi, obsessum fame in deditionem acceperant Samnites, verberibusque fœdum in modum laceratos occiderant deditos. Huic infensus crudelitati Junius, nihil antiquius 2 oppugnatione cluviana ratus, quo die aggressus est mœnia, vi cepit, atque omnes puberes interfecit. Inde victor exercitus Bovianum ductus: caput hoc erat Pentrorum³ Samnitium, longe ditissimum atque opulentissimum armis virisque. Ibi quia haud tantum irarum erat, spe prædæ milites accensi, oppido potiuntur. Minus itaque sævitum in hostes est: prædæ plus pæne, quam ex omni Samnio unquam, egestum, benigneque omnis militi concessa. Et postquam præpotentem armis Romanum nec acies subsistere4 ullæ, nec castra, nec urbes poterant; omnium principum in Samnio eo curæ sunt intentæ, ut insidiis quæreretur locus, si qua licentia populando effusus 5 exercitus excipi ac circumveniri posset. Transfugæ agrestes et captivi quidam, pars forte, pars con-

lis et personati per Urbem vagarentur; conf. Ovid. l. l. et Pigh. Ann. ad an. 442.—In æde Jovis.

CAP. XXXI. 1. Cluviam (oppidum incerti situs), præsidium romanum, ubi erat præsidium Roman., h. e. milites oppidi defendendi causa ibi locati: qui dicuntur in præsidio esse, vel præsidio loci relinqui XXIV, 40; ut dux præsidio loci præsse XXVII, 42; Duker. ad XXXVIII, 11, et nos

ad Tacitum, Annal. lib. II, c. 67, n. c.

2. Nihil antiquius, v. I, 32, n. 3.

3. Pentrorum Samnitium, qui etiam memorantur XXII, 6a, et in Dionys. Hal. Exc. ed. Vales. p. 533, et t.ans Apenninum coluere, ut et Caraceni, seu Caracini Samnites.

- 4. Romanum nec acies subsistere; vide ad I, 4, n. 12.
- 5. Populando effusus exercitus; cf. ad I, 14, n. 7.

silio oblati, congruentia ad consulem afferentes, quæ et vera erant, pecoris vim ingentem in saltum⁶ avium compulsam esse, perpulerunt, ut prædatum eo expeditæ ducerentur legiones. Ibi ingens hostium exercitus itinera occultus insederat, et, postquam intrasse Romanos vidit saltum, repente exortus cum clamore ac tumultu incautos invadit. Et primo nova res trepidationem fecit, dum arma capiunt, sarcinas congerunt in medium: dein, postquam, ut quisque liberaverat se onere, aptaveratque armis, ad signa undique coibant, et, notis ordinibus in vetere disciplina militiæ, jam sine præcepto ullius sua sponte struebatur acies, consul, ad ancipitem maxime pugnam advectus, desilit ex equo, et Jovem Martemque atque alios testatur deos, se, nullam suam gloriam inde, sed prædam militi quærentem, in eum locum devenisse; neque in se aliud, quam nimiam ditandi ex hoste militis curam, reprehendi posse: ab eo se dedecore nullam rem aliam, quam virtutem militum, vindicaturam. Conniterentur modo uno animo omnes invadere hostem, victum acie, castris exutum, nudatum urbibus, ultimam spem furto insidiarum? tentantem, et loco,

6. In saltum avium; conf. ad X, 2, n. 6; Pigh. ex Zonara VIII, 1, conj. in saltum Avernum; is vero, si intelligendus est, qui lacum cognominem cingebat, longe distabat a Boviano nuper expugnato, et a Samnio, in quo hæc gesta (vide cap. 32 pr.), et situs est in Campania non procul a mari: quare mihi verius videtur, vel Zonaram deceptum errasse, vel alios, quam Livium, auctores sequutos esse; Drak. — Repente exortus, ut passim exoriri et cooriri pro: ex insidiis consurgere, v. c. XXI, 55; XXII, 28; XXV, 15, 16; XXVII, 27; XXIX, 34; XLII,

15. — Ut quisque liberaverat se onere aptaveratque se armis, ad arma sumenda adhibendaque; vel iis sumptis (ut armis sexto casu accipiatur) aptaverat se pugnæ; vel legend. aptaverat arma, ut V, 49; X, 33; XXII, 19; XLIV, 34.

7. Furto insidiarum, furtivis insidiis, oeculta eorum fraude, ut furto XXVI, 39, 7; furto diei XXVI, 51; ac furto et fraude agere XLIII, 10; furtum dicitur, quidquid furtim, seu clam sit, et furari, ut κλέπτειν, clam aliis quid facere. Conf. ad Sil. VI, 70; VII, 136-487; XVII, 90.

non armis, fretum. Sed quem esse jam virtuti romanæ inexpugnabilem locum? fregellana arx soranaque, et ubicumque iniquo successum erat loco, memorabantur: his accensus miles, omnium immemor difficultatum, vadit adversus imminentem hostium aciem. Ibi paulum laboris fuit, dum in adversum clivum erigitur agmen; cæterum, postquam prima signa planiciem summam ceperunt, sensitque acies æquo se jam institisse loco, versus extemplo est terror in insidiatores, easdemque latebras, quibus se paulo ante texerant, palati atque inermes fuga repetebant: sed loca difficilia, hosti quæsita, ipsos tum sua fraude impediebant. Itaque ergo perpaucis effugium patuit: cæsa ad viginti millia hominum, victorque Romanus ad oblatam ultro ab hoste prædam pecorum discurrit.

XXXII. Dum hæc geruntur in Samnio, jam omnes Etruriæ populi præter Arretinos ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio¹, quæ urbs, socia Romanis, velut claustra Etruriæ erat, ingens orsi bellum. Eo alter consulum Æmilius cum exercitu ad liberandos obsidione socios venit; advenientibus Romanis Sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita advexere². Etrusci diem primum consultando, matura-

^{8.} Imminentem hostium aciem; vide ad VIII, 23, n. 8.

^{9.} Loca difficilia (vide ad cap. 24, 1), hosti, ab hoste, quæsita.— Id egerant Samnites ut hostem, Romanum, in loca difficilia pertraherent; sed tum ipsa illa difficultate locorum impediti, suamet ipsi fraude circumveniebanter. En

CAP. XXXII. I. Sutrio, quæ urbs socia Romanis; vide ad VI, 31, n. 1.

—Claustra Etruriæ, ut compedes Græciæ XXXII, 37, n. 2. Conf. VI, 9;
XLII, 67; XLIV, 7; XLV, 11; ad

XXXVII, 15, n. 1; et ad Tac. Ann. II, 59, n. 12. Pro claustra quidam MSS claustrum: sed erat ad urbs refertur; Stroth.

^{2.} Sutrini commeatus benigne... advexere; cf. ad III, 63, n. 2. — Commeatus benignos Flor. sed vox benigne non apparet in Leid. 2 et Lovel. 1. Melius eam cæteri servant, quæ hie eleganter pro largiter, copiose accipi potest, ut infra: ager heracleensis benigne ad omne genus operum materiam suppeditabat. Ita contra maligne est parce: sup. VIII, 9, materiam autem

rent, traherentne bellum, traduxerunt: postero die, ubi celeriora, quam tutiora, consilia magis placuere ducibus, sole orto signum pugnæ propositum est, armatique in aciem procedunt. Quod postquam consuli nuntiatum est, extemplo tesseram³ dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat; dicto paretur: consul, ubi armatos paratosque vidit, signa extra vallum proferri jussit, et haud procul hoste instruxit aciem. Aliquamdiu intenti utrimque steterunt, exspectantes ut ab adversariis clamor et pugna inciperet; et prius sol meridie se inclinavit'4, quam telum hinc aut illinc emissum est : inde, ne infecta re abiretur, clamor ab Etruscis oritur, concinuntque tubæ, et signa inferuntur; nec segnius ab Romanis pugna initur. Concurrunt infensis animis; numero hostis, virtute Romanus superat : anceps prælium multos utrimque et fortissimum quemque absumit; nec prius inclinata 5 res est, quam secunda acies romana ad prima signa, integri fessis, successerunt: Etrusci, quia nullis recentibus subsidiis fulta 6 prima acies fuit, ante signa circaque omnes ceciderunt. Nullo unquam prælio fugæ minus, nec plus cædis fuisset, ni obstinatos mori Tuscos nox texisset; ita ut

præbebat criminibus ager in latino falernoque agro maligne plebei divisus.

En. — Celeriora quam tutiora consilia magis placuere ducibus; conf. XXII, 38 extr. Herodot. p. 596 (γνούς ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἡ σοφώτερα ἐργασμένος εἴη), et Schæf. ad Longi Pastor. p. 374.

3. Extemplo tesseram dari jubet; vide ad VII, 35, n. t.

4. Prius sol meridie se inclinavit, ut meridies inclinat (se) pro: dies vergit ad occasum apud Hor. Od. III, 28, v. 5, ubi Mitscherl. jam monuit, non nimis stricte hæc accipienda, sed de die magnam partem præterlapso cogitandum, formatam autem hanc locutionem esse ad Græcorum rationem; quippe quibus, æqua utrimque diei lance, μεσημερία σταθερά ίστασθαι, meridies stare, sole in summum cæli fastigium evecto, exquisite dicatur. Conf. ad IV, 9, n. 6.

5. Nec prius inclinata res est; conf. ad cap. 12, n. 2.

6. Recentibus subsidiis fulta acies; vide II, 20, n. 2. — Pro ceciderunt, Voss. 2, et Lovel. 3, ceciderant. Ep.

A. C. 309—308. U. C. 443—444. LIB. IX. CAP. XXXII. XXXIII. 79 victores prius, quam victi, pugnandi finem facerent. Post occasum solis signum receptui datum est: nocte ab utroque in castra reditum: nec deinde quidquam eo anno rei memoria dignæ apud Sutrium gestum est; quia et ex hostium exercitu prima tota acies deleta uno prælio fuerat, subsidiariis modo relictis, vix quod satis esset ad castrorum præsidium; et apud Romanos tantum vulnerum fuit, ut plures post prælium saucii decesserint, quam ceciderant in acie.

XXXIII. Q. Fabius, insequentis anni consul¹, bellum ad Sutrium excepit: collega Fabio C. Marcius Rutilus datus est. Cæterum et Fabius supplementum ab Roma adduxit, et novus exercitus domo accitus Etruscis venit. Permulti anni jam erant, quum inter patricios magistratus tribunosque nulla certamina fuerant; quum ex ea familia, quæ velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, certamen oritur. Ap. Claudius censor, circumactis decem et octo mensibus, quod

7. Subsidiariis modo relictis; qui subsidiarii primæ aciei opponuntur etiam VI, 8; IX, 27; XXIV, 15. Sed si subsidiarii relicti fuerunt, non video, quomod prima acies, quod paulo ante dixit, non subsidiis fulta fuerit; Duker. Subsidiarii immoti sedisse, nec primæ aciei successisse videatur; Stroth.

CAP. XXXIII. 1. Quintus Fabius... cousul. Hic addendum iterum; nam primum fuit anno 432; VIII, 38; postea vero etiam ter. Maximi nomen ad finem hujus libri meruit, quanquam in prioribus sæpe huic appositum est. Notam Fabio iterati consulatus, librariorum negligentia omissam fuisse jam existimavit Pigh. in Ann. ad an. 443, pag. 368. Et. — Familia, quæ velut fatalis tum tribunis ac plebi erat, perpetuis cum his certaminibus (fati

quadam necessitate) destinata et assueta; Ern. Conf. ad V, 19, n. 3. At τὸ tum non modo supervacuum, sed etiam ineptum est, debeturque Frobenio. In omnibus MSS et antt. edd. est cum, et in plerisque plebe. Ingeniose conj. Gronov. velut nata (possis et facta) litibus cum t. ac plebe. Aliquid excidisse putabat Stroth. et leg. fatalis litibus cum t. ac plebe, vel cui velut fatalis lis cum, etc. — Circumactis... mensibus; actis quatuor e scriptis; pariter fere Phæd. lib. I, fab. 18, v. 2: « Instante partu mulier, actis mensibus Humi jacebat. » Ubi vide Burm. Nihil tamen hic mutandum, quia vulgat. cæteri codd. servant, et hoc sensu circumagere noster sæpius usurpavit. III, 8, graviore tempore anni jam circumacto; VI, 8, neque eum abdicare se dictatura, nisi circumacto apÆmilia lege 2 finitum censuræ spatium temporis erat, quum C. Plautius collega ejus magistratu se abdicasset, nulla vi compelli, ut abdicaret, potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis; qui finiendæ censuræ intra legitimum tempus actionem susceperat; non popularem magis³, quam justam, nec in vulgus, quam optimo cuique, gratiorem. Is, quum identidem legem Æmiliam recitaret, auctoremque ejus Mam. Æmilium dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante censuram et longinquitate⁴ potestatem dominantem intra sex mensium et anni coegisset spatium: « Dic, « agedum, inquit, Ap. Claudi, quidnam facturus fuea ris, si eo tempore quo C. Furius et M. Geganius « censores fuerunt, censor fuisses. » Negare Appius, interrogationem tribuni magno opere ad causam pertinere suam : nam etsi tenuerit lex Æmilia eos censores 5, quorum in magistratu lata esset, quia post illos censores creatos eam legem populus jussisset, quodque

no, passi sunt; XXIII, 30, circumacto tertio anno punici belli; XXVI, 40, magna parte anni circumacta: et pluribus aliis locis. En.

- 2. Ænilia lege finitum, definitum, constitutum. Cf. IV, 24. Quum C. Plautius. Hoc loc. et in orat. Sempronii mox secutura ea dicit Livius, ex quibus colligi debere videatur C. Plautium non abdicasse se censura, nisi circumactis decem et octo mensibus; et quidem sic memorat Front. de Aquæd. lib. I. Videndum an hæc conciliari facile possint cum iis, quæ de ejusdem Plautii abdicatione supra scripta sunt, cap. 29. Ep.
- 3. Non popularem magis, id. qd. mox non in vulgus gratiorem (confer ad II, 8, n. 1), h.e. communiter, omnibus, vel potius vulgo, plebi (vide ad Tac. Ann. I, 76, n. 5); nam addi-

tur quam optimo cuique (quoniam et justa erat), et duplex est h. I. ejusdem vocis (gratior) constructio, w sæpe apud Tacitum; vide ad Tacit. Ann. I, 7, n. 23.

- 4. Longinquitate potestatem dominantem (ut IV, 24, diuturnitate temporis nimiam, nou civilem, sed peneregiam) intra anni coegisset spatium; vide ad XXXII, 2, n. 4. Magno opere; vide ad III, 18, n. 3.
- 5. Nam etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quia bis de illorum magistratu sciverit populus, primum comitiis censoriis, ut censurem in quinquennium obtinerent, deinde legem ferente Æmilio dict. ut obtinerent in XVIII menses: itaque videri latam hanc legem in eos tantum censores, qui tum fuerint; Sigonius. Glareanus hic aliquot verba intercidisse putabat-

postremum jussisset ⁶, id jus ratumque esset; non tamen aut se, aut eorum quemquam, qui post eam legem latam creati censores essent ⁷, teneri ea lege potuisse.

XXXIV. Hæc sine ullius assensu cavillante Appio: « En¹, inquit, Quirites, illius Appii progenies, qui, « decemvir in annum creatus, altero anno se ipse « creavit; tertio, nec ab se, nec ab ullo creatus, pri- « vatus fasces et imperium obtinuit; nec ante conti- « nuando abstitit magistratu, quam obruerent eum « male parta ², male gesta, male retenta imperia. Hæc « est eadem familia, Quirites, cujus vi atque ³ injuriis « compulsi, extorres patria, sacrum montem cepistis: « hæc, adversus quam tribunicium auxilium vobis « comparastis: hæc, propter quam duo exercitus « Aventinum insedistis: hæc, quæ fenebres leges; « hæc, quæ agrarias semper impugnavit: hæc connu- « bia Patrum et plebis interrupit: hæc plebi ad cu-

Conf. not. 7. Sed neuter cavillationis vim percepisse videtur. Vide ad X, 47, n. 3.

6. Quodque postremum jussisset, ac. at illi, tam in quinquennium creati ceasuram, non nisi in XVIII menses obtinerent; Doer. Cf. ad X, 47, n. 3.

7. Qui post eam legem latam creati censores essent: « quasi hi iterum æque ac antea alii in quinquennium creati essent, ita ut lex Emilia tantummodo ad censores ejus temporis pertinuisset. Cæterum post, aut ante creati excidisse videtur optimo jure aut lege optima; » Stroth. Recte, opinor: et ex cap. seq. probabile fit, orationem Appii obscuriorem esse, quia ea pars illius omissa, ad quam maxime pertinuit Appii eavillatio, quam tribunus ibi refellit. Confer ad cap. 34, n. 8. Sed vide ad lib. X, cap. 47, n. 3.

CAP. XXXIV. 1. En, inquit, scil. P. Sempronius trib. pleb. — Fasces et imperium obtinuit: accepit Voss. 2 et 'Lovel. 3. Sed nihil mutandum. Accepit de glossa in textum irrepsit. Obtinere hic non est consequi, sed perseverare in tenendo, obstinate tenere, quomodo hoc verbum supra accipiendum docuit Gronov. ad lib. III, 36. Eo sensu nune poni, demonstrat sequens continuando, ut et, quod deinde vocat, retenta imperia. En.

2. Obruerunt eum male parta... imperia; vide ad VI, 14, n. 6.

3. Cujus vi atque injuriis...comparastis; conf. II, 29, 30, 32, 33.—
Propter quam duo exercitus Aventinum
insedistis; vide III, 51 sq.— Quæ fenebres leges, etc.; vide VI, 39 seq.—
Hæc connubia Patrum et plebis interrupit; vide IV, 1 sq.— Hæc plebi ad

« rules magistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo « quam Tarquiniorum, infestius vestræ libertati. Itane a tandem, Ap. Claudi, quum centesimus⁴ jam annus « sit ab Mam. Æmilio dictatore, tot censores fuerint, « nobilissimi fortissimique viri, nemo eorum duodecim « tabulas legit? nemo id jus esse, quod postremo po-« pulus jussisset, scivit? Imo vero omnes sciverunt; « et ideo Æmiliæ potius legi paruerunt, quam illi an-« tiquæ, qua primum censores creati erant, quia hanc « postremam jusserat populus : et quia, ubi duæ con-« trariæ leges sunt, semper antiquæ obrogat 5 nova. « An hoc dicis, Appi, non teneri Æmilia lege popu-« lum? an populum teneri, te unum exlegem esse? « Tenuit Æmilia lex violentos illos censores, C. Furium « et M. Geganium, qui, quid iste magistratus in re-« publica mali facere posset, indicarunt, quum, ira « finitæ potestatis⁶, Mam. Æmilium, principem ætatis « suæ belli domique, ærarium fecerunt: tenuit dein-« ceps omnes censores intra centum 7 annorum spa-« tium : tenet C. Plautium collegam tuum, iisdem « auspiciis, eodem jure creatum. An hunc non, ut qui « optimo jure censor creatus esset8, populus creavit? « tu unus eximius es, in quo hoc præcipuum ac sin-

curules magistratus iter obsepsit; vide IV, 6; VI, 40.

- 4. Centesimus jam annus: quem jam præteriisse significat; Sigon. Proprie jam erat annus centesimus vigesimus quartus. Conf. IV, 24, sed rotundis fere numeris utitur Livius.
- 5. Semper antiquæ obrogat nova lex: al. non male antiquam abrogat, sed perperam antiquæ abrogat. Conf. ad IV, 58, n. 10.
- 6. Ira finitæ potestatis, ob iram, vel ab ira propter potestatem non tam certo, quam minori temporis spatio

- circumscriptam; vide ad I, 5, n. 5.— Ærarium fecerunt; vide IV, 24, n. 5.
- 7. Intra centum annorum spatium; conf. not. 4.
- 8. Qui optimo jure censor creatus esset, etc., ut passim optimo jure vel optima lege et conditione, h. e. ea, quæ plenissimum jus alicujus rei, seu muneris affert, quæ, ut nunc vulgo dicitur, cum omnibus privilegiis, seu prærogativis conjuncta est: formula in creatione magistratuum sacerdotumque adhiberi solita; vid. Ern. clav. Cic. voc. jus, et Festus in optima lex,

« gulare valeat? Quem tu regem sacrificiorum crees, « amplexus regni nomen⁹, ut qui optimojure rex Romæ « creatus sit, creatum se dicet? quem semestri dicta-« tura, quem interregno quinque dierum contentum « fore putes? quem clavi figendi, aut ludorum causa « dictatorem audacter crees? Quam isti stolidos ac « socordes ¹⁰ videri creditis eos, qui intra vicesimum « diem, ingentibus rebus gestis, dictatura se abdica-« verunt, aut qui vitio creati abierunt magistratu? « Quid ego antiqua repetam? Nuper intra ¹¹ decem

cujus tamen verba, si ad censores transferantur, cum hoc loco vix conciliari poterant. «Omnis Appii fallacia versabatur circa hanc formulam meram solennem, quales et hodie sun! multæ, ut mit allen Rechten und Vorzügen, quæ sæpe nihil sunt præter verba: quibus inhærere, instare, ea postulare, quæ posita sint in iis, ineptum foret; » Stroth. Quæ hic adjicit, jam animadvertit Gronov. cujus nota est: « Formula hac abutebatur ad libidinem suam Appius: aiebat se censorem optima lege creatum : ex ea formula quinquennalem sibi censuram deberi: eam enim de censura optimam legem esse, non legem Æmiliam. Respondet vere tribunus, post legem Æmiliam promulgatam nihil extra mensium sex et anni spatium largiri eam formulam censoribus. Perinde facere Appium, ac si rex sacrorum, captans argutias ex vocabulo regni, quod et ipse optimo jure rex creatus sit, omnia jura omnemque potestatem et imperium Romuli cæterorumque regum sibi arrogare velit; dicendo eam optimam legem de rege romano esse, quæ de imperio Romuli rogata sit, atque accepta initio Urbis conditæ. Item si hæc interpretatio valeret, interreges quoque ac dictatores maxime clavi figendi, aut ludorum causa dictos, quippe qui omnes, ut qui optimo jure, eadem elusuros ad potestatem sibi augendam. » Cf. ad X, 47, n. 3. - Quem tu regem sacrificiorum. Quem tu regem sacrificulum creaveris, sive, qui rex sacrificulus creatus fuerit, urgens vim ipsius vocabuli, et nomen regni jactitans, Appii exemplo dicet se creatum esse. ut qui optimo jure rex Romæ creatus sit, et eodem jure sibi regiam potestatem, quo Appius quinquennalem censuram, vindicabit. Quod additur, dictatura semestri, et quinque dierum interregno non fore contentos homines, id non satis videtur accuratum. Quum enim nunquam aut dictatura ultra sex menses, aut interregnum ultra quinque dies excurrisset, appiana cavillatio ad ea munera ultra bos temporum fines producenda locum habere non poterat. En.

9. Amplexus regni nomen, urgens, arrepto eo, tanquam argumento. Forte leg. amplexusne, aut certe punctum post dicet ponendum. — Semestri dicatura, etc.; vide ad III, 29, n. 5.

10. Quam isti Appio (δεικτικῶς) stolidos ac socordes videri creditis, Quirites; ad quos oratio se convertit ab Appio.—Vitio creati; v. V, 17, n. 4.

11. Nuper intra decem annos C.

« annos C. Mænius dictator, quia, quum quæstiones « severius, quam quibusdam potentibus tutum erat, « exerceret, contagio ejus, quod quærebat ipse, cri-« minis objectata ab inimicis est, ut privatus obviam « iret 12 crimini, dictatura se abdicavit. Nolo ego istam « in te modestiam : ne degeneraveris a familia impe-« riosissima et superbissima : non die, non hora ci-« tius, quam necesse est, magistratu abieris; modo « ne excedas finitum tempus, satis est, aut diem, aut « mensem censuræ adjicere? Triennium, inquit, et « sex menses ultra, quam licet Æmilia lege, censuram « geram, et solus geram. Hoc quidem jam regno si-« mile est. An collegam subrogabis 13, quem ne in « demortui quidem locum subrogari fas est? Pœnitet « enim 14, quod antiquissimum solenne et solum ab « ipso, cui fit, institutum deo ab nobilissimis antisti-« tibus ejus sacri ad servorum ministerium religiosus « censor deduxisti; gens 15 antiquior originibus urbis « hujus, hospitio deorum immortalium sancta, propter « te ac tuam censuram intra annum ab stirpe exstincta

Mænius dict., etc.; conf. cap. 26. Pro · decem annos legendum quinque annos; Jac. Gron. Alii putant, Livium in annorum ratione varios auctores sequutum esse. Cf. tamen ad cap. 18, n. 10. - Quintus hic annus agitur ab eo, quo Mænium dictatorem Livius exhibuit. At Fasti capitolini totis decem ante hanc Sempronii actionem annis eum dictatorem habent. Videtur igitur auctores alios secutus esse Livius in memoranda ipsa Mænii dictatura, alios in hac Sempronii oratione concinnanda. Conf. Pigh. lib. V Annal. ad ann. 433, et Drakenb. ad hunc locum. ED. - Contagio ejus criminis (vide ad II, 5, n. 3), quod quærebat ipse, cujus ipse quæsitor erat, vel quæstionem

exercebat. Conf. ad lib. II, 29, n. 3.

- 12. Obviam iret crimini, criminationi.—Nolo, non postulo, ego istam in te modestiam, etc., acerbe dicta.
- 13. An collegam subrogabis, etc.; conf. V, 31.
- 14. Panitet enim (vide ad II, 54, n. 16) quod antiquissimum solenne sacrum Herculis, et solum...exstincta est; conf. cap. 29, et ad I, 7, n. 5.—Religiosus censor amara cum irrisione dicitur.
- 15. Gens (Potitia) antiquior, etc.; vide I, 7. Hospitio deorum immortalium, propr. unius tantum Herculis, hospitio ab ea et Evandro excepti: sed res invidiose augetur. —V. Virg. nost. edit. vol. III, p. 421, sqq. Ep. Ab

A. C. 308. U. C. 444. LIBER IX. CAP. XXXIV.

« est : nisi universam rempublicam eo nefario 16 ob-« strinxeris, quod ominari etiam reformidat animus. « Urbs eo lustro capta 17 est, quo, demortuo collega « C. Julio censore, L. Papirius Cursor, ne abiret ma-« gistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam sub-« rogavit. Et quanto modestior illius cupiditas fuit, « quam tua, Appi? Nec solus, nec ultra finitum lege « tempus L. Papirius censuram gessit: tamen neminem « invenit, qui se postea auctorem sequeretur: omnes « deinceps censores post mortem collegæ se magistratu « abdicarunt; te, nec quod dies exit 18 censuræ, nec « quod collega magistratu abiit, nec lex, nec pudor « coercet : virtutem in superbia, in audacia, in con-« temptu deorum hominumque ponis. Ego te, Ap. « Claudi, pro istius magistratus majestate ac verecun-« dia, quem gessisti, non modo manu violatum, sed « ne verbo quidem inclementiori a me appellatum « vellem : sed et hæc, quæ adhuc egi, pervicacia tua

stirpe exstincta est; funditus interiit, ita ut soboles non superesset. Ab stirpe tollidixit inf. Liv. XXXIV, 2: Virorum omne genus in aliqua insula conjuratione muliebri ab stirpe sublatum esse. Item Sallustius ab stirpe interire, Catil. 10: Carthago æmula imperii romani ab stirpe interiit. Noster autem eamdem historiam referens, cum stirpe exstinctos. En. 16. Nisi universam rempublicam eo

16. Nisi universam rempublicam eo nefario seelere (ita non poterat non dicere Livius, quia nefas ablativo caret; Ern.) et sic simul pœnæ divinæ (quam et gens Potitia et ipse Appius luit; de quo vide cap. 29 extr.) obstrinxeris, ejus participem reddideris, ut X, 38; et XXVI, 48. Sic et illigare XXXI, 25; XXXII, 21 al. obstrinxeris scilicet ad id expiandum; Doera

17. Urbs eo lustro capta est...sur-rogavit; vide ad V, 31.

18. Quod dies exit censurce, al. exiit; forte rectius. Sic et induciarum dies exiit, hoc est, tempus earum finitum est, IV, 30; XXX, 24, n. 5; XLII, 47 extr. coll. IV, 58 pr. stipendii (solvendi) dies exierat (qui nobis terminus dicitur) XXII, 33, n. 4. - Non modo non manu violatum, etc.; cf. ad I, 40, n. 1. - Pervicacia; pertinacia Portug. Harlej. et Haverk. quod ex interpretis glossa esse videtur, qui indicare voluit, pervicaciam hic malo sensu pro pertinacia sumi; nam teste Nonio, pervicacia et pertinacia hoc distant; pervicacia est interdum bonarum rerum perseverantia : pertinacia semper malarum. Certe pervicax malo sensu etiam infra occurrit LXII, 62: Quod si Romani tum quoque insita per« et superbia coegit me loqui; et, nisi Æmiliæ legi « parueris, in vincula duci jubebo; nec, quum ita « comparatum a majoribus sit, ut, comitiis censoriis « nisi duo confecerint legitima 19 suffragia, non re- « nuntiato altero comitia differantur, ego te, qui solus « censor creari non possis, solum censuram gerere « patiar. » Hæc taliaque quum dixisset, prendi censorem et in vincula duci jussit: approbantibus sex tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuerunt; summaque invidia omnium ordinum solus censuram gessit.

XXXV. Dum ea Romæ geruntur, jam Sutrium ab Etruscis obsidebatur; consulique Fabio, imis montibus ducenti ad ferendam opem sociis tentandasque munitiones si qua posset, acies hostium instructa occurrit. Quorum ingentem multitudinem quum ostenderet subjecta late planities: consul, ut loco paucitatem suorum adjuvaret, flectit paululum in clivos agmen (aspreta erant strata saxis); inde signa in hostem obvertit. Etrusci, omnium, præterquam multitudinis suæ, qua sola freti erant, immemores, prælium

tinacia æqua aspernarentur, deos hominesque et moderationis Persei, et illorum pervicacis superbiæ futuros testes. En.

19. Confecerint legitima suffragia; vide ad III, 64, n. 3.

CAP. XXXV. 1. Consulique Fabio imis montibus, ad radices montium, ducenti exercitum (confer ad I, 23, n. 4). — Si qua ratione, vel parte (vide ad III, 70, n. 2) posset scilicet tentare munitiones: nam tentare aliquem, vel aliquid est experiri, quo animo sit vel qualis et quale illud sit, ut XXVI, 24; XXVIII, 45; XL, 5 al. vel num id consequi possis (ut IV, 10; XXI, 12; XLIV, 45) sive precibus, sive

fraude, sive vi : hinc sollicitare ad defectionem, etc., aut adoriri, oppugnationem tentare, seu moliri, oppugnare, ut h. l. 24, 7 pr. (nisi ibi est sollicitare) XXXI, 46; XXXIII, 5; XLV, 11. Confer ad X, 16, n. 1. - Aspreta erant strata saxis; aspera Palat. 2; Harlej. et Haverk. male. Supra cap. 24: ad hæc saxa erant, et temere jacentia, ut fit, in aspretis; XXVII, 18: per aspreta primum nihil aliud, quam via impediti iere; XXXI, 15: ea aspreta rupesque interjectas habet; XXXV, 28: tabernacula statuere in aspretis et inæquabili solo difficile erat. Ita dat Klockian: flectit paululum agmen in clivosa, aspera, etc. En.

ineunt adeo raptim et avide, ut, abjectis missilibus, quo celerius manus consererent, stringerent gladios, vadentes in hostem. Romanus contra nunc tela, nunc saxa, quibus eos affatim locus ipse armabat, ingerere: igitur scuta galeæque ictæ quum etiam, quos non vulneraverant, turbarent (neque subire erat facile ad propiorem pugnam, neque missilia habebant, quibus eminus rem gererent), stantes et expositos ad ictus quum jam satis nihil tegeret, quosdam etiam pedem referentes, fluctuantemque et instabilem aciem², redintegrato clamore, strictis gladiis hastati et principes invadunt: eum impetum non tulerunt Etrusci, versisque signis, fuga effusa castra repetunt. Sed equites romani, prævecti³ per obliqua campi, quum se fugientibus obtulissent, omisso ad castra itinere, montes petunt : inde inermi pæne agmine ac vexato vulneribus in silvam Ciminiam penetratum. Romanus, multis millibus Etruscorum cæsis, duodequadraginta signis militaribus captis, castris etiam hostium cum præda ingenti potitur : tum de persequendo hoste agitari cœptum.

XXXVI. Silva erat Ciminia magis tum invia atque horrenda, quam nuper fuere germanici saltus¹; nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita: eam intrare haud fere quisquam, præter ducem ipsum, au-

^{2.} Fluctuantemque et instabilem aciem; vide ad III, 60, n. 7.

^{3.} Sed equites romani prævecti, prætervecti; Stroth. (Conf. ad I, 45, n. 7). Imo vulgari sensu dicuntur prævecti, prævertentes celeritate equorum agmen hostium, ut prior prævenit cap. 23. — Per obliqua campi itinera, per obliquos campos, vel oblique viam trajiciendo in campo. Confer ad II, 39, n. 3, et IV, 27, n. 1; infra XXI,

³⁴ extr. occursantes per obliqua, ex transverso, ab utraque parte, oblique, ut per obliquum apud Hor. Od. III, 27, 6; in obliquum, ap. Virg. Georg. I, 98; vel ex et ab obliquo.

CAP. XXXVI. 1. Quam nuper fuere germanici saltus, hercynii, in quibus Cæsar Germanos quæsivit; quosque patefecit Drusus; vide Flor. I, 17; III, 10, 14, et IV, 12, 27. — Nulli adita; vide ad V, 12, n. 5.

debat; aliis omnibus cladis caudinæ nondum memoria aboleverat2. Tum ex iis, qui aderant (consulis fratrem M. Fabium³, Kæsonem alii, C. Claudium quidam, matre eadem, qua consulem, genitum tradunt), speculatum se iturum professus, brevique omnia certa allaturum. Cære educatus apud hospites, Etruscis inde literis eruditus erat, linguamque etruscam probe noverat. Habeo auctores4, vulgo tum romanos pueros, sicut nunc græcis, ita etruscis literis 5 erudiri solitos. Sed propius est vero, præcipuum aliquid fuisse in eo, qui se tam audaci simulatione hostibus immiscuerit. Servus ei dicitur comes unus fuisse, nutritus una, eoque haud ignarus linguæ ejusdem : nec quidquam aliud proficiscentes, quam summatim regionis, quæ intranda erat, naturam ac nomina principum in populis accepere⁶; ne qua inter colloquia insigni nota hæsitantes deprehendi possent : iere pastorali habitu,

- 2. Nondum memoria abaleverat; obsoleverat leg. conjiciebat Salvinius; ita infra XXI, 52: suspectaque ei gens erat, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam; XXXVIII, 43: veterem et obsoletam viam ingressos Ambracienses dixit. Sed nisi quod obsoleverat præferat Lovel. 4, aboleverat superçest in omnibus scriptis et editis, eaque lectio nostro indigna censeri nequit; sæpe enim abolescere, forma activa, posuit significatione passiva, pro aboleri. Confer I, 23, n. 1. Ep.
- 3. Consulis fratrem M. Fabium, scilicet nonnulli, Kæsonem alii, etc., nisi leg. consulis frater M. Fabius, Kæsonem, etc. Vel cum aliis consulis frater M. Fabium, etc. Male quidam M. Fabium Kæsonem alii: nam Kæso est prænomen. Confer Flor. I, 17, et Frontin, Strat. I, 2, n, 2, qui

adhuc incognitas fuisse Romanis ducibus sagaciores explorandi vias dicit.

- 4. Habeo auctores, etc.; vid. ad II, 58, n. 1.
- 5. Etruscis literis, origine græcis (vide Garii Epit. Musei etrusci, pag. 106), erudiri solitos; Cic. de Div. I, 41: « quo circa bene apud majores nostros senatus tum, quum florebat imperium, decrevit, ut de principum filiis sex singulis Etruriæ populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter tenuitatem hominum, a religionis auctoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum.» Confer etiam Valer. Max. I, 1, ex. 1; Fontanin. de antt. Hortæ I, 7. Eoque; vide ad I, 11, n. 6.
- 6. Nomina principum in populis accepere, percunctati sunt; Doer. Quavis verbi apta est, sed vix alio exemplo firmari poterit,

agrestibus telis⁷, falcibus gæsisque binis armati. Sed neque commercium linguæ, nec vestis armorumve habitus sic eos texit, quam quod abhorrebat ab fide, quemquam externum ciminios saltus intraturum: usque ad Camertes Umbros penetrasse dicuntur. Ibi, qui essent, fateri Romanum ausum: introductumque in senatum consulis verbis egisse de societate amicitiaque: atque inde comi hospitio acceptum, nuntiare Romanis jussum, commeatum exercitui dierum triginta præsto fore, si ea loca intrasset; juventutemque Camertium Umbrorum in armis paratam imperio futuram. Hæc quum relata consuli essent, impedimentis prima vigilia præmissis, legionibus post impedimenta ire jussis, ipse substitit cum equitatu: et, luce orta, postero die obequitavit stationibus hostium, quæ extra saltum dispositæ erant : et, quum satis diu tenuisset hostem, in castra sese recepit; portaque altera egressus, ante noctem agmen adsequitur. Postero die, luce prima, juga Ciminii montis tenebat: inde, contemplatus opulenta Etruriæ arva, milites emittit. Ingenti jam abacta præda, tumultuariæ8 agrestium Etruscorum cohortes, repente a principibus regionis ejus concitatæ, Romanis occurrunt, adeo incompositæ, ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint; cæsis fugatisque iis, late depopulato agro, victor Romanus opulentusque rerum omnium copia in castra rediit.

copia a duob. melioribus Paul. et Vossian. altero exsulat; rò que recidendum etiam Gronovio videtur; nec sane displicet locutio, e Græcis sumpta opulentes rerum, ut et dives agri, qua Livium usum fuisse ex MSS tib. XXXV, cap. 1 verisimile fit; nihil tamen mutandum est, quum cæteri omnes vulgatum tueantur; nec delenda particula que, quæ in nullo etiam cod. deficit.

^{7.} Agrestibus telis, securibus (conf. ad I, 40, n. 7, et III, 50, n. 1), nisi potius horum epexegesis sit falcibus gæsisque; Stroth. De gæsis v. ad VIII, 8, n. 3. — Consulis verbis, nomine et mandato, ut not. 9; XXVI, 6, n. 7, et XXXVII, 36, n. 4.

^{8.} Tumultuariæ a. Etruscorum cohortes; vide ad I, 37, n. 4. — Opulentusque rerum omnium copia; τὸ

Eo forte quinque legati cum duobus tribunis 9 plebis venerant, denuntiatum Fabio senatus verbis, ne saltum ciminium transiret: lætati serius se, quam ut impedire bellum possent, venisse, nuntii victoriæ Romam revertuntur.

XXXVII. Hac expeditione consulis motum latius erat, quam profligatum¹, bellum: vastationem namque sub Ciminii montis radicibus jacens ora senserat, conciveratque indignatione non Etruriæ modo populos², sed Umbriæ finitima. Itaque, quantus non unquam antea, exercitus ad Sutrium venit; neque e silvis tantummodo promota castra, sed etiam aviditate dimicandi quam primum in campos delata acies: deinde instructa primo suo stare loco, relicto hostibus ad instruendum³ contra spatio: dein, postquam detrectare hostem sensere pugnam, ad vallum subeunt. Ubi postquam stationes quoque receptas intra munimenta sensere, clamor repente circa duces ortus, ut eo sibi e castris cibaria ejus diei deferri juberent; mansuros se sub armis, et aut nocte, aut certe luce

Confer supra IV, 34: exercitum victorem opulentumque præda triumphans Romam reduxit; VII, 24: Victorem exercitum opulentumque Gallicis spoliis Romam reduxit. Ep.

9. Legati cum duobus tribunis pleb. quod notandum. — Senatus verbis; vide not. 7.

CAP. XXXVII. 1. Profligatum bellum; vide ad III, 50, n. 5.

- 2. Non Etruriæ modo populos, sed etiam; vide ad I, 40, n. 1.
- 3. Ad instruendum; vide ad III, 8, n. 5. Al. ad instruendam, scilic. aciem; quo in sensu verbo instruere non semel utitur Livius; X, 19: et Romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis ad instruendum fuit;

XXX, 21: sed vix spatium instruendi fuit. En. - Mansuros se sub armis. Nota locutionem sub armis, pro, armatus, armis indutus; gallice sous les armes, ex qua, quod sevo Theodosiano inprimis usitata sit, efficere videtur voluisse Spanhem. de præst. et usu numism. Dissert. XI, pag. 518. Manilium poetam, cui eadem familiaris est, circa illa tempora vixisse. Verum non eo tantum, sed et optimo ævo in communi usu fuisse docet hic locus Livii. Similiter etiam infra XLIV, 34: Aptari corpori arma, experirique sub his membrorum agilitatem. Adde Virg. Æneid. V, v. 440 : « Aut montana sedet circum castella sub armis; » vide nostr. edit. vol. III, p. 46 : adi

prima castra hostium invasuros. Nihilo quietior romanus exercitus imperio ducis continetur : decima erat fere diei hora, quum cibum capere consul milites jubet; præcipit, ut in armis sint, quacumque diei, noctisve hora signum dederit. Paucis milites alloquitur, Samnitium bella extollit 4, elevat Etruscos: nec hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam ait esse. Præterea telum aliud occultum scituros in tempore: interea taceri opus esse. His ambagibus prodi simulabat hostes, quo animus militum multitudine territus restitueretur: et, quod sine munimento consederant, verisimilius erat, quod simulabatur. Curati cibo corpora quieti dant, et quarta fere vigilia sine tumultu excitati arma capiunt. Dolabræ calonibus dividuntur ad vallum 5 proruendum fossasque implendas: intra munimenta instruitur acies: delectæ cohortes ad portarum exitus collocantur. Dato deinde signo paulo ante lucem, quod æstivis noctibus sopitæ⁶ maxime quietis tempus est, proruto vallo erupit acies: stratos passim invadit hostes: alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, cædes oppressit; paucis armandi se datum spatium est. Eos ipsos, non signum certum, non ducem sequentes, fundit Romanus, fugatos eques persequitur: ad castra, ad silvas 8 diversi tendebant; silvæ tutius dedere refugium; nam castra

quoque Burm. ad Ovid. Met. VIII, v. 313. Ep.

4. Samnitium bella extollit, elevat Etruscos; vide ad III, 21, n. 5.— Telum (vide ad III, 50, n. 1) aliud occultum scituros in tempore (vide ad II, 47, n. 4), quod simulabatur quidem, ut animus militum m. t. restitueretur, sed verisimile videbatur, quod sine munimento consederant hostes et hinc

facile poterant opprimi. — His ambagibus; vide ad I, 55, n. 6.

5. Ad vallum proruendum fossasque implendas; confer ad cap. 14,n.7.
6. Sonite marine quietic vide ad

6. Sopitæ maxime quietis; vide ad I, 41, n. 6, et VIII, 6, n. 3.

7. Ad arma trepidantes; vide ad I, 14, n. 6; et III, 49, n. 4.

8. Ad castra, ad silvas diversi, aliì ad castra, alii ad silvas, tendebant,

in campis sita eodem die capiuntur. Aurum argentumque jussum referri ad consulem: cætera præda militis fuit: cæsa aut capta eo die hostium milia ad sexaginta. Eam tam claram pugnam trans ciminiam silvam ad Perusiam pugnatam, quidam 9 auctores sunt; metuque in magno civitatem fuisse, ne interclusus exercitus tam infesto saltu 10, coortis undique Tuscis Umbrisque, opprimeretur: sed, ubicumque pugnatum est, res romana superior fuit. Itaque a Perusia, et Cortona, et Arretio, quæ ferme capita Etruriæ populorum ea tempestate erant, legati, pacem fœdusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.

XXXVIII. Dum hæc in Etruria geruntur, consul lter C. Marcius Rutilus Allifas de Samnitibus vi cep't: multa alia castella vicique¹, aut deleta hostiliter, aut integra in potestatem venere. Per idem tempus et classis romana a P. Cornelio, quem senatus maritimæ oræ præfecerat, in Campaniam acta, quum appulsa Pompeios esset, socii inde navales ad depo-

vide ad III, 60, n. 1; et IV, 19, n. 1.
g. Quidam auctores sunt; vide ad
II, 58, n. 1.

10. Tam infesto saltu; vide ad I, 7, n. 7.

CAP. XXXVIII. 1. Multa alia castella vicique; vide ad V, 5, n. 2. — Mox socii navales, qui nautæ, vel remiges et sunt et dicuntur (conf. XXI, 50; XXII, 19; XXIV, 11), sed nonnunquam milites classici fiunt (vide XXVI, 17; XXVII, 17; Schweigh. ad Polyb. X, 17, n. 12, et X, 35, n. 5), vel armati operam militarem præstant; οἱ ἀπὸ τοῦ στολου apud Polyb. III, 76. Confer infra XXI, 49, 50, 61; XXII, 11, 31; XXIII, 21, 40; XXVI, 35,48; XXVIII, 36; ad XLV,

2, n. 1; Polyb. VI, 19, n. 2, 3 (ubi docet, cives, infra quatuor millia zris censos, ad nauticos usus reservari solitos esse, sed, casu graviore urgente, eosdem quoque pedibus meruisse) Lips. Mil. rom. V, 18; Scheffer. de Mil. nav. II, 3; Schel. ad Hygin. pag. 1057; Sigon. de ant. jur. prov. II, 6; Noodt. de jurisd. I, 13. Socii navales conscribebantur ex libertinis, quia hæc minus honorata erat militia; vide XXXVI, 2; XL, 18 extr.; XLII, 27, et 31; Scheffer. de Mil. nav. II, 4. « Sed præter hos Romanos etiam alii sociis imperabantur, scilicet sociis maritimis Italiæ, qui usum rei nauticæ habebant, et Romanis etiam naves ex fœdere dare tenebantur; unde XLIII, 12, n. 4; ex

pulandum agrum nucerinum profecti, proximis raptim vastatis, unde reditus tutus ad naves esset, dulcedine (ut fit) prædæ longius progressi, excivere hostes. Palatis per agros nemo obvius fuit, quum occidione occidi² possent: redeuntes agmine incauto haud procul navibus assequuti agrestes exuerunt præda, partem etiam occiderunt: quæ superfuit cædi, trepida multitudo ad naves compulsa est. Profectio Q. Fabii trans ciminiam silvam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat: interclusum romanum exercitum obsideri, cladisque imaginem furculas caudinas memorabant; eadem temeritate avidam ulteriorum³ semper gentem in saltus invios deductam; septam non hostium magis armis, quam locorum iniquitatibus esse. Jam gaudium invidia quadam miscebatur, quod belli romani⁴ decus ab Samnitibus fortuna ad Etruscos avertisset. Itaque armis virisque ad obterendum ⁵ C. Marcium consulem concurrunt; protenus inde Etruriam per Marsos ac Sabinos petituri, si Marcius dimicandi potestatem non faciat. Obvius iis consul fuit : dimicatum prælio utrimque atroci, atque incerto eventu est; et quum anceps cædes fuisset, adversæ

Italia (post quæ verba numerus excidit) pro ex sociis italicis. Duas partes Romanorum, tertiam sociorum fuisse, scribit Livius XLII, 31. Sed ex solo hoc loco non confici potest, id semper servatum fuisse. » Duk.

2. Quum occidione occidi possent; excidione quatuor e scriptis præferunt; male; occidi occidione sæpius apud nostrum occurrit; hoc libro, cap. 44: occidione occisi hostes; X, 39: Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo occidione occisam; XXVIII, 43: Quum duo exercitus

eorum prope occidione occisi essent; XXX, 32: Tot exercitus occisione occisos. Conf. ad II, 51, n. 9. En. Mox parum venuste repetitur occiderunt. Forte leg. ceciderunt.

3. Avidam ulteriorum, plura et majora appetentem, ut inventis ulteriora petit apud Ovid. Am. II, 9, 10.

4. Belli romani conficiendi decus, gloriam; vel gloriam ex bello, cum Romanis feliciter gerendo, redundantem.

5. Ad obterendum C. Marcium, perdendum; aufreiben; D. — Opprimendum Lovel. 2 et Haverk. sed nihil

tamen rei fama in Romanos vertit⁶, ob amissos quosdam equestris ordinis tribunosque militum atque unum legatum, et (quod insigne maxime fuit) consulis ipsius vulnus. Ob hæc etiam aucta fama (ut solet) ingens terror Patres invasit, dictatoremque dici placebat : nec, quin Cursor Papirius diceretur, in quo tum summa rei bellicæ ponebatur, dubium cuiquam erat : sed nec in Samnium nuntium perferri, omnibus infestis⁸, tuto posse; nec vivere Marcium consulem satis fidebant. Alter consul Fabius infestus privatim Papirio erat : quæ ne ira obstaret bono publico, legatos ex consularium numero mittendos ad eum senatus censuit; qui sua quoque eum, non publica solum, auctoritate moverent, ut memoriam simultatium patriæ remitteret 9. Profecti legati ad Fabium quum senatusconsultum tradidissent, adjecissentque orationem convenientem mandatis, consul, demissis in terram oculis, tacitus ab incertis, quidnam acturus esset, legatis recessit : nocte deinde silentio (ut mos est) L. Papirium dictatorem dixit. Cui quum ob animum egregie victum legati gratias agerent, obstinatum silentium obtinuit, ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit, ut appareret, insignem dolorem ingenti comprimi animo. Papirius C. Junium Bubulcum magistrum equitum dixit: atque

mutatione opus. Sic infra XXVII, 41: ut Sterni obterique, priusquam instruantur, possint. En.

- 6. Fama in Romanos vertit; confer ad II, 3, n. 2.
- 7. In quo tum summa rei bellicæ ponebatur; vide ad III, 5, n. 6.
- 8. Omnibus infestis, quum omnia essent intuta; vide ad I, 7, n. 7. — Fabius infestus privatim Papirio erat: nempe hic Fabius consul est ille ipse,

quem magistrum equitum dictator ultimo supplicio afficere voluerat, ut fuse narravit Livius supr. VIII, 30 et seqq. Es.

9. Memoriam simultatium patriae remitteret; vide ad II, 35, n. 5.—
Nocte deinde silentio...dixit; vide ad II, 18, n. 3; VIII, 23, n. 12.—Obstinatum silentium obtinuit; vid. III, 36, n. 12.—Mentione facta sui habent Harlei. Tarvis. utraque, et alii. ED.

ei, legem curiatam de imperio ferenti 10, triste omen diem diffidit, quod Faucia curia fuit II principium. duabus insignis cladibus, captæ Urbis et caudinæ pacis: quod utroque anno eadem curia fuerat principium. Macer Licinius 12 tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit.

XXXIX. Dictator postero die, auspiciis repetitis, pertulit legem; et profectus cum legionibus, ad terrorem traducti silvam ciminiam exercitus nuper scriptis, ad Longulam pervenit: acceptisque a Marcio consule veteribus militibus, in aciem copias eduxit; nec hostes detrectare visi pugnam; instructos deinde armatosque (quum ab neutris prælium inciperet) nox oppressit: quieti aliquamdiu, nec suis diffidentes viribus, nec hostem spernentes, stativa in propinquo habuere. Interea res in Etruria gestæ; nam et cum Umbrorum exercitu acie depugnatum est (fusi tamen magis, quam cæsi, hostes, quia cœptam acriter non tolerarunt pugnam); et ad Vadimonis lacum 2 Etrusci,

10. Legem curiatam de imperio ferenti (vide ad IV, 58, n. 10, et V, 46, n. 8), triste omen diem diffidit; vide ad VIII, 23, n. 13. - Legem curiatam ferenti; ferenti de solenni more legem ad populum curiatim convocatum, qua sibi daretur imperium militare. Magistratibus enim rem militarem attingere non licebat, priusquam comitiis curiatis imperium militare populus ipsis mandasset. Hinc lib. V, cap. 52, comitia curiata dicuntur rem militarem continere. ED. - Diem diffidit, rem in posterum diem rejicere coegit. En.

11. Faucia curia fuit principium, etc.; vide ad III, 51, n. 3. - Principium est hic idem quod prærogativa; centuria, curia, tribus principium dicebatur, que prima rogabatur suffragium; vide Gronov. Observat. lib. IV, cap. 1. ED.

12. Macer Licinius (confer ad IV, 7, n. 7) tertia clade ... abominandam, mali ominis, cam curiam facit, scil. memorans, cam illo quoque tempore prærogativam fuisse. Perperam Ernesti h. l. curiam accepit de loco, in quo senatus sit habitus.

CAP. XXXIX. 1. Auspiciis repetitis pertulit legem; vide ad V, 17, n. 4. - Ad terrorem traducti, etc.; vid. ad I, 5, n. 5; et I, 7, n. 7.

2. Ad Vadimonis lacum in Etruria (hodie Lago di Bassano, de quo vide Fontanini in Antiq. Hortæ), natanti-

lege sacrata 3 coacto exercitu, quum vir virum legisset, quantis nunquam alias antea simul copiis, simul animis, dimicarunt: tantoque irarum certamine gesta res est, ut ab neutra parte emissa sint tela. Gladiis pugna cœpit, et, acerrime commissa, ipso certamine, quod aliquamdiu anceps fuit, accensa est; ut non cum Etruscis toties victis, sed cum aliqua nova gente, videretur dimicatio esse. Nihil ab ulla parte movetur fugæ: cadunt antesignani; et, ne nudentur propugnatoribus signa 4, fit ex secunda prima acies : ab ultimis deinde subsidiis cietur miles : adeoque ad ultimum laboris ac periculi ventum est, ut equites romani, omissis equis⁵, ad primos ordines peditum per arma, per corpora evaserint: ea velut nova inter fessos exorta acies turbavit signa Etruscorum. Sequuta deinde impetum eorum, utcumque affecta erat, cætera multitudo tandem perrumpit ordines hostium: tunc vinci pertinacia cœpta, et averti manipuli quidam; et, ut

bus admirandum; vide Plin. II, 95; Polyb. II, 20; Plin. Ep. VIII, 20, et Sen. Quæst. nat. III, 25.

3. Lege sacrata; vide ad IV, 26, n. 2. - Recte observat Doujatius hanc legem videri quid simile fuisse ei, qua Samnites delectum habuisse memorantur infr. X, 38: Ut nempe qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Joyi sacratum esset. Lex enim sacrata, teste Festo, est ea qua sancitum est, qui quid adversus eam fecerit, sacer alicui deorum sit. En. - Quum vir virum, quilibet miles commilitonem, legisset, neque electo ex lege sacrata licuisset militiam detrectare; de quo vide Drak. Conf. inprim. X, 38 extr. Alio sensu hæc dixit Virgil. Æn. XI, 632, exemplo Hom. Il. IV, 472. -Vir virum legere dicebatur, quum in

delectu habendo aliquot primo ab imperatore lecti milites, singuli singulos notos sibi, quorumque virtuti confiderent, legebant; hi deinceps alios numero pares sibi, sicque eodem semper ritu ac tenore, donec is copiarum numerus efficeretur, qui opus erat. ED.

- 4. Ne nudentur propugnatoribus signa, id. qd. antesignanis; vide ad II, 20, n. 3.— Ab ultimis subsidiis; vide ad II, 20, n. 2.— Ad ultimum laboris ac periculi ventum est; confer ad II, 56, n. 4. Forte leg. ad extremum, ne eadem vox bis posita sit. Sed vide ad I, 3, n. 8.
- 5. Omissis equis, ut relictis equis, VII, 7 extr.
- 6. Utcumque affecta erat multitudo. Quantumcumque, quantumlibet ægra ac fatigata erat. Confer ad IV, 10, n. 6. Ep.

semel dedere terga, etiam certiorem capessere fugam. Ille primum dies fortuna veteri abundantes Etruscorum fregit opes: cæsum in acie, quod roboris fuit; castra eo impetu capta direptaque.

XL. Pari subinde periculo, gloriæque eventu bellum in Samnitibus erat; qui, præter cæteros belli apparatus, ut acies sua fulgeret novis armorum insignibus, fecerunt. Duo exercitus erant: scuta¹ alterius auro, alterius argento cælaverunt: forma erat scuti: summum latius, qua pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali; ad imum cuneatior, mobilitatis causa. Spongia pectori tegumentum²: et sinistrum³ crus ocrea tectum: galeæ cristatæ⁴, quæ speciem magnitudini cor-

CAP. XL. 1. Scuta alterius auro, alterius argento cœlaverunt; confer ad Sil. II, 432 (lærum clypei latus asperum signis); III, 32, 34; XI, 277. Sed legend. cælaverant, et paulo ante fecerant: mox variato scribendi genere dicitur summum latius, scilicet scutum, quod est summa pars ejus, et deinde, adjectivo cuneatior, quo noster etiam XLIV, 4, utitur, ad voc. forma accommodato, ad imum cuneatior: forma igitur scuti ferme triangularis; et fastigio æquali ad pectus refertur; Stroth. « Romanos a Samnitibus usum scuti didicisse, tradit Athen. VI, 21, p. 273 (VI, 106, ed. Schweigh.), et Itanum Samnitem primum fabricasse scutum, Clemens Alex. Strom. lib. I, p. 307, et ex eo Euseh. Præp. X, 6; sed forte is fuit Tritanus in gladiatorio ludo Samnitium armatura celeber apud Plin. VII, 20, et scuti gladiatorum Samnitium inventor; " Duk. Cf. Lips. Mil. rom, III, 2; Salmas. ad Vopisci Firm. cap. 4, et in exercit. Plin. p. 26.

2. Spongia pectori tegumentum, thoracis genus, ab externa forma et

spongiæ similitudine, opinor, ita appellatum; Doer. Conf. Lips. Mil. rom. III, 6, et Saturn. Serm. II, 11, qui intelligit thoraces laneos, seu coactiles (θώρακας πιλητούς apud Suidam), e lana coacta (πιλήμασι, seu πιλωτοίς. coactilibus, gall. feutre, germ. Filz), quæ, si addatur acetum, etiam ferro resistit. Vide Plin. VIII, 48, seu 73, ibique Intpp. Tales fuere spongiæ, quas Tertull. retiariis, et baltei, quos Samnitibus, alii gladiatorum generi. una cum tota armatura, h. l. descripta, tribuit Juvenal. VI, 256, unde et hi gladiatores Samnitium nomine compellati; quod Livius mox tradit. Cf. ad Juvenal. loc. cit. et Lips. ll. ll.

3, Sinistrum crus oerea tectum. Non raro apud antiquos una tantum ocrea militi assignatur; ac, pro vario populorum more, alii sinistrum crus, alii dextrum tegebant. De ea re vide Lips. de Mil. rom. III, 7. Conf. etiam VIII, 8, n. 7. Ed.

4. Galeæ cristatæ, χόρυδες ἱπποδασεῖαι, quæ speciem magnitudini corporum adderent, speciem magnitudinis corpor. augerent; more heroum, porum adderent. Tunicæ auratis militibus 5 versicolores, argentatis linteæ candidæ: his dextrum cornu datum: illi in sinistro consistunt. Notus jam Romanis apparatus insignium armorum fuerat; doctique a ducibus erant, horridum militem esse debere 6: non cælatum auro et argento, sed ferro et animis fretum: quippe illa prædam verius, quam arma, esse; nitentia ante rem, deformia inter sanguinem et vulnera: virtutem esse militis decus, et omnia illa vietoriam sequi; et ditem hostem quamvis pauperis victoris præmium esse. His Cursor vocibus instinctos milites in prælium ducit: dextro ipse cornu consistit; sinistro præfecit magistrum equitum. Simul est concursum, ingens fuit cum hoste certamen; non segnius inter dictatorem et magistrum equitum, ab utra parte victoria inciperet. Prior 7 forte Junius commovit hostem, lævo dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites, eoque candida veste et paribus candore armis insignes: eos se Orco mactare 8 Junius dictitans, quum intulisset signa, turbavit ordines, et haud dubie impulit9 aciem : quod ubi sensit dictator : « Ab lævone « cornu victoria incipiet? inquit, et dextrum cornu, « dictatoris acies, alienam pugnam sequetur, non par-

quorum tamen cristæ simul ad horrorem incutiendum valent, θείνον λόφος καθύπερθεν νεύει. Conf. ad Sil. XIII, 143. Idem tamen poeta VIII, 419, Sabinis, a quibus Samnites originem ducebant, conos implumes, h. e. galeas sine cristis, tribuit.

- 5. Auratis militibus et argentatis, hoc est, quibus erant scuta auro et argento cælata. Sic et Livius mox militem cælatum auro et argento dixit. Conf. ad IV, 16, n. 2.
- 6. Horridum militem esse debere; conf. ad Juvenal. II, 11, 12; VIII,

114 sq. et XIV, 194 sq. — Niemiis ante rem gerendam, pugnam. — Instinctos; instructos codd. decem; vulgatum tamen minime mutandum; cf. IV, 32; V, 15; VI, 14; X, 14; En. 7. Prior (prins) forte Junius Bubulem mag an — Secretos militati

- 7. Prior (prius) forte Junius Dubulcus mag. eq. Sacratos milites; vide ad c. 39, n. 3. Eoque; vide ad I, 11, n. 6:
- 8. Eos se Orco mactare: quo dicto alludere videtur ad nomen sacratorum militum; Stroth. Cf. ad IV, 26, n. 2.
- 9. Haud dubie impulit aciem; vide ad I, 14, n. 8.

« tem maximam victoriæ trahet? » Concitat milites: nec peditum virtuti equites, aut legatorum studia ducibus cedunt. M. Valerius a dextro, P. Decius ab lævo cornu, ambo consulares ad equites in cornibus positos evehuntur: adhortatique eos, ut partem secum capesserent decoris, in transversa latera hostium incurrunt: is novus additus terror quum ex parte utraque circumvasisset aciem, et ad terrorem hostium legiones romanæ, redintegrato clamore, intulissent gradum, tum fuga ab Samnitibus cœpta. Jam strage hominum armorumque insignium campi repleri; ac primo pavidos Samnites castra sua accepere : deinde ne ea quidem retenta: captis direptisque ante noctem injectus ignis. Dictator ex senatusconsulto triumphavit; cujus triumpho longe maximam speciem captiva arma præbuere. Tantum magnificentiæ visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariarum 10 ad forum ornandum dividerentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab ædilibus, quum tensæ 11 ducerentur. Et Romani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt: Campani 12, ab superbia et odio

10. Dominis argentariarum (non, ut in MSS et antt. edd. argentariorum), scil. tabernarum; quæ (vide
XXVI, 11, 27; XL, 51) ut omnes
fere tabernæ, in foro erant; vide Ind.
et ad III, 27, n. 3; VII, 21, n. 3.

11. Quum tensæ ducerentur (vide ad V, 41, n. 2), vel ludi ederentur stati et publici, Romani, Florales, etc., ædiles signis tabulisque ornabant forum et plateas, per quas pompa circensis ducebatur; vide Cicer. Verr. I, 54; III, 4, et Nat. Deor. I, 9.

12. Campani...gladiatores eo ornatu armarunt Samnitiumque nomine compellarunt, earumque exemplo Romani. Cf. not. 2. Verba ornatus, ornamenta et ornari ad armaturam quidem referri, sed ad cæteram potius et externam, quam ad gladios aut tela eaque arma, quæ sint ad vim faciendam, monet Ernesti in Exc. ad Suet. Tit. 9, et Tac. Hist. III, 63. Qualis h. l. ornatus designetur, patet ex not. 1-4. Verba tamen illa, ut synon. armare et armamenta, de omnibus, quibus aliquis instruitur, vel instructus est, rebus et armis adhibetur. Confer I, 43, n. 16; VII, 14, n. 5; XXI, 50 (ibi et XL, 26, n. 4, ornata classis, ut instructa XXII, 19 pr. et al. armata, est omnibus necessariis instructa, ausgerüstete Flotte); XXIV, 48; XXXV, 23, n. 4 (ubi arma equeSamnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt. Eodem anno cum reliquis Etruscorum ad Perusiam, quæ et ipsa induciarum fidem ruperat, Fabius consul nec dubia, nec difficili victoria dimicat. Ipsum oppidum (nam ad mœnia victor accessit) cepisset, ni legati dedentes urbem exissent : præsidio Perusiæ imposito, legationibus Etruriæ amicitiam petentibus præ se Romam ad senatum missis, consul, præstantiore etiam, quam dictator, victoria triumphans, Urbem est invectus. Quin etiam devictorum Samnitium decus magna ex parte ad legatos, P. Decium et M. Valerium, est versum : quos populus proximis comitiis ingenti consensu consulem alterum, alterum prætorem declaravit.

XLI. Fabio ob egregie perdomitam Etruriam continuatur consulatus: Decius collega datur. Valerius prætor quartum creatus. Consules partiti provincias: Etruria Decio, Samnium Fabio evenit: is profectus ad Nuceriam Alfaternam¹, tum pacem petentes, quod

stria sunt german. Pferdegeschirre); XL, 47; XLIV, 1; Cic. Cæcin. 21; sup. ad VI, 5, n. 3; et inf. ad XXI, 49, n. 7; XLII, 45, n. 4. Hinc et per ornamenta (arma) percuti et feriri dixit Sen. Ep. 14, et Nat. quæst. 4, in præf., camdemque ob causam ornari provinciæ XL, 36, earumque magistratus dicuntur, quum decernuntur his a senatu exercitus, stipendia, legati, viaticum, instrumenta prætoriæ domus, magistratus minores, comites, ministri aliaque necessaria: nisi hæc potius pertinent ad ornatum magistratuum provincialium, quo et spectat græca loquendi formula, κόσμον έν άργη προστιθέναι. Conf. ad XLII, r, n. 5; Ernesti clav. Cicer., Sigon. ant.

jur. prov. II, 11, et Intpp. Sueton. Cæs. 18. Ornati armatique junguntur XXVII, 12, n. 5, nisi posterius verbum glossatori debetur. - Quod spectaculum inter epulas erat : quem barbarum morem Campanis etiam tribuunt Sil. XI, 51 sq.; Strab.V, p. 175; Ath. IV, 13. Eumdem adsciverunt Romani; vide Lips. Sat. Serm. I, 6. Quod spectaculum pro quorum spectaculum, nisi ita legend. : vel spectaculum ipsi dicuntur gladiatores, qui spectaculo sunt aut illud præbent. - Samnitium nomine compellarunt; conf. Scalig. ad Varr. de L. L. IV, p. 34, et Salmas. ad Solin. p. 26. ED.

CAP. XLI. 1. Nuceriam Alfaternam (vide ad Sil. VIII, 532), tum pacem

uti ea, quum daretur, noluissent, aspernatus, oppugnando ad deditionem subegit. Cum Samnitibus acie dimicatum; haud magno certamine hostes victi: neque ejus pugnæ memoria tradita 2 foret, ni Marsi eo primum prælio cum Romanis bellassent : sequuti Marsorum defectionem Peligni eamdem fortunam habuerunt. Decio quoque alteri consuli secunda belli fortuna erat: Tarquiniensem metu subegerat frumentum exercitui præbere, atque inducias in quadraginta annos petere. Volsiniensium castella aliquot vi cepit : quædam ex iis diruit, ne receptaculo hostibus essent : circumferendoque passim bello3, tantum terrorem sui fecit, ut nomen omne etruscum 4 fœdus ab consule peteret; ac de eo quidem nihil impetratum : induciæ annuæ datæ; stipendium exercitui romano ab hoste in eum annum pensum, et binæ tunicæ in militem exactæ: ea merces induciarum fuit. Tranquillas res jam Etruscis turbavit repentina defectio Umbrorum, gentis integræ a cladibus belli, nisi quod transitum exercitus ager senserat. Ii, concitata omni juventute sua, et magna parte Etruscorum ad rebellionem compulsa, tantum exercitum fecerant, ut, relicto post se in Etruria Decio, ad oppugnandum inde Romam ituros, magni-

petentes; vide ad III, 47, n. 1. — Quum daretur; vide ad III, 21, n. 3.

^{2.} Neque ejus pugnæ memoria tradia foret, forte legend. ea pugna memoriæ tradita foret; Gronov. — Castella; vide ad V, 5, n. 2.

^{3.} Circumferendoque passim bello; vide ad I, 38, n. 3; I, 53, n. 3, et IX, 45, n. 9. Sic et circumferre ad singulas urbes arma XXVIII, 3 pr. XXX, 9 pr. et spargere bellum, h. e. diversis locis, vel dispersis divisisque copiis, vel vagando bellum gerere. Cf. ad Tac. Ann. III, 21, n. 4.

^{4.} Nomen omne etrusoum; vide ad I, 10, n. 2. — Fædus peteret; peterent Gaertn. Haverck. et Hearnii Oxoniensis B. Sic et supra VII, 17, concitatur deinde omne nomen etruscum, et, Tarquiniensibus Faliscisque ducibus, ad Salinas perveniunt. Quum autem optimi vulgato adhæreant, nihil est mutandum. Ed.

^{5.} Binæ tunicæ in militem exactæ; conf. ad VIII, 36, n. 9. — Gentis integræ a cladibus belli, nondum iis fractæ, adeoque integris adhuc gaudentis viribus, unwersehrt; Duk.

fice de se ac contemptim de Romanis loquentes, jactarent. Quod inceptum eorum ubi ad Decium consulem perlatum est, ad Urbem ex Etruria magnis itineribus pergit, et in agro pupiniensi6 ad famam intentus hostium consedit. Nec Romæ spernebatur Umbrorum bellum : et ipsæ minæ metum fecerant expertis a gallica clade, quam intutam urbem incolerent. Itaque legati ad Fabium consulem missi sunt, si quid laxamenti a bello Samnitium esset, in Umbriam propere exercitum duceret: dicto paruit consul, magnisque itineribus ad Mevaniam, ubi tum copiæ Umbrorum erant, perrexit. Repens adventus consulis, quem procul Umbria in Samnio bello alio occupatum crediderant, ita exterruit Umbros, ut alii recedendum ad urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent. Plaga una? (Materinam ipsi appellant) non continuit modo cæteros in armis, sed confestim ad certamen egit : castra vallantem Fabium adorti sunt. Quos ubi effusos ruere in munimenta consul vidit, revocatos milites ab opere, prout loci natura tempusque patiebatur, ita instruxit: cohortatusque prædica-

6. In agro pupiniensi; vid. XXVI, 9, n. 8. — Expertis a gallica clade, a Gallis illatæ, acceptæ. Præpositio a abest a multis MSS, et recte forsan. — Quid laxamenti; cf. ad II, 24, n. 4.

η. Plaga una; Materinam ipsi appellant: h. l. pars exercitus hostilis, forte græce πλαγία, acies quadrata parte altera longior; Glar. Est pagus, vel tribus; Stroth. Tractus, seu pars Umbriæ; Duk. Plaga, amplissimum spatium vel cæli, vel agri, Nonius Marc. cap. 4. Proprie est regio, seu pars Umbriæ, et h. l. pars militum ex ista plaga conscriptum, ut civitates apud Justin. II, 12, sunt milites navesque ab certis civitatibus contributi;

Jac. Gronov. Eodem modo nomina regionum et urbium sæpe pro earum incolis ponuntur; Drak. Conf. ad III. 47, n. 1. Pars illa Umbriæ ignota. Cf. ad III, 50, n. 1. - Instruxit; cohortatusque...jubet; instruit ex suis legi jubebat J. F. Gronovius, quamvis cateri omnes scripti principesque edd. instruxit sibi vindicarent, motus fortasse quod sequatur jubet; verum eadem tempora etiam junguntur supra III, 46, domum se recepit, collegisque in castris scribit; ibid. 51, porta Collina urbem intravere, sub signis, mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt; hoc lib. cap. 40, dextro ipse cornu consistit; sinistro præfecit magi-

tione vera qua in Tuscis, qua in Samnio 8 partorum decorum, exiguam appendicem etrusci belli 9 conficere jubet : et vocis impiæ pænas expetere, qua se urbem romanam oppugnaturos minati sint. Hæc tanta sunt alacritate militum audita, ut clamor, sua sponte ortus, loquentem interpellaverit ducem : ante imperium deinde concentu tubarum 10 ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur. Non tanguam in viros, aut armatos incurrunt : (mirabilia dictu!) signa primo eripi ccepta signiferis; deinde ipsi signiferi trahi ad consulem, armatique milites ex acie in aciem transferri, et, sicubi est certamen, scutis magis 11, quam gladiis, geritur res: umbonibus incussaque ala sternuntur hostes. Plus capitur hominum, quam cæditur: atque una vox ponere arma jubentium per totam fertur aciem: itaque inter ipsum certamen facta deditio est a primis auctoribus belli. Postero insequentibusque diebus, et cæteri Umbrorum populi deduntur. Ocriculani sponsione in amicitiam accepti.

strum equitum. Vide etiam Cortium ad Plin. V, ep. 15, et-quæ notavit Drak. ad primum Livii locum. Ep.

8. Qua in Tuscis, qua in Samnio; vide ad II, 35, n. 3.

9. Exiguam appendicem etrusci belli, exiguas Umbrorum copias viresque etruscis eorumque copiis majoribus junctas, quasi accumulatas. Conf. ad VII, 30, n. 3, et XXI, 5, n. 9.

10. Concentu tubarum ac cornuum, iis concinentibus, ut c. 32, et XXX, 5. Conf. ad VII, 40, n. 4. Plenius aptiusque quidam MSS ante concentum tubarum ac corn. neque enim cigna canebant ante imperium; Gronov. Interdum tamen in magno ardore militum aliter factum legi infr. cap. 43; apud Florum, IV, 2, 66, et Hirt. de

Bell. Afric. c. 82, monet Duker. — Cursu effico; vide ad I, 14, n. 7.

II. Scutis magis, quam gladiis (qui non ipso pugnæ initio adhibebantur, ne citius redderentur inutiles), geritur res: umbonibus incussaque ala sternuntur res; conf. ad IV, 19, n. 4; inpr. XXX, 34, n. 4; Polyb. XV, 13, n. I (ubi vide Schweigh.); XV, 15, n. 8; XV, 16, n. 3. Ala summi humari pars posterior Isidor. Orig. XI. Ala ea pars humeri brachiique, qua adjutrice in conflictu et pugna cominus clypeus in hostem impellitur; Lips. Mil. som. III, 2. Dum humeris contra hostes nituntur; Stroth. Humero obverso, in hostem oblique nixo, veluti quum hodie veruto (baïonnette) in brachium obliquato pugnant, mit geXLII. Fabius, alienæ sortis victor belli¹, in suam provinciam exercitum reduxit. Itaque ei, ob res tam feliciter gestas, sicut priore anno populus continuaverat consulatum, ita senatus in insequentem annum, quo Ap. Claudius, L. Volumnius consules fuerunt, prorogavit, maxime Appio adversante, imperium. Appium censorem petisse consulatum, comitiaque ejus ab L. Furio tribuno plebis interpellata², donec se censura abdicavit, in quibusdam annalibus invenio. Creatus consul, quum collegæ novum bellum, Sallentini³ hostes decernerentur, Romæ mansit, ut urbanis artibus opes augeret, quando belli decus penes

fälltem Gewehre; Bauer. Conf. ad Sil. IV, 352 sq. et IX, 322 sq.

CAP. XLII. 1. Fabius victor belli, in bello, alienæ sortis, quod sorte evenerat alii, scil. collegæ; Stroth.—
In suam provinciam; conf. ad II, 40, n. 9. — Itaque ei senatus prorogavit imperium, proconsulare dedit. « Senatus, i. e. populus interveniente decreto senatus: nam imperium a populo prorogabatur comitiis tributis; sed sæpe ex senatusconsulto; » Duk. Conf. ad XXXII, 28, n. 3. — In insequentem annum; insequente anno. Gron.; sed optimi in vulg. consentiunt. Ep.

2. Comitiaque ejus ab L. Furio trib. pl. interpellata, donec se censura abdicavit, forte abdicarit. Nota Dukeri est: « Tribunus intercessit, ne quid comitiis consularibus a populo peragi posset: nam tribuni pl. non poterant intercedendo efficere, ut consules comitia centuriata convocare non possent. Id Gruch. de Com. I, 4 probat ex Liv.VII, 17; Dionys.VIII, 90, et Epit. Liv. CV. Est tamen ratio non-nulla dubitandi de eo ex Liv. VI, 35, nisi hoc ita accipiendum est, convocata quidem esse comitia centuriata,

verum sine effectu propter intercessionem tribunorum plebis: quod in re idem erat, ae si plane nulla habita fuissent. Idque ex eo probabilius fit, quod in comitiis, que legum ferendarum causa habebantur, tribuni plebis non intercedebant, nisi quo die populus legis jubendæ causa convocabatur. Cf. VI, 35. Et eamdem rationem in mulctarum certationibus ad populum obtinuisse, ex XXV, 5 colligitur.

3. Sallentini hostes; conf. ad X, 2, n. 2. — Ut urbanis artibus opes augeret; per artes urbanas intelligit Livius juris et eloquentise peritiam, quam App. Claudio tribuit, et peritiz militari opponit X, 22 : « Esse præterea viros natos militize, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes : ea ingenia consularia esse. Callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Appius Claudius esset, urbi ac foro præsides habendos. » Alibi sæpe eo sensu inter belli pacisque artes distinguitur. Per opes autem hic intelligitur auctoritas, potentia, amplitudo. Vide ad I, 4, n. 1; IX, 46, n. 15; X, 15, n. 13. RD. - Quando belli decus, dum.

A. C. 306-305. U.C. 446-447. LIB. IX. CAP. XLII. XLIII. alios esset. Volumnium provinciæ haud pænituit 4; multa secunda prælia fecit : aliquot urbes hostium vi cepit. Prædæ erat largitor, et benignitatem per se gratam comitate adjuvabat : militemque iis artibus fecerat et periculi et laboris avidum. Q. Fabius proconsul ad urbem Allifas cum Samnitium exercitu signis collatis confligit: minime ambigua res fuit; fusi hostes, atque in castra compulsi: nec castra forent retenta, ni exiguum superfuisset diei: ante noctem tamen sunt circumsessa, et nocte custodita, ne quis elabi posset. Postero die, vixdum luce certa, deditio fieri cœpta: et pacti, qui Samnitium forent, ut cum singulis vestimentis⁵ emitterentur; hi omnes sub jugum missi: sociis Samnitium nihil cautum; ad septem millia sub corona veniere⁶. Qui se civem Hernicum dixerat, seorsum in custodia habitus: eos omnes Fabius Romam ad senatum misit: et, quum quæsitum esset, delectu, an voluntarii pro Samnitibus adversus Romanos bellassent, per latinos populos custodiendi dantur; jussique eam integram rem novi consules, P. Cornelius Arvina, Q. Marcius Tremulus (ii enim jam creati erant), ad senatum referre: id ægre passi Hernici. Concilium populorum omnium habentibus Anagninis in circo, quem Maritimum vocant, præter Alatrinatem Ferentinatemque et Verulanum, omnes hernici nominis populo romano bellum indixerunt.

XLIII. In Samnio quoque, quia decesserat inde Fabius, novi motus exorti. Calatia et Sora præsidiaque, quæ in iis Romana erant, expugnata: et in captivorum corpora militum foede sævitum: itaque eo P. Corne-

^{4.} Volumnium provinciæ haud pænituit; vide ad II, 54, n. 16.

^{5.} Cum singulis vestimentis, etc.; vide ad III, 19, n. 9.

^{6.} Sub corona veniere; vide ad II, 17, n. 3.

^{7.} Omnes hernici nominis; vide ad I, 10, n. 2.

lius cum exercitu missus. Marcio novi hostes (jam enim Anagninis Hernicisque aliis bellum jussum rerat) decernuntur. Primo ita omnia opportuna loca hostes inter consulum castra interceperunt, ut pervadere expeditus nuntius non posset, et per aliquot dies incerti rerum omnium, suspensique de statu² alterius, uterque consul ageret, Romamque is metus manaret; adeo ut omnes juniores sacramento adigerentur, atque ad subita rerum duo justi scriberentur exercitus. Cæterum hernicum bellum nequaquam pro præsenti terrore, ac vetustate gentis gloriæ fuit: nihil usquam dictu dignum ausi, trinis castris intra paucos dies exuti, triginta dierum inducias, ita ut ad senatum Romam legatos mitterent, pacti sunt bimestri stipendio, frumentoque, et singulis in militem tunicis: ab senatu ad Marcium rejecti, cui senatusconsulto permissum de Hernicis erat: isque eam gentem in deditionem

CAPUT XLIII. 1. Hernicisque aliis bellum jussum erat a populo, qui jubere et sciscere dicitur, ut senatus censere et decernere. Conf. XLI, 7, et XLII, 36. Hinc populus jussit de pace XXX, 43, n. 2, et de bello XXXVIII, 45; sed et bellum senatus jussisse dicitur VI, 14, et XLII, 33, n. 3, quod Dukerus explicat de senatusconsultis post jussum populi (XXXVIII, 45) factis de genere ac numero militum, etc. Hernicis bellum jussum, scilicet fieri, ut plene IX, 45, et eodem modo bellum senatus Perseo jussit XLII, 33, n. 3, et bellum regi eorum et senatus decresset et populus jussisset XLII, 36, n. 1; quibus locis cum Perseo et cum rege (ut XXXI, 8; XXXVI, 2) conj. Gron. Sed ita quoque suppleudum esse sumi, ut XXXVI, 2; vel esse, ut ibidem, vel geri, fieri, etc., monet Drakenborch, ad hunc locum.

2. Suspensi de statu alterius (vide ad II, 32, n. 5) uterque consul ageret; cf. ad VII, 24, n. 2. Vocem uterque ita et cum singul. et cum plur. jungi, haud placet. Non male cod. Rottend. nuntius non posset. Per aliquot..... agere, Romamque is metus manarat.

3. Ad subita rerum; vide ad IV, 27, n. 1. — Justi exercitus; vide ad VI, 13, n. 3. — Bellum nequaquam pro præsenti terrore, etc.; vide VII, 33, n. 2.

4. Singulis in militem tunicis, ut not. 10; vide ad VIII, 36, n. 9. — Rejecti; vide ad II, 22, n. 4. — Cui permissum de Hernicis crat, scilicet statuendi arbitrium; ut senatui de re permittere XXXIII, 13; XXXVI, 35, et inter permittentes in vicem XXXVII, 52; quum uterque alterius arbitrio rem permitteret; Ern. Conf. ad XXXVII, 32, n. 2.

accepit⁵. Et in Samnio alter consul superior viribus, locis impeditior 6 erat: omnia itinera obsepserant hostes, saltusque pervios ceperant, ne qua subvehi commeatus possent: neque eos, quum quotidie signa in aciem consul proferret, elicere ad certamen poterat; satisque apparebat, neque Samnitem certamen præsens, nec Romanum dilationem belli laturum. Adventus Marcii, qui, Hernicis subactis, maturavit collegæ venire auxilio, moram certaminis hosti exemit; nam, ut qui ne alteri quidem exercitui 7 se ad certamen credidissent pares, conjungi utique passi duos consulares exercitus nihil crederent superesse spei, advenientem incomposito agmine Marcium aggrediuntur. Raptim collatæ sarcinæ in medium, et, prout tempus patiebatur, instructa acies: clamor primum in stativa perlatus, dein conspectus procul pulvis tumultum apud alterum consulem in castris fecit. Isque, confestim arma capere jussis, raptimque eductis in aciem militibus, transversam hostium aciem atque alio certamine occupatam invadit; clamitans: summum flagitium fore, si alterum exercitum utriusque victoriæ compotem sinerent fieri, nec ad se sui belli vindicarent decus. Qua impetum dederat, perrumpit; aciemque per mediam in castra hostium tendit, et vacua defensoribus capit atque incendit. Quæ ubi flagrantia Marcianus miles conspexit, et hostes respexere, tum passim fuga cœpta Samnitium fieri : sed omnia obtinet cædes, nec in ullam partem tutum perfugium

^{5.} Gentem in deditionem accepit; vide ad VIII, 20, n. 7.

^{6.} Locis impeditior erat: proprie loca impeditiora erant ad iter faciendum, vel ejus iter impediebant. Conf. XXI, 9, n. 1, et ad V, 16, n. 2. Similiter impedita loca pro inviis IX,

^{2,} n. 5; XXV, 11, n. 2, al. et munitionibus saltum impedire pro impeditiorem reddere XXXVI, 16 pr.

^{7.} Ut qui ne alteri quidem exercitui, etc.; conf. ad VIII, 30, n. 7. — Conjungi utique passi, si passi essent; vide ad V, 2, n. 7. Ante conjungi

est. Jam, triginta millibus hostium casis⁶, signum receptui consules dederant, colligebantque in unum copias, in vicem inter se gratantes; quum repente visz procul bostium novz cobortes, que in supplementum scriptæ fuerant, integravere cædem. In quas, nec jussu consulum, nec signo accepto, victores vadunt, malo tirocinio imbuendum Samnitemo, clamitantes. Indulgent consules legionum ardori, ut qui probe scirent, novum militem hostium inter perculsos fuga veteranos ne tentando quidem satis certamini fore. Nec eos opinio fefellit; omnes Samnitium copia, veteres novæque, montes proximos fuga capiunt: eo et romana erigitur acies : nec quidquam satis tuti loci victis est, et de jugis, qua ceperant, funduntur; jamque una voce omnes pacem petebant. Tum, trium mensium frumento imperato, et annuo stipendio, ac singulis in militem tunicis 10, ad senatum pacis oratores missi. Cornelius in Samnio relictus. Marcius de Hernicis triumphans in Urbem rediit; statuaque equestris in foro decreta est II, quæ ante templum Castoris posita est. Hernicorum tribus populis, Alatrinati, Ve-

forte excidit copula et, certe supplenda est.

8. Jam triginta millibus hostium cesis; Stroth. ad h. l. et X, 45 extr. Anetus est sine dubio et h. l. et alibi ezsorum hostium numerus. E Samnio, quæ regio magnitudine vix terris saxonicis par erat, intra 29 annorum spatium eæsi sunt ad 250,000, capti ultra 60,000. Namque 190,000 cæsi nominatim referuntur a Livio, præter illos, quos, numero non relato, ingenti multitudine cæsos ait, ut VII, 33, 37; VIII, 36, 39; 1X, 13, 23, 40. « Conf. quæ ipse Livius de hac re disputavit VI, 12.

9. Malo tirocinio imbuendum Sam-

nitem; nos: man müsse den Samniter übel in die Lehre nehmen: tironibus enim constabant novæ hostium cohortes; Doer.

10. Imperato, etc. Imperare in hac re frequens ac solenne est, et passim apud nostrum occurrit. Cf. Drak. ad h. l. En. — Singulis in militem tunicis; vide ad VIII, 36, n. 9, et sup. n. 4.

11. Statuaque equestris in foro decreta est, que...posita est: imo leg. decreta ei, quod et monuit Gronov. Cf. ad VIII, 13, n. 7. — Qua ante templum Castoris posita est; confer Cicer. Phil. VI, 5; Plin. XXXIV, 5, et Pigh. Ann. ad ann. 447, p. 375. — Quia maluerunt suas leges retinere,

rulano, Ferentinati, quia maluerunt, quam civitatem, suæ leges redditæ: connubiumque inter ipsos, quod aliquamdiu soli Hernicorum habuerunt, permissum. Anagninis, quique arma Romanis intulerant, civitas

quam civitatem rom. accipere, suæ leges redditæ (relictæ, ut VIII, 14), connubiumque inter ipsos permissum, ut liceret Alatrinati Verulanam, aut Ferentinatem ducere et vice versa, quod illi aliquandiu Hernicorum soli habuerunt, quum contra reliquis hernici nominis populis non liceret enubere ex sua cuivis civitate; Strothius. Contra Anagninis concilia connubiaque adempta; vide ad VIII, 14, n. 9, et XXIII, 20, n. 1. Docta est super h. l. disputatio Dukeri, ex qua hæc excerpimus: « Ex Dionys. VIII, 69; coll. IX, 5, 35, 67, et Liv. II, 64; III, 4, 22, suspicari licet, Hernicis jam olim jus civitatis, invito senatu populoque romano, a Sp. Cassio III consule datum, deinde ademptum fuisse; vel eos, quum auctor illius non ita multo post supplicio affectus fuisset, et res in magna invidia esset, sponte eo abstinuisse. Atque ea causa esse potest, cur Livius II, 41 fœderis tantum cum Hernicis icti, non civitatis tum iis datæ mentionem faciat.--Hunc locum tractarunt Sigon. de ant. jur. Ital. II, 7, et Spanhem. Orb. rom. I, 12. Ille scribit, municipiis, quibus suffragium non dabatur, suas leges permissas; quæ suffragio ornabantur, legibus romanis obstricta fuisse. Hic vero, auctoribus Cic. et Gellio, qui municipia non aliis legibus Romanorum obstricta fuisse tradunt, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, negat, municipia cum jure suffragii continuo suis legibus spoliata fuisse; et paulo post addit, negari non posse, quod vel ex h. l. Liv. pateat, eam fuisse, munici-

piorum aliquot conditionem, ut cum romana civitate Romanorum legibus, amisso legum suarum arbitrio, deinceps obstricta forent. Ex his disputationibus non plane intelligo, quodnam fuerit vetus jus municipiorum illius temporis, de quo hic agit Livius; quem locum lubricum esse, vere dicunt viri docti. Nam mihi de jure municipiorum sine suffragio omnia alia, atque illi voluerant, ex Livio colligi videntur. Quum dicunt, municipia, quibus civitas romana cum suffragio dabatur, simul cum illa leges romanas accepisse, eo ipso pro certo ponunt, Alatrinatibus, Verulanis et F. civitatem cum suffragio oblatam fuisse. Hoc non diserte quidem tradit Livius; sed probabile est, his fidelibus sociis plus tributum fuisse, quam rebellibus Hernicorum populis, quibus civitas sine suffragii latione data. Sed illi, ne leges suas amitterent, munere illo uti noluere. Unde consequens est, eos, qui civitatem romanam cum suffragio accipiebant, etiam leges romanas una cum civitate accepisse. Sed qua ratione putaverint ex h. l. Liv. intelligi, eos, quibus civitas sine suffragio dabatur. leges suas retinuisse, non assequor, et contrarium potius ex eo confici existimo, quod Anagninis cæterisque Hernicorum populis, qui defecerant, cum civitate sine suffragio data magistratibus interdictum est. Cur enim, si leges suæ illis relictæ erant, magistratus adimebantur? An enim, ubi leges sunt. magistratus non debent esse, qui ex iis jus dicant? Et Sig. ipse sibi in hac re non satis constat. Nam ad h. l. et de sine suffragii latione data: concilia connubiaque adempta; et magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum 12. Eodem anno ædes Salutis a C. Junio Bubulco censore locata est 13, quam consul bello Samnitium voverat: ab eodem collegaque ejus M.

ant. jur. Ital. II, 10, 12, 13, ex verbis Livii magistratibus interdictum et ex Festo longe aliud docet, scilic. Anagniam in præfecturæ formam redactam, in præfecturas autem quotannis Roma præfectos, qui ibi ex legibus romanis jus dicerent, missos fuisse. Hoc si verum est, cur credemus, cæteros Hernicorum populos, qui in eadem causa erant, quibus itidem magistratibus interdictum, ut Anagninis, leges suas retinuisse? aut quomodo hinc quasi regulam conficiemus, omnibus municipiis, quæ civitate romana sine suffragio donabantur, leges suas relictas fuisse? Nec confirmatur hæc sententia ex Livio, IX, 45, ubi Æqui civitatem sine suffragio Hernicis datam pænam interpretantur. Jam vero quum in ea re per se nihil pœnæ sit, quippe quum interdum bene meritis honoris causa civitatem sine suffragio datam legamus, pœna illa in hoc solo sita esse potuit, quod civitatem ita datam legum suarum amissio sequebatur: quos multos civitati romanæ etiam cum suffragio datæ præposuisse, ex his locis cognosci potest. Nam, quod alibi Livius aliique Latinos Italicosque jus civitatis rom. cupidissime appetiisse tradunt, id ad posteriora tempora pertinet. Et ad eadem referenda, quæ Spanhem. adv. Sig. de populis fundi disputat. Verum quemadmodum non puto, ex his duobus locis Livii ostendi posse, olim municipia omnia, quibus civitas romana sine suffragio data erat, leges suas retinuisse, ita neque affirmare velim, ea omnia leges suas cum

civitate romana amisisse. Nam fortassis aliquid discriminis fuit inter populos, quibus Romani hoc honoris causa tribuebant, ut Cæritibus apud Strab. V, p. 220, et Gell. XVI, 13, et Fundanis Formianisque apud Liv. VIII, 14, et eos, qui, quum, a societate eorum descivissent, deinde ab aliis victi subactique fuerant, ut hie Hernici. Quando autem primum inductum sit, ut municipia non aliis legibus Romæ tenerentur, quam in quas populi illi fundi facti fuerant, nusquam, quod sciam, traditum est; sed verum esse potest, quod Otto putat, id copisse obtinere post bellum sociale.»

12. Magistratibus, præterquam sacrorum curatione, interdictum, iis magistratus, vel tituli saltem eorum relicti. sed interdictum, aliqua muneris parte, præter sacrorum curationem, fungi; quibus rite peragendis nulli præesse posse existimabantur, quam qui titulo illo magistratuum veterum gaudebant: ex qua eadem superstitione Romanos regem sacrorum creasse post reges ejectos, ut publica sacra, olim per ipsos reges factitata, curaret, Liv. II, 2, auctor est; Drak. « Hoc ideo videtur dicere, quod non Romæ tantum, verum etiam in aliis urbibus, multi, qui magistratus gerebant, sacerdotiis quoque fungebantur. Hos igitur sacerdotia, non magistratus, retinere voluerunt: nam alioqui sacerdotia proprie non sunt magistratus; » Duk.

13. Ædes Salutis a censore locata est redemptoribus qui eam exstrusrent; vide ad V, 23, n. 6. A. C. 305-304. U. C. 447-448. LIB. IX. CAP. XLIII. XLIV.

111

Valerio Maximo viæ per agros publica impensa factæ. Et cum Carthaginiensibus eodem anno fœdus 14 tertio renovatum: legatisque eorum, qui ad id venerant, comiter munera missa.

XLIV. Dictatorem idem annus habuit P. Cornelium Scipionem, cum magistro equitum P. Decio Mure: ab iis, propter quæ creati erant, comitia consularia habita, quia neuter consulum potuerat bello abesse: creati consules L. Postumius, Ti. Minucius. Hos consules 1 Piso Q. Fabio et P. Decio suggerit, biennio exempto, quo Claudium Volumniumque, et Cornelium cum Marcio consules factos tradidimus: memoriane fugerit in annalibus digerendis, an consulto binos consules, falsos ratus, transcenderit, incertum est. Eodem anno in campum Stellatem² agri campani Samnitium incursiones factæ. Itaque ambo consules, in Samnium missi, quum diversas regiones, Tifernum Postumius, Bovianum Minucius, petissent; Postumii prius ductu ad Tifernum pugnatum: alii haud dubie Samnites victos, ac viginti millia 3 hominum capta tradunt: alii marte æquo discessum, et Postumium, metum simulantem nocturno itinere, clam in montes copias

^{14.} Cum Carthaginiensibus fœdus tertio renovatum; vide VII, 27, n. 2.

— Tria fœdera Romanorum cum Carthaginiensibus ante punica bella memorat Polyb. lib, III. Primum refert ad primum constitutæ in urbe Roma libertatis annum. Secundam quo tempore ictum fuerit, non docet. Tertium Pyrrhi bello factum fuisse scribit. Livius unius tantum ante hoc tempus fœderis meminit, lib.VII, c. 27. ED.

CAP. XLIV. 1. Hos consules Piso (vide I, 55, n. 8) Q. Fabio et P. Decio suggerit (vide ad II, 8, n. 5), biennio exempto de numero annorum, omisso.

[—] Memoriane, num e memoria ejus fugerit, exciderit, sc. hoc biennium: nisi potius explicandum: num memoria (primo casu) fugerit eum, ut apud Plaut. Bacch. I, 1, 2. Sic et: hoc fugit me. — Memoriane, scripti plures edd.; sed vulgatum non displicet. ED.

^{2.} In campum Stellatem, fertilissimum in Campania mediterranea. Cf. XXII, 13; Cic. Agr. I, 7; II, 31; Sueton. Cæs. 20, et Camilli Campan. Fell. Diss. II, c. 33 sq.

^{3.} Viginti millia; in aliis libris adeo XXX millia: sed forte pro XX millia ex Diodor. lib. XX, p. 779; legend.

abduxisse; hostes sequutos duo millia inde locis munitis et ipsos consedisse. Consul, ut stativa tuta copiosaque (et ita erant) petisse videretur, postquam et munimentis castra firmavit, et omni apparatu rerum utilium instruxit, relicto firmo præsidio, de vigilia tertia, qua duci proxime potest , expeditas legiones ad collegam, et ipsum adversus alios sedentem , ducit. Ibi, auctore Postumio, Minucius cum hostibus signa confert; et, quum anceps prælium in multum diei processisset, tum Postumius integris legionibus desessam jam aciem hostium improviso invadit. Itaque, quum lassitudo ac vulnera sugam quoque præpedissent, occidione occisi hostes; signa unum et viginti capta:

duo millia « στρατιώτας δὶ ἐξγωρήσαν ὑπὶρ τοὺς δισχιλίους. » Sic sæpe numeri a librariis confusi, auctique videntur. Conf. ad c. 43, n. 8.

- 4. Hostes sequutos ad duo millia passuum inde consedisse, ut in omnibus fere MSS, cap. 45; ubi multæ editiones, etiam Drakenb., millibus habent. Conf. ad cap. 24, n. 2.
- 5. Stativa tuta copiosaque, copia omnium rerum abundantia. - Rerum utilium; vide ad III, 42, n. 2. - De vigilia tertia, ab ejus initio, post eam inceptam, et ante illam exactam, h. e. a media nocte (vide ad Sil. VII, 154 sq.), ut XXVIII, 7; XL, 4; apud Cæs. Bell. Civ. II, 35; Bell. Gall. V, 9. Sic et de multa ac media nocte ap. Cic. et al. passim; et potare de medio die, vel de media luce apud Hor. Sat. II, 8, 3; et Epist. I, 14, 34; I, 18, 91 (ubi vide Bentl.); quo sensu etiam. dictum putatur epulari de die infra XXIII, 8, et XXV, 23; quod tamen nonnulli exponunt a mane, et Stroth. etiamnum interdiu, ante justum cœnæ tempus, quæ quidem Romæ sub noctem erat. Ernesti in clav. Cicer. « De

nocte, inquit, est statim a media nocte, seu multa adhuc nocte, et sic de die statim a meridie, seu multa adhuc die, ut in illo convivari de die : vide Burm. ad Phædr. III, 10, 20, quanquam interdum etiam a mane esse vult Salmas. ad Solin. f. 456. » Idem vero Salmas. apud Plaut. Asin. IV, 2, 16, de die et nocte dici monet pro de, vel a media die et nocte, quia tunc maxime nox, aut dies esse intelligatur, quum mediæ sint. De iisdem tempestivis conviviis luxuriosorum, ante horam nonam, vel decimam, qua homines frugi Romæ cœnore solebant (vide ad Tac. Ann. XIV, 2, n. 2), græce dicitur άπ' ἡμέρας πίνειν apud Polyb. VIII, 27 et 29; XXIV, 5, al. Conf Vales. ad Diodor. t. II, p. 577, ed. Wessel., Toup. Emend. in Suid. P. III, p. 221, et Mitscherl. ad Hor. Od. I, 1, 20.

- 6. Quæ duci proxime potest; vide ad III, 70, n. 2.
- 7. Adversus alios sedentem, in stativis se tenentem; Doer. Cf. ad XXI, 48, n. 8. Occidione occisi; vide ad II, 51, n. 9. Mox capta...capta..

atque inde ad castra Postumii perrectum. Ihi duo victores exercitus perculsum jam fama hostem adorti fundunt fugantque: signa militaria sex et viginti capta, et imperator Samnitium Statius Gellius multique alii mortales, et castra utraque capta: et Bovianum, ubi postero die cœptum oppugnari, brevi capitur: magnaque gloria rerum gestarum consules triumpharunt. Minucium consulem, cum vulnere gravi relatum in castra, mortuum quidam auctores sunt, et M. Fulvium in locum ejus consulem suffectum; et ab eo, quum ad exercitum Minucii missus esset, Bovianum captum. Eodem anno Sora, Arpinum o, Censennia, recepta ab Samnitibus. Herculis magnum i simulacrum in Capitolio positum dedicatumque.

XLV. P. Sulpicio Saverrione, P. Sempronio Sopho consulibus, Samnites, seu finem, seu dilationem belli quærentes, legatos de pace Romam misere. Quibus

tem del. capta post viginti; Gronov. Conf. ad I, 3, n. 8.

8. Statius Gellius, Γέλλιος Γάϊος apud Diodor. lib. XX., p. 779. Status conj. Drak. h. l. et X, 18; sed Statium quoque memorari dicit XXIV, et ap. Valer. Muxim. I, 8, 6. - Bovianum, ubi postero die captum oppug. brevi capitur, ergo iterum (vide cap. 31), et sine ulla defectionis mentione. Ex Diodori lib. XX leg. Bola...capta (quod verbum in multis MSS reperitur) et mox Bolam captam; Sigon. Sed Bolam, Æquorum, non Samnii urbem, alienam ab h: l. videri docent Drak. et Perizon. Anim. hist. cap. 4, pag. 164, qui monet, Bovianum primum narrari captum cap. 31, deinde h. l., tertium X, 12, et mox X, 41, memorari, quasi semper Samnitium fuerit, adeoque, vel errasse Livium, dum imprudens alios aliis locis sequeretur auctores, vel, si vere oppidum toties expugnatum sit, eum perperam ne verbo quidem monuisse, identidem ab hostibus fuisse reenperatum.

9. Mortuum (esse) quidam auctores sunt; vide ad II, 58, n. 1.

10. Censennia: al. Consentia non apte h. l. Serennia (oppidam non minus, quam Censennia, obscurum), Diodor. XX. Esernia emend. Glar. et Cluver. Cerfennia (inter Corfinium et Albam Fucentiam); Ruben.

11. Herculis magnum simulaerum, etc. « statua colossea, qualis Tarento Romam translata a Fabio Cunctatore (vide Strab.VI, p. 278, Plutarc. Fab. p. 187; Plin. XXXIV, 7), nisi hæc eadem, et Livius memoria lapsus est. »

CAP. XLV. 1. P. Sulpicio, etc. ap. Plin. XXXIII, 1, seu 6, et Diodor. XX. L. Sulpicio, P. Sempronio Longo. Forte hic Sempronius e familia Lon suppliciter agentibus responsum est, nisi sæpe bellum parantes pacem petissent Samnites, oratione ultro citroque habita, de pace transigi potuisse. Nunc, quando verba vana ad id locorum fuerint, rebus 2 standum esse. P. Sempronium consulem cum exercitu brevi in Samnio fore: eum, ad bellum pacemne inclinent animi, falli non posse: comperta omnia senatui relaturum: decedentem ex Samnio consulem legati sequerentur. Eo anno quum pacatum Samnium exercitus romanus, benigne præbito commeatu, peragrasset, fœdus antiquum Samnitibus redditum. Ad Æquos inde veteres hostes, cæterum per multos annos sub specie infidæ pacis quietos³, versa arma romana: quod, incolumi hernico nomine, missitaverant simul cum iis Samniti auxilia, et, post Hernicos subactos, universa prope gens, sine dissimulatione consilii publici, ad hostes desciverat; et postquam, icto Romæ cum Samnitibus fœdere, feciales venerant res repetitum, tentationem aiebant esse, ut, terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur: quod quantopere optandum foret, Hernicos docuisse: quum, quibus licuerit, suas leges romanæ4 civitati præoptaverint: quibus legendi, quid mallent, copia non fuerit, pro pæna necessariam civitatem fore. Ob hæc vulgo in conciliis jactata, populus

gorum fuit, et Romanis Σοφὸς dictus est; quod uni cognomen inditum est, ob excellentem juris scientiam. Vide Pomp. de Or. Jur. II, 37. En. — Oratione ultro citroque habita, in utramque partem, ut ap. Gell. V, 12, vocabula ambigua et utroque versum dicta. — Ad id locorum, usque ad hoc tempus, ut XXII, 38; XXV, 19, 22, 32; XLIII, 5, et similiter apud Sallust. Bell. Jug. 102; postea loci, vel apud Terentium, Eunuch. II, 2, 24, et Plaut. Mostell.

III, 1, 1, interea loci; Stroth. Conf. ad XXVII, 7, n. 10.

2. Rebus standum; cf. III, 36, n. 11.
3. Sub specie infidæ pacis quietos, ita tamen, ut pacem suam infidam esse satis indicarent; Doer. — Incolumi hernico nomine, ut contra mox post Hernicos subactos. Cf. I, 10, n. 2.

4. Quibus licuerit, suas leges romanæ, etc. Conf. cap. 43, n. 11.— Necessariam civitatem, jus civitatis rom. necessitate, vel vi iis obtrusum-

romanus bellum fieri Æquis jussit: consulesque ambo, ad novum profecti bellum, quatuor millia a castris hostium consederunt. Æquorum exercitus (ut qui suo nomine permultos 5 annos imbelles egissent), tumultuario similis, sine ducibus certis, sine imperio, trepidare: alii exeundum in aciem, alii castra tuenda censent: movet plerosque vastatio futura agrorum ac deinceps cum levibus præsidiis urbium relictarum excidia. Itaque postquam inter multas sententias una, quæ, omissa cura communium, ad respectum suarum quemque rerum vertisset, audita, ut prima vigilia diversi⁶ e castris ad deportanda omnia tuendaque mœnibus in urbes abirent; cuncti eam sententiam ingenti assensu accepere. Palatis hostibus per agros, prima luce Romani, signis prolatis, in acie consistunt, et, ubi nemo obvius ibat, pleno gradu ad castra hostium tendunt7. Cæterum, postquam ibi neque stationes pro portis, nec quemquam in vallo, nec fremitum consuetum castrorum animadverterunt, insolito silentio moti, metu insidiarum subsistunt: transgressi deinde vallum, quum deserta omnia invenissent, pergunt hostem vestigiis sequi. Sed vestigia, in omnes æque ferentia partes, ut in dilapsis passim 8, primo errorem faciebant: post, per exploratores compertis hostium consiliis, ad singulas urbes circumferendo bello9, unum et quadraginta oppida intra dies quinquaginta omnia

Quatuor millia; vide ad cap. 44, n. 3.
5. Ut qui suo nomine permultos (f. per multos) annos imbelles egissent, nullum bellum suum gessissent cum Romanis, quamvis multi ex iis Samnitibus auxilio missi alieno nomine adversus Romanos militassent; Stroth.

^{6.} Diversi e castris...abirent; cf. ad III, 60, n. 1.

^{7.} Pleno gradu ad castra hostium tendunt; vide ad IV, 19, n. 1, et IV, 32, n. 6. — Hostem vestigiis sequi; conf. ad VI, 32, n. 5.

^{8.} Ut in dilapsis passim, qualia solent esse vestigia eorum, qui in diversas partes dilabuntur.

^{9.} Ad singulas urbes circumferendo bello; vide ad cap. 41, n. 3.

oppugnando ceperunt; quorum pleraque diruta atque incensa, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum. De Æquis triumphatum; exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marsi, Peligni, Frentani mitterent Romam oratores pacis petendæ amicitiæque: iis populis fædus petentibus datum.

XLVI. Eodem anno ¹ C. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino ², humili fortuna ortus, cæterum callidus vir et facundus, ædilis curulis fuit. Invenio in quibusdam annalibus ³, quum appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem ⁴ videret, neque accipi ⁵ momen,

CAP. XLVI. 1. Eodem anno C. Flavius, etc.; ad totum hoc cap. confer Cic. Mur. 21; Or. I, 41; ad Att. VI, 1; Diodor. XX, p. 751; Valer. Max. II, 5, 2; Macrob. Sat. I, 15; inprim. Plin. XXXIII, 1, seu 6, et Gell. VI, 9, qui laudat verba L. Pisomis, annalium scriptoris, a Livio fere retenta. Ex his leg. Cn. Flavius Annii filius.

2. Patre libertino ortus, parente liberto natus, qualis tunc temporis libertinus dicebatur; Str. Cf. not. 14. — Caterum; eenf. ad cap. 21 pr.

3. Invenio in quibusdam annalibus, v. c. L. Pisonis; vide not. 1. — Quum appareret ædilibus (vide I, 8, n. 2), vel, ut Piso tradit apud Gell. ædili euruli eo tempore, quo ædiles subrogarentur. Plinius eum Appii Cæci scribam fuisse dieit, ejusque hortatu excepisse dies fastos, consultando assidue sagaci ingenio, et promulgasse.

4. Fierique se pro tribu ædilem, sc. curulem, h. e. a, seu in tribu prima, seu prærogativa (vide ad III, 51, m. 3) ejusque suffragio, ut apud Gell. l. l. sumque pro tribu ædilem curulem renuntiaverunt in antt. edd., non primæ tribus, ut in edd. Ald. Bad. et Gryph. « Simile illud: Tribus Sergia principium fuit, h. e. tribus prærogativa

(conf. ad III, 51, n. 3); pro tribe (in en) Sex. L. F. Varro primas scivit, h. e. suffeagium talit: nam qui pro tribu primus sciscit de magistratu, is pro tribu, et primus facit eum magistratum; et de quo pro tribu suffragium optatum tulit, qui primus scivit, is pro tribu factus est ab eo, qui primus scivit; » Gronov. ad h. l. et in Obes. IV, 1. Cf. ad XXVI, 27, n. 4. Similiter apud Cic. Verr. II, 2, 51, pro suffragio renuntiari; Stroth. a prima tribu malebat Musetus.

5. Negue accipi nomen suma ab ædili, qui comitia haberet. Ita apud Gell. VI, g. Nomen candidati, et quidem h. l. a tribu prærogativa jam renuntiatum accipere, vel recipere (ut X, 15 extr.) dicebatur is, qui comitiis præerat, si eum admitteret ad petendum et petitionem ejus judicaret legitimam. Hinc et XXVII, 6, n. 3, si suum nomen dictator (Q. Fulvius, qui ipse comitia consularia habebat, et a prærogativa consul dictus erat) acciperet, h. e. si consulem creari pateretur, si suam creationem probaret. Cf. XXXIX, 39, n. 2, et Cic. Brut. 14. Post neque libri quidam recentt., non veteres, perperam inserunt ejus : nam dicendum erat summ.

quia scriptum faceret⁶; tabulam posuisse⁷, et jurasse, se scriptum non facturum. Quem aliquanto ante desisse scriptum facere, arguit Macer Licinius⁸, tribunatu ante gesto⁹, triumviratibusque, nocturno altero, altero colonize deducendæ. Cæterum (id quod haud discrepat ¹⁰) contumacia adversus contemnentes humilitatem suam nobiles certavit: civile jus ¹¹, repositum in penetralibus pontificum, evulgavit, fastosque circa

6. Quia scriptum faceret, scriba esset, vel ejus munere fungeretur; ut apud Gell. l. l. De scribis Hon, in Chwe Cicer. « Erant vel privati, hominum ' privatorum servi; vel publici, homines liberi, sed pleberi ordinis et inprimis libertini, qui in certas decurias descripti mercedem ex ærario accipiebant. Sorte distribuebantur inter magistratus, et olim a quæstoribus urbis legebantur (vide Liv. XL, 29) postea a presteribus adilibusque; vide Cicer. Cluent. 45. De iis locus class. est Cic. Verz. II, 3, 78, 79; unde et de honestate scribarum publicorum judicari potest, quam impugnant Sigon. A. J. C. R. II, 9 et 15; Ferrar. de Orig. rom. p. 14, sq. tom. I Thes. Grav. et Spanh. V. et Pr. N. T. I, p. 705; and defendant Guther. Jur. Pont. II, 13; Fabrett. Inscr. cap. 6, pag. 458 sq. et Grav. ad Cie. Dom. 28. Conf. inpr. Eschenbachii Diss. Acad. p. 257 sq. »

7. Tabulam posuisse a manibus coratam et publicam (confar ad IV, 8, n. 4), vel commentarium (germanice Protocoll), in quem referebat scriba, magistratui apparens, quidquid hio scribi juberet, et Flavius tum, quod ageretur in comitiis; h. l. pro: abdicasse as munere scribe.

8. Macer Licinius; vide ad III, 1, n. 1, et IV, 7, n. 9.

9. Tribunatu ante gesto : at Plin. XXXIII, 1, seu 6, tradit, Flavium evulgando fastos tantam plehis gratiam adeptum esse, ut non modo cum Q. Anicio Prenestino, qui paucis ante annis hostis fuisset, ædilis curulis sit creatus, sed etiam additum ei, ut simul tribunus plobis esset. — Triumviratus et triumviri varii erant apud Romanos, prout ad aliquod munus obeundum tres constituti essent numero, ut colonia deducenda (confer ad III, 1, n. 6), nocturni, capitales, agrarii, monetales, mensarii, caroeris lautumiarum, qui iidem ac capitales, epulones: etiam magistratus in nonnullis municipiis, qui in aliis duumviri dicebantur; Stroth. Triumviri nocturni vigilias in Urbe circumeundo cavebant ab incendiis noctumis (vide Valer. Max. VIII, 1 de damnatis, 5 et 6), iidemque videntur fuisse oum triumvinis capitalibus. Cf. XXXIX, 14 extr. Augustus deinde incendia restinguenda mandavit , an. Urb. 732 , Ædilibus curulibus, et an. 759 septem, cohortibus vigilum, opportunis locis dispositis, quibus tribuni et prafectus vigilum præerant. Coof. Dio LIV, 2; LV, 26; ad Juvenal. XIV, 305., et Henbach, de Politie rom. \$ 47, 48.

10. Id quod haud discrepat; conf. ad cap. 16, n. 1.

x1. Civila jus, repositum in penetralibus pontificum: verba eruditis haud obscura, sed non satis forte perspicua tironibus, qui en copiose exforum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur: ædem Concordiæ in area Vulcani 12 summa invidia nobilium dedicavit; coactusque consensu populi Cornelius Barbatus pontifex maximus verba præire, quum more majorum negaret, nisi consulem, aut imperatorem, posse templum dedicare. Itaque ex auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis templum, aramve injussu senatus, aut tribunorum plebei partis majoris dedicaret. Haud memorabilem rem per se 13, nisi documentum sit adversus superbiam nobilium plebeiæ libertatis, referam: ad collegam ægrum visendi causa, Flavius quum venisset, consensuque no bilium adolescentium, qui ibi assidebant, assurrectum ei non esset, curulem afferri sellam eo jussit, ac sede honoris sui anxios invidia inimicos spectavit. Cæterum Flavium dixerat ædilem forensis factio 14, App. Claudii

posita reperient vel in Bachii historia Jurisp. rom. lib. II, cap. 2, sect. 4, vel in libro meo, qui inscriptus est: Grundriss der Geschichte... der Römer, pag. 612 sq. Utrumque a Flavio evulgatum fuisse, antequam ædilis curulis esset creatus, quidam tradunt, alii, id deinde factum. — Fastos; kalendarium, quo tota dierum fastorum nefastorumque ratio continebatur.

12. Ædem Concordiæ in area Vulcani dedicaret; vide ad I, 55, n. 3, et conf. omnino Plin. XXXIII, 1, seu 6, ac de ædibus Concordiæ ad Juvenal. I, 116. — Verba præire; v. ad IV, 21, n. 1.

13. Haud memorabilem rem per se (confer ad VI, 20, n. 13). — Referam, quam etiam retulere Gell. VI, 9, et Valer. Max. II, 5, 2, sed hic diverse. — Ac de sede honoris sui spectavit inimicos invidia anxios, excruciatos. Piso apud Gell. loco laudato, Sellam, inquit, curulem jussit sibi afferri, eam

in limine apposuit, ne quis illorum exire posset; utique ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem.

14. Forensis factio, Ap. Claudii censura vires nacta (vide ad III, 72, n. 4), qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat; vide ad cap. 29, n. 7; Ernesti in clave Cic. et ad Suet. Claud. 24, hæc monuit : « Liberti iidem sunt qui libertini, sed liberti dicuntur ad patronum. Suetonius induxit imperitos, ut existimarent, libertinos dictos esse libertorum filios: at ille non hoc dicit, sed Appli Cæci temporibus nomen libertinorum mansisse etiam in posteris libertinorum hisque vulgo tributum esse, quamvis jam ingenuis, quum proprie libertini dicautur, qui sunt manumissione libertatem nacti, iidemque cum libertis.» Sed Wolf. ad Suet. loco laudato, . Ernesti, dicit, et tot alii eruditi viri, qui istam opinionem et perversam interpretationem ascivere, fortasse in fraucensura vires nacta, qui senatum primus libertinorum filiis lectis inquinaverat. Et postquam eam lectionem nemo ratam habuit, nec in curia adeptus erat, quas petierat, opes urbanas 15; humilibus per omnes tribus divisis, forum et campum corrupit: tantumque Flavii comitia indignitatis habuerunt, ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent 16: ex eo tempore in duas partes discessit civitas. Aliud integer 17 po-

dem inducti sunt eo, quod dixit Suet. ingenuos ex his procreatos ex suæ ætatis, non ex priscæ, qua Appius vixit, consuetudine loquendi. Appii enim temporibus non filii manu missorum, sed demum nepotes corum, ingenuitate fruebantur. Postea labentibus reip. moribus invaluit, ut ingenui statim essent ex manu missis procreati, ipsique manu missi haberent libertinitatem : siquidem libertinus vulgo respectu conditionis, libertus respectu patroni dicebatur. Itaque hoc ipsum notandum putavit doctus grammaticus, aliam Sæc. V, aliam posterioribus obtinuisse libertini significationem: scripsit enim, libertinos dictos non ipsos, qui manu mitterentur. Eaque observatio necessaria videri potuit propter errorem historicorum de invidiosa Appii censura referentium, ut Liv. IX, 29 et 46; Tac. Ann. XI, 24, et aliorum. An vero argentea Latinitatis ætate libertus rursum de conditione et statu usurpatum sit, alias videbimus ad Tac. Germ. 25. Duker. ad h. l. monet, libertinorum filios secundum hujus ætatis usum loquendi, a Suet. memoratum, h. l. et forte X, 21, dici, quorum avi servitutem servierint; utrum vero ex servitute manumissi tum liberti, an alio nomine appellati fuerint, antiquos non prodidisse. Sed Livius, si non ignarus,

certe immemor fuisse videtur illius loquendi usus, h. l. et cap. 29.

15. Opes urbanas, ut in Urbe, quod vellet, efficere posset, ut haberet in senatu magnam senatorum partem suam, den Einfluss in die Angelegenheiten des Staats; Stroth. Confer ad III, 72, n. 4, et IX, 42, n. 3, etc. Sed epitheton haud satis aptum, saltem friget. Urbanis humilibus...corrupit recte, opinor, emend. Gron. judice etiam Bauero. Sic otiosi urbani V, 20. De his verbis vide ad III, 72, n. 4.

16. Ut plerique nobilium annulos aureos et phaleras deponerent; v. ad IX, 7, n. 5, etcf. inpr. Plin. XXXIII, 1, seu 6. Phaleræ h. l. nobilium ornamenta sunt, at equorum XXII, 52. n. 4, uhi nota Stroth. est hæc: « Phaleræ ornamenta capitis equorum erant, forte cristarum (descendit a φάλος crista) at etiam habenarum, et tegumenta frontis. Suidas φάλαρα appellat τὰς προμετωπίδας, τοὺς ἀσπιδίσχους, την χόσμησιν, την κατά το μέτωπον τών έππων παρά Ηροδότω τα περί τὰς γνάθους σκεπάσματα. Hesychius: φάλαρα, ἀστραγαλίσκος ὁ ἐπὶ τῆς περικεφαλαίας, καὶ παραγναθίδες, χαλινοὶ ή ίπποχόσμια. Similia Etymologus habet. » Cf. de utroque phalerarum genere ad Juven. XI, 103, et ad Sil. XV, 255; Böttig. Sab. p. 363, 457, 458.

17. Ex eo tempore in duas partes

pulus, fautor et cultor bonorum, aliud forensis factio tenebat; donec Q. Fabius et P. Decius censores facti: et Fabius, simul concordiæ causa, simul ne humillimorum in manu comitia essent, omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit 18, urbanasque eas appellavit: adeoque eam rem acceptam gratis animis ferunt, ut Maximi cognomen 19, quod tot victoriis non pepererat, hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur, ut equites Idibus Quintilibus 20 transveherentur.

discessit civitas: aliud integer populus, qualis antea fuit, nondum humilium permixtione corruptus et inquinatus (confer not. 14) fautor et cultor benorum; aliud forensis factio, seu turba tenebat, propugnabat, obtinere et perferre conabatur; v. III, 21, n. 3; III, 35, n. 4; III, 72, n. 4, et XXV, 24, n. 6.

18. Omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit, urbanasque eas appellavit; sic et Valer. Max. II, 2, n. 9. « Sed idem nomen jam dudum habuere quatuor tribus urbanæ, a Servio Tullio institutæ: qua itaque ratione tribus illas quatuor nunc demum Fabius dicatur urbanas appellasse, aut quomodo appellare tribus cum Gruchio de comit. II, 1, et aliis exponi possit numero civium augere, non assequor »; Duk. Forte appellatio Serviana, quæ propr. ad partes Urbis spectabat, vetustate aboleverat; conf. ad I, 43, n. 22; III, 72, n. 4; XLV, 15, n. 1, et ad Epit. Liv. 20, n. 6.

19. Maximi cognomen, etc. Idem tradunt Valer. Max. II, 2, n. 9, et Plut, in Pompeio. Sed hic in Fahio Cunct. ob splendorem magnitudinem-

que, et Aurel. Victor. de viris illustr. cap. 32, ob virtutem ejus id factum dicit. Polybius tamen, qui Fabiis familiarissimus fuit, hujus Fabii nepotem, sive pronepotem, Fabium Cunctatorem, primum hoc cognomine ornatum fuisse significare videtur III, 87, 6, ubi Schweigh. monet, huic difficultati satis occurri, si statuatur, non vulgari omnium usu tritum fuisse illud veteris Fabii cognomen, aut saltem post ejus mortem oblivioni fere traditum, et in Fabio Cunctatore singulari cum splendore renovatum. Cf. Perizon. Anim. hist. cap, 1, sub fin. et infra ad XXX, 26, n. 4.

20. Ut equites Idibus Quintilibus trabeati equis ab sede Honoris transveherentur ad Capitolium: que solennis et annua equitum transvectio, diversa erat ab censu, seu recensione, recensu, recognitione, lustratione eorum, que singulis lustris a censoribus instituebatur. Confer ad XXIX, 37, n. 7; XXXVIII, 28, n. 1; XXXIX, 44, n. 1; XL, 46, n. 3; XXXIV, 16 princip. et inprimis ad Tacit. Annal. lib. II, cap. 83, n. 10.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER DECIMUS.

BREVIARIUM.

CAP. I; Soram et Albam coloniæ deducuntur. Arpinatibus Trebulanisque datur civitas. Frusinates tertia parte agri damnantur. Parva expeditio in Umbriam facta, et 2000 latrones in spelunca oppressi. Æqui subiguntur a C. Junio Bubulco dictatore. — II; Cleonymus dux Lacedæmoniorum Thurias in Sallentinis capit pervenitque penitus ad litora Venetorum; sed ab his victus, vix quinta parte navium incolumi, discedit. -- III; Foedus cum Vestinis ictum: rebellio Etruriæ, et Marsorum ob coloniam Carseolos deductam: M. Valerius Maximus dict. fundit Marsos: at M. Æmilius Paulus magister equit. ab Etruscis fugatur. - IV; Etrusci insidias quoque parant Cn. Fulvio legato, sed frustra, ...V; et a Valerio devicti inducias biennii impetrant. -- VI; Q. et Cn. Ogulnii tribuni plebis rogationem promulgant, ut, quum 4 augures et 4 pontifices sint, 4 pontifices et 5 augures, de plebe omnes, allegantur. - VII-VIII; Eam dissuadet maxime Ap. Claudius, et suadet P. Decius Mus. - IX; Tum ingenti consensu populi accipitur: codem anno a M. Valerio Maximo cos. diligentius sancitur lex de provocatione, tertia post reges exactos lata a familia eadem: idem Valerius vincit Æquos, et Q. Appuleius alter consul Nequipum Umbriæ oppidum circumsidet: Q. Fabium, consulatu repudiato, ædilem curulem factum quidam tradunt: lustrum conditum; tribusque additæ duæ, Aniensis ac Terentina. - X; Nequinum ope transfugarum capitur, et colonia mittitur eo, Narnia a Nare flum. appellata: Etruscis bellum adversus Romanos mohentibus, fines eorum ingrediuntur

Galli, qui pecunia ingenti accepta recedunt quidem, sed societatem belli abnuunt, nisi pars agri detur. - XI; T. Manlius cos. in Etruria equo effusus moritur, et M. Valerius Maximus ei suffectus, vastandis agris urendisque tectis non ad certamen hostes elicere potest: caritas annonæ, quam Q. Fabius Max. ædil. cur. sublevat præparando ac convehendo frumento: rebellio Samnitium, Lucanorum fines depopulantium. - XII; Fædus cum Lucanis fit, et feciales, sed frustra, mittuntur, qui Samnitem decedere agro sociorum jubeant: hostes a consulibus vincuntur. Etrusci a L. Cornelio Scipione ad Volaterras cruento in prælio. et Samnites a Cn. Fulvio ad Bovianum. - XIII; Fama exoritur, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus, et hujus terroris causa O. Fabius Maximus invitus quartum, eoque suffragante P. Decius Mus tertium consules creantur: multis nimium agri possidentibus dies ab ædilibus dicitur. - XIV; Etruria ad pacem petendam inclinante, ambo coss. in Samnium legiones ducunt, ubi Fabius hostem fortiter pugnantem ad Tifernum profligat. -- XV; Decius fundit Apulos, et duo consulares exercitus in Samnio omnia evastant: Fabius, comitiorum causa Romam profectus, consulatum denuo sibi oblatum recusat, et L.Volumnius de plebe cum Ap. Claudio iterum fit consul. — XVI; Fabio et Decio in sex menses prorogatur imperium in Samnio: hostes inde pulsi Etruriam petunt, eamque mixtis terrore precibus ad bellum trahere conantur. - XVII; Interea in Samnio capiuntur diripiunturque Murgantia, Romulea et Ferentinum. - XVIII; Auctore Gellio Egnatio, duce Samnitium, huic populo se conjungunt non modo Tusci fere omnes, sed et Umbri Gallique mercede sollicitati: hinc Volumnius in Samnium proficiscitur, et Appius in Etruriam: is nec scite, nec fortunate quidquam gerit, et Volumnius cum suis copiis ad illum pergit accitus literis, quas tamen hic a se scriptas esse negat. — XIX; Altercatio consulum, quorum alter orator, alter imperator est melior: Volumnius jam abiturus retinetur precibus appiani exercitus: victoria Romanorum. - XX: Volumnius in Samnium redit, et in campano agro cædit Samnites præda onustos. - XXI; Romæ trepidationem mox perlæta excipit supplicatio, placetque ut duæ coloniæ circa vescinum falernumque agrum, ab Samnitibus depopulatum, præsidii loco deducantur, Minturnæ et Sinuessa: interim Etrusci, Samnites, Umbri Gallique arma conferunt in Etruria. - XXII; Q. Fabius Maximus consensu victus, consul

creatur cum P. Decio, quem iterum collegam poposcerat: et L. Volumnio in annum prorogatur imperium. - XXIII; Prodigia; supplicationes; pudicitia patricia et plebeia, earumque sacella et aræ: feneratores et pecuarii bonis mulctantur. - XXIV: Inter consules, qui duobus jam consulatibus censuraque concordes fuerant collegæ, contentio oritur de provinciis, patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem, vel sine sorte obtineat : quæ etiam provincia illi decernitur populi consensu. - XXV; Fabius, scriptis duntaxat quatuor millibus peditum et 600 equitibus, ad castra Appii prætoris proficiscitur; sed mox Romam redit ad consultandum de bello etrusco, cuius terrorem auxerat Ap. Claudius. - XXVI; Ibi petit, ut sibi adjutor detur Decius, isque non recusat societatem imperii: legio romana, ab Umbris, vel, quod probabilius est, Gallis circumventa, deletur. - XXVII; Atrox pugna consulum cum Samnitibus et Gallis in agro sentinati. - XXVIII; Romanis in lævo cornu fugientibus, Decius exemplo patris se devovet. - XXIX; Pugna cum Gallis in sinistro cornu restituitur; in dextro Samnites a Fabio vincuntur: Galli testudine facta soli resistunt, sed tandem circumventi ab tergo et ipsi cæduntur. — XXX; In Etruria Cn. Fulvius proprætor res ex sententia gerit: et Samnitibus novæ clades inferuntur tum a Pelignis in horum agro, tum a Volumnio ad Tifernum montem: triumphus Fabii, et præmia militum. -XXXI; Etrusci a Fabio, et Samnites in campo stellati ab Appio Volumnioque funduntur: pestilentia prodigiaque: Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas stupri damnatas pecunia mulctat: diuturnitas belli samnitici. - XXXII; Samnites castra M. Atilii Reguli cos. oppugnant. - XXXIII; Romani eos expellunt, sed persequi non ausi retro in soranum agrum eunt: L. Postumius Megellus consul collegæ se conjungit. -XXXIV; Postumius Milioniam et Ferentinum expugnat, aliisque desertis oppidis Samnii potitur. - XXXV; Atilij prælium anceps et varium ad Luceriam: postero die Samnites, castra rom. sine certamine præterire cupientes, præbent speciem recta tendentium ad ea oppugnanda: hinc nova pugna, ad quam conserendam neutris animus est. - XXXVI; Romani fugiunt primum, mox vincunt: nec ita multo post in agro interamnati cædunt alias Samnitium copias præda impeditas. - XXXVII; Postumius e Samnio transit in Etruriam eamque pervastat : idem auxi lio tribunorum pl. trium, sine auctoritate Patrum, triumphat. - XXXVIII; Lege sacrata delectus habetur per omne Samnium; legio linteata sacramento adaeta horrendo ritu, et aureis argenteisque armis ornata, aliusque exercitus, ei corporum specie et apparatu non dispar, ad Aquiloniam consident. -XXXIX; Consules Samnium depopulantur: Sp. Carvilius Amiternum vi capit, et obsidet Cominium : L. Papirius Cursor Duroniam expugnat pervenitque ad Aquiloniam, ubi hostes insignibus armis fulgentes ab eo, ut olim a patre ejus, occidione occiduntur. - XL; Acies utrimque instruitur, et pullarius, qui faustissimum auspicium, tripudium solistimum, mentitus erat, inter prima signa constitutus cadit primus, pilo temere emisso ictus: augurium corvi. - XLI; Prælium atrox: Sp. Nautius densiore pulvere procul excitato præbet speciem advenientis exercitus Carviliani: hostes jurati injuratique passim sternuntur, et pars in castra ad Aquiloniam posita, pars Bovianum perfugiunt: L. Volumnius castra capit, et L. Scipio penetrat in interiora urbis. - XLII; Nocte descritur ab hostibus oppidum, in quod et consul signa intulerat: non ferme alius dux lætior in acie visus, et ab eodem in illa non templum, sed pocillum mulsi votum Jovi Victori. - XLIII; Cominium a Carvilio captum: hostes in fuga interfecti.-XLIV; Consules conjunguat castra, et suos pro cujusque merito laudant donantque: inde ad oppida Samaii oppugnanda ducunt legiones. - XLV; Faliscorumque aliorumque Etruriæ populorum rebellio: Carvilius, Palumbino, Volana et Herculaneo captis, ex Sampio in Etruriam transit: Papirius Sæpinum expugnat. - XLVI; Idem triumphat et eximiis hostium spoliis exornat ædem Quirini, forum et finitimas quoque colonias: Carvilius in Etruria Troilium et quinque castella vi capit, annuasque inducias dat Faliscis pacem petentibus: triumphus ejus: ædes Fortis Fortunæ de manubiis facta: prædæ pars data militibus: accusatio L. Postumii haud peracta. - XLVII; Lustrum XIX conditur: Romani primum coronati, ob res bello bene gestas, ludos spectant, et victoribus dant palmas: pecuarii aliquot damnantur: pestilentia Urbem agrosque urit, et in libris Sibyllinis invenitur, Æsculapii signum ab Epidauro Romam arcessendum.

I. L. GENUCIO, Ser. Cornelio consulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam 1 coloniæ deductæ: Albam in Æquos sex millia colonorum scripta. Sora agri volsci fuerat; sed possederant Samnites: eo quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque 2 civitas data: Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque conjurationis 3 ejus, quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habita, virgis cæsi ac securi percussi. Tamen, ne prorsus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta est; quod nuntiabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu; donec, altero specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congestis lignis accensæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia novissime in ipsas flammas, dum evadere tendunt 4, absumpta. Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus, redintegratum

CAr. I. I. Soram atque Albam coloniæ deductæ; confer Vellei. I, 14.
Sed nova colonia nunc Soram deducta;
vide IX, 23 pr. Sic et Carseolos cap.
3 et 13 pr. Confer Vellei. loco laudato.
Alba h. l. non est A. Longa nec A.
Pompeia; sed Alba Fucentia, seu Fucentis in Marsis et septemar. latere
Fucini lacus sita: unde Albensis ager
XXVI, 11. Confer ad Sil. VIII, 507.

2. Arpinatibus Trebulanisque civitas data sine suffragio: quod de illis diserte traditur XXXVIII, 36. Arpinum Latii opp. (h. Arpino) Ciceronis et Marii patria. — Trebula Sabimorum duplex, h. l. mon T. Suffena, seu Suffenatis, sed T. Mutusca. Conf. Heyn.

ad Virg. Æn. VII, 711; in Exc. 8; et Hard. ad Plin. III, 12, seu 17. De Trebula Campaniæ vide ad XXIII, 14, n. 10. — Frusino Volscorum opp. ad Cosam flum. cis Lirim, h. Frosinione, seu Frussilone. Conf. ad Sil. VIII, 398, et Juvenal. III, 223. — In Umbria. Hearnii oxoniensis B et Portug. a manu secund. in Umbriam; quod tanquam usitatius probandum foret, si graviores testes hanc lect. firmarent. Ep.

3. Capitaque conjurationis...virgis cæsi, etc.; vid. ad XXVII, 16, n. 2.

— Cæsa ae securi percussa Lovel. 4; minus eleganter. ED.

4. Dum evadere cas, seu iis tendunt; confer ad IV, 7, n. 6.

æquicum bellum. Coloniam ⁵, ægre patientes velut arcem suis finibus impositam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. Cæterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam affectis rebus ⁶ solos per se Æquos ad bellum coortos, ut tumultus ejus causa dictator diceretur C. Junius Bubulcus. Is, cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit, ac, die octavo triumphans in Urbem quum redisset, ædem Salutis ⁵, quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

II. Eodem anno classis Græcorum, Cleonymo duce lacedæmonio¹, ad Italiæ litora appulsa, Thurias² urbem in Sallentinis cepit. Adversus hunc hostem consul Æmilius missus prælio uno fugatum compulit in naves: Thuriæ redditæ veteri cultori: sallentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem missum in Sallentinos, in quibusdam annalibus invenio: et Cleonymum prius, quam confligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. Circumvectus inde Brundisii promontorium, medioque sinu hadriatico ventis latus, quum læva importuosa Italiæ litora, dextra Illyrii Liburnique et Istri, gentes feræ, et magna ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad litora

Coloniam Albam aegre patientes, seilicet Æqui, etc.

^{6.} Affectis rebus; vide ad V, 10, n.
6. — Tumultus; vide ad II, 26, n. 1.
7. Edem Salutis...locaverat; conf.
ad IX, 43 extr.

CAP. II. 1. Cleonymo duce laced., Cleomenis regis filio, Arei regis patruo, a Tarentinis, adversus Lucanos et Romanos arcessito, qui Tarentum diripuit, et Thurias aliasque Italia: urbes cepit: cujus vero naves mox a Venetis et Patavinis incense sunt. Confer Diodor. XX, 106 sqq. et Strab.

VI, pag. 280.— De codem in Prologo lib. XV Trogi Pompeii legitur: « Cleonymi deinde Sportani res gestæ Corcyræ, et in Illyrico, et in Italia. » Athenæus lib. XIII, cap. 8, obsides puellos a Metapontinis cum exegisse anctor est. En.

^{2.} Thurias urbem in Sallentinis (Calabrize populo, de quo nominisque scriptura vid. ad Sil.VIII, 573), unde hace urbs videtur esse alia, quam que in Bruttiis, aut in Lucania ad sinum tarentinum, inter duos fluvios, Crathin et Sybarin, sita, et Thurie, vel Thurii,

Venetorum pervenit. Ibi expositis paucis, qui loca explorarent, quum audisset, tenue prætentum³ litus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint, irrigua æstibus maritimis; agros haud procul proximos campestres cerni; ulteriora colles; inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem tutam vidisse (Meduacus 4 amnis erat): eo invectam classem subire flumine adverso jussit. Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis: in leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. Ibi egressi, levi præsidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt, et dulcedine prædandi longius usque a navibus procedunt. Hæc ubi Patavium sunt nuntiata (semper autem eos 5 in armis accolæ Galli habebant), in duas partes juventutem dividunt. Altera in regio-

Thurium, Thyriæ, Thyræi, primum vere Sybaris dicta est; vide Strab.VI, pag. 263, 264, 282; Diodor. XII, 9, 10. Incolæ ejus vocabantur Thurii, seu Thuriatæ, sed XXV, 1, 15, et apud Plin. XXXIV, 6, seu 15, Thurini: nisi hoc ktytikòv tantum est, et XXV, 15, legendum Thurii; XXV, 1 autem, uti Bruttiis, vicino populo, assignantur, Terinæi, sic dicti a Terina Bruttiorum oppido (confer ad VIII, 24, n. 4), inter Temesam Consentiamque, ab Hannibale diruto (v. Strab.VI, 1, 5, p. 256), hod. forsan Amantea aut Nocera, ad sinum terinæum, qui nunc Golfo di S. Eufemia vocatur : de qua Terina confer Heyn. Opusc. Acad. t. II, p. 202, 203.

3. Tenue prætentum litus esse, parvum litus ante hæc loca quasi extentum esse, ut fere XXII, 20 pr. aciem toto prætentam in litore, ante et per illud explicatam. Conf. Burm. ad Val. Flac. V, 167, ubi monet, prætendi ea dici, quæ objaceant, tanquam munimenta et sepes; propr. qui in castris ante alios, vel primo loco tendant, deinde loca, quæ jaceant ante alias regiones, vel emineant, et quasi tegant sequentes. Cf. ad XLIV, 9, n. 7. — Agros campestres, ut XL, 38, h. e. regionem, campos habentem herbidos et fertiles; Ern. Cf. ad XXXVI, 10, n. 3. — Ulteriora colles, sc. esse, seu cerni. — Vidisse, sc. exploratores.

4. Meduacus amnis erat, vel Medoacus, duplex, major (hod. Brenta) et minor (hod. Bachiglione), uterque ex Tridentinis Alpibus in Venetos defluens. Conf. Strab.V, 1, 7, p. 213, et Plin. III, 16, seu 20. Conf. not. 12.

5. Semper autem eos, sc. Patavinos (vide ad III, 47, n. 1), in armis accolæ Galli habebant, tenebant: propter

nem, qua effusa populatio 6 nuntiabatur; altera, ne cui prædonum obvia fieret, altero itinere ad stationem navium 7 (millia autem quatuordecim 8 ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, custodibus interemptis, impetus factus; territique nautæ coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere. Et in terra prosperum æque in palatos prædatores prælium fuerat; refugientibusque ad stationem Græcis Veneti obsistunt. Ita in medio circumventi hostes cæsique: pars 9 capti classem indicant regemque Cleonymum tria millia abesse: inde, captivis proximo vico in custodiam datis, pars fluviatiles naves, ad superanda vada " stagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. Profectique ad classem, immobiles naves et loca ignota plus, quam hostem, timentes circumvadunt: fugientesque in altum acrius, quam repugnantes, usque ad ostium amnis persequuti, captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita, discessit. Rostra navium spoliaque II Laconum, in æde Junonis veteri fixa, multi supersunt, qui viderunt. Patavii mo-

frequentes finitimorum Gallorum incursiones semper arma tractare cogebantur.

- 6. Effusa populatio; confer ad I, 14, n. 7. Mox pro altero itinere cum Gronovio leg. alio itinere, vel potius cum Burm. avio itinere, ut avius saltus IX, 31; XXV, 32; et devius saltus X, 24; XLI, 19; et avia Oceani et saltuum apud Tacit. Ann. II, 15, 68. Cf. inf. ad XXII, 7, n. 1.
- 7. Ad stationem, seil. navium, ut XXXI, 17 et 23.
 - 8. Millia autem quatuordecim, ut

- mox tria millia; vide ad IX, 24, 1.2. 9. Pars capti, ut mox pars com-
- 9. Pars capti, ut mox pars complent. Conf. ad I, 41, n. 1. 10. Naves ad superanda vada (Un-

tiefen) planis alveis fabricatas, que etiem flumina minime alta transire possunt, flache Böte; Str. — Ostium amnis, Meduaci.

11. Rostra navium spoliaque laconum in æde Junonis veteri fixa; cf. IV, 20, 32; XXII, 57; XXIII, 14; XV, 674; ad IV, 20, n. 1; et ad Sil. I, 617 sq. Mox forte leg. Patavii in monimentum (memoriam) navalis penimentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis solenni certamine navium in flumine 12 oppidi medio exercetur.

III. Eodem anno Romæ cum Vestinis, petentibus amicitiam, ictum est fœdus. Multiplex deinde exortus terror: Etruriam rebellare, ab Arretinorum seditionibus motu orto, nuntiabatur; ubi Cilnium genus præpotens¹, divitiarum invidia, pelli armis cœptum; simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis. Itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Emilium Paulum. Id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum: cæterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud

gnæ...quotannis solenne certamen navium...exercetur: nisi hæc sententia doctius expressa est. — Malebat Crev. solenne certamen, ut monimentum intelligatur per appositionem dictum; nam nec recte dicitur monimentum exerceri; et quemadmodum hoc loco vult, sic supra Livius I, 13, monumentum ejus pugnæ... Curtium lacum appellarunt. Quum vero taceant codices, vulgatum servare tutius esse credidimus. Ep.

12. In flumine oppidi medio, in Meduaco minori (conf. not. 4), in cujus sinistra ripa situm Patavium, Livii patria, qui in popularium gratiam hace copiose narrasse videtur.

CAP. III. 1. Ubi (Arretii) Cilnium genus præpotens, vide ad Sil.VII, 29, et Tacit. Annal.VI, 11, n. 4. Livium Mæcenati hoc loc. gratificari voluisse, suspicantur viri docti. — Invidia, cf. ad IV, 19, n. 6.

2. Marsos agrum vi tueri, non cedere colonis romanis.

3. Colonia Carseoli deducta, conf. ad c. 1, n. 1, et IX, 28, n. 2. — Cur hoc ipso libro, c. 13, scribat Livius Carseolos iterum deductam fuisse coloniam, et quidem in agrum Æquicolorum, secundum Cluver. Ital. Ant. lib. II, c. ult., hæc est ratio, quod alios aliis locis scriptores noster secutus sit, qui et tempus coloniæ deductæ, et gentem, in quam deducta est, variaverunt. Id autem etiam alibi a Livio commissum esse, infra videbimus ad lib. XLII, cap. 47. Ep.

4. Propter eos tumultus, etc. vide ad II, 26, n. 1.

5. Q. Fabium ea ætate.....Valerio subjectum (vide II, 29, n. 6), quod alios annalium scriptores tradidisse, ex h. l. conficitur; Strothius. — Ex Maximi cognomine communi Valerii et Fabii ortum errorem: sed qua ratione? Id ita factum putat Strothius, ut in quibusdam vetustioribus annalibus aut omissum, aut vetustate deletum fuerit nomen magistri equitum

abnuerim. Profectus dictator cum exercitu prælio une Marsos fundit: compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam⁶, Plestinam, Fresiliam, intra dies paucos cepit: et parte agri mulctatis Marsis foedus restituit. Tum in Etruscos versum bellum; et, quum dictator auspiciorum repetendorum⁷ causa profectus Romam esset, magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur; signisque aliquot amissis, foeda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret⁸, quod si qua alia arte cognomen suum æquavit⁹, tum maxime bellicis laudibus; sed etiam, quod, memor Papirianæ sævitiæ ¹⁰, nunquam, ut dictatoris injussu dimicaret, adduci potuisset.

IV. Nuntiata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit: nam, ut exercitu deleto, ita justitium indictum'; custodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ; arma, tela in muros congesta. Omnibus junioribus sacramento adactis, dictator, ad exercitum missus, omnia spe tranquilliora et composita magistri

ita ut primum lectum sit dictator M. Valerius Maximus magister equitum... deinde dictat. M. Valerius; Maximus magister equit. postremo dict. M. Valerius, Q. Fabius Max. mag. equitum. Conf. cap. 9, n. 9. A Livio duorum annorum res gestas in unum collatas, aliumque annum, per dictatores exactum, ex Fast. capit. interponendum esse, probabile fecerunt Pigh. in Ann. ad ann. 452, 457, p. 381, 390, et al.

6. Milioniam et Plestinam Marsorum; at IX, 21, 22, Plistia (vel Plistica, ut in quibusdam manuscriptis, et Πλιστική ap. Diodor. IX), et X, 34, Milionia, vel, ut in vet. lib. legi monet probatque Sigonius, Milonia, Samnitium oppida (Μιλωνία πόλις

Σαμνιτῶν Steph. Byz.): nisi eaden sant, et modo ab hac, modo ab illa gente capta et possessa.

7. Auspiciorum repetendorum causa, vide ad V, 17, n. 4.

8. Terror non eo tantum a Fabie abhorret; cf. I, 11, n. 6. — Error, pro terror ad marginem ed. Curionis; vulgatum vero servandum; non enim errori sed terrori adscribendum est, quod fæda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Ep.

 Cognomen suum æquævit, ei respondit; id fuit, quod cognomine suo dicebatur, scil. maximus; Stroth.

10. Papir. sævitiæ, v.VIII, 32 sq. CAP. IV. 1. Justitium indictum, v. ad III, 3, n. 2. — Ficatim, per vicos

equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas 2 invenit; exercitum avidum pugnæ, quo maturitis ignominia aboleretur. Itaque confestim castra inde in agrum rufellanum promovit: eo et hostes sequuti: et quanquam ex bene gesta re summam et in aperto certamine virium spem habebant, tamen insidiis quoque, quas feliciter experti erant, hostem tentant. Tecta semiruta vici per vastationem agrorum deusti³, haud procul castris Romanorum aberant: ibi abditis armatis, pecus in conspectu præsidii romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulsum. Ad quam illecebram quum moveretur nemo ab romana statione. pastorum unus, progressus sub ipsas munitiones, inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid cessarent, quum per media castra romana tuto agere possent? Hæc quum legato Cærites quidam interpretarentur, et per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere 4 auderent, jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset. Quum referrent, sonum linguæ et corporum habitum et nitorem cultiora, quam pastoralia, esse; «ite igitur, di-« cite, inquit, detegant nequidquam conditas insidias:

Urbis, ut XXXII, 26. De alia vi vocis vide ad V, 5, n. 2.

2. Extra vallum sine tentoriis destitutas, vide ad II, 12, n. 4; III, 29, n. 1; XXV, 6, n. 10, et de hac pœna ignominiaque ad Tacit. Annal. XIII, 36, n. 3.—Eo et hostes secuti; et quanquam; particulam et insertam a Sigonio ignorant plerique codd. et edd. etiam aldina priores. Nec sane illa quidquam opus est, si scribas: eo et hostes sequuti, quanquam, etc. ED.

4. Nec tamen injussu movere (scil. se, quod multi addunt libri) auderent, conf. ad II, 3, n. 2. — Optimi codd. et antiquæ edd. τὸ se ignorant; quorum auctoritate etiam expunximus. Sæpins enim Livius verbum movere sine casu usurpavit; V, 25, quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium fit, decima designetur; XXI, 32, triduo fere quam Hannibal ab ripa Rhodani mo-

^{3.} Vici per vastationem agrorum deusti, vide ad II, 18, n. 1.

« omnia scire Romanum; nec magis jam dolo capi, « quam armis vinci, posse. » Hæc ubi audita sunt, et ad eos, qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente ex latebris est, et in patentem ad conspectum undique campum prolata signa. Visa legato major acies, quam quæ ab suo præsidio sustineri posset: itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit: interea ipse impetus hostium sustinet.

V. Nuntio allato, dictator signa ferri, ac sequi armatos jubet: sed celeriora prope omnia imperio erant; rapta extemplo signa armaque; et vix ab impetu et cursu tenebantur. Quum ira ab accepta nuper i clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increscente certamine; urgent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocius eant. Quo magis festinantes videt dictator, eo impensius retentat agmen, ac sensim incedere jubet: Etrusci contra, principio exciti pugnæ, omnibus copiis aderant. Et super alios alii nuntiant dictatori, omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam; nec jam ab suis resisti posse: et ipse cernit ex superiore loco, in quanto discrimine præsidium esset. Cæterum³ satis fretus, esse etiam nunc tolerando certamini legatum, nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem, ut integris adoriatur viribus fessos. Quanquam lente

vit; XXII, 1, jam ver appetebat, quum ex hibernis movit; ibid. 43, movere inde statuit in calidiora loca; XXIII, 1, confestim ex Apulia in Samnium moverat; XXV, 26, priusquam ex Lucanis moveret; ibid. 38, concubia nocte movere, et alibi. Suet. Calig. 13, itaque ut a Miseno movit, etc. Cf. etiam Grævium ad Ciceron. Epist. ad Attic. V, 12; et viros doctos ad Quint. Curt. lib. VIII, cap. 13. Ep.

CAP. V. 1. Ira ab accepta nuper clade; conf. ad I, 1, n. 5.

^{2.} Super alios alii, sc. Romani, a Fulvio missi.

^{3.} Caterum (pro sed sepius a nostro, nec ineleganter esse positum vidimus ad librum IX, cap. 21, n. 1) satis fretus, confidens, esse etiam nunc tolerando certamini legatum, vide ad II, 9, n. 5. Verbum fretus raro jungitur infinitivo.

procedunt, jam tamen ad impetum capiendum, equiti utique, modicum erat spatium. Prima incedebant signa legionum, ne quid occultum, aut repentinum hostis timeret: sed reliquerat intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent: pariter sustulit clamorem acies; et emissus eques libero cursu in hostem invehitur, incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit. Itaque, ut prope serum auxilium jam pæne circumventis; ita universa requies 5 data est: integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit. Fusi hostes castra repetunt, inferentibusque jam signa Romanis cedunt, et in ultimam castrorum partem conglobantur: hærent fugientes in angustiis portarum; pars magna aggerem vallumque conscendunt, si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua et evadere possent. Forte quodam loco male densatus agger⁶ pondere superstantium in fossam procubuit: atque ea quum deos pandere viam fugæ conclamassent, plures inermes, quam armati, evadunt. Hoc prælio fractæ iterum Etruscorum vires; et, pacto annuo stipendio et duum mensium frumento, permissum ab dictatore, ut de pace legatos mit-

4. Sed reliquerat intervalla, scilic. dictator (nisi leg. relicta erant), qua parte equi permitti possent in hostem, vel transmitti, ut XXIX, 2. Sic et mox emissus, scil. ex acie rom. et per illa intervalla (ut alibi e castris), atque immissus in hostem. Conf. ad II, 56, n. 1; IX, 27, n. 5; XXIV, 1, 15; XXVIII, 14; XXIX, 2, n. 1 et 2; XXXII, 18, n. 2; XXXII, 17; XXXIII, 36. — Pariter, uno codemque tempore. Ed. — Incompositisque, non paratis aptisque ad sustinendam equestrem procellam, impetum equitum romanorum, ut XXIX, 2; XXX, 18;

XXXV, 5; XXXVIII, 41. Cf. ad II, 1, n. 5. Similiter dicitur terror equester (ab equitatu incussus) VI, 12; XXVII, 42 (ut terror maritimus, adventu classis inquesus, XLI, 17); auxilium equestre, equites auxilium laturi vel ut auxilium ferant IV, 32; tumultus equester XXVII, 1; XXX, 18.

5. Universa requies a pugnæ labore; vide ad I, 38, n. 2.

6. Male densatus agger, negligenter aggestus, non satis compactus et stipatus; Doering. — Ea, vide ad III, 70, n. 2. — Eam Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Fragm. Haverk. et alii. En.

Galli, qui pecunia ingenti accepta recedunt quidem, sed societatem belli abnuunt, nisi pars agri detur. - XI; T. Manlius cos. in Etruria equo effusus moritur, et M. Valerius Maximus ei suffectus, vastandis agris urendisque tectis non ad certamen hostes elicere potest: caritas annonæ, quam O. Fabius Max. ædil. cur. sublevat præparando ac convehendo frumento: rebellio Samnitium, Lucanorum fines depopulantium. - XII; Fædus cum Lucanis fit, et feciales, sed frustra, mittuntur, qui Samnitem decedere agro sociorum jubeant: hostes a consulibus vincuntur, Etrusci a L. Cornelio Scipione ad Volaterras cruento in prælio, et Samnites a Cn. Fulvio ad Bovianum. - XIII; Fama exoritur, Etruscos Samnitesque ingentes conscribere exercitus, et hujus terroris causa Q. Fabius Maximus invitus quartum, eoque suffragante P. Decius Mus tertium consules creantur: multis nimium agri possidentibus dies ab ædilibus dicitur. - XIV; Etruria ad pacem petendam inclinante, ambo coss. in Samnium legiones ducunt, ubi Fabius hostem fortiter pugnantem ad Tifernum profligat. - XV; Decius fundit Apulos, et duo consulares exercitus in Samnio omnia evastant: Fabius, comitiorum causa Romam profectus, consulatum denuo sibi oblatum recusat, et L.Volumnius de plebe cum Ap. Claudio iterum fit consul. - XVI; Fabio et Decio in sex menses prorogatur imperium in Samnio: hostes inde pulsi Etruriam petunt, eamque mixtis terrore precibus ad bellum trahere conantur. - XVII: Interea in Samnio capiuntur diripiunturque Murgantia, Romulea et Ferentinum. - XVIII; Auctore Gellio Egnatio, duce Samnitium, huic populo se conjungunt non modo Tusci fere omnes, sed et Umbri Gallique mercede sollicitati: hinc Volumnius in Samnium proficiscitur, et Appius in Etruriam: is nec scite, nec fortunate quidquam gerit, et Volumnius cum suis copiis ad illum pergit accitus literis, quas tamen hic a se scriptas esse negat. — XIX; Altercatio consulum, quorum alter orator, alter imperator est melior: Volumnius jam abiturus retinetur precibus appiani exercitus: victoria Romanorum. - XX; Volumnius in Samnium redit, et in campano agro cædit Samnites præda onustos. - XXI; Romæ trepidationem mox perlæta excipit supplicatio, placetque ut duæ coloniæ circa vescinum falernumque agrum, ab Samnitibus depopulatum, præsidii loco deducantur, Minturnæ et Sinuessa: interim Etrusci, Samnites, Umbri Gallique arma conferunt in Etruria. - XXII; Q. Fabius Maximus consensu victus, consul

creatur cum P. Decio, quem iterum collegam poposcerat: et L. Volumnio in annum prorogatur imperium. - XXIII; Prodigia; supplicationes; pudicitia patricia et plebeia, earumque sacella et aræ: feneratores et pecuarii bonis mulctantur. - XXIV; Inter consules, qui duobus jam consulatibus censuraque concordes fuerant collegæ, contentio oritur de provinciis, patriciis tendentibus, ut Fabius Etruriam extra ordinem, vel sine sorte obtineat: quæ etiam provincia illi decernitur populi consensu. -XXV; Fabius, scriptis duntaxat quatuor millibus peditum et 600 equitibus, ad castra Appii prætoris proficiscitur; sed mox Romam redit ad consultandum de bello etrusco, cujus terrorem auxerat Ap. Claudius. - XXVI; Ibi petit, ut sibi adjutor detur Decius, isque non recusat societatem imperii: legio romana, ab Umbris, vel, quod probabilius est, Gallis circumventa, deletur. - XXVII; Atrox pugna consulum cum Samnitibus et Gallis in agro sentinati. - XXVIII; Romanis in lævo cornu fugientibus, Decius exemplo patris se devovet. — XXIX; Pugna cum Gallis in sinistro cornu restituitur; in dextro Samnites a Fabio vincuntur: Galli testudine facta soli resistunt, sed tandem circumventi ab tergo et ipsi cæduntur. - XXX; In Etruria Cn. Fulvius proprætor res ex sententia gerit : et Samnitibus novæ clades inferuntur tum a Pelignis in horum agro, tum a Volumnio ad Tifernum montem : triumphus Fabii, et præmia militum. -XXXI; Etrusci a Fabio, et Samnites in campo stellati ab Appio Volumnioque funduntur: pestilentia prodigiaque: Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas stupri damnatas pecunia mulctat: diuturnitas belli samnitici. - XXXII; Samnites castra M. Atilii Reguli cos. oppugnant. — XXXIII; Romani eos expellunt, sed persequi non ausi retro in soranum agrum eunt: L. Postumius Megellus consul collegæ se conjungit. -XXXIV; Postumius Milioniam et Ferentinum expugnat, aliisque desertis oppidis Samnii potitur. - XXXV; Atilij prælium anceps et varium ad Luceriam: postero die Samnites, castra rom. sine certamine præterire cupientes, præbent speciem recta tendentium ad ea oppugnanda: hinc nova pugna, ad quam conserendam neutris animus est. - XXXVI; Romani fugiunt primum, mox vincunt: nec ita multo post in agro interamnati cædunt alias Samnitium copias præda impeditas. - XXXVII; Postumius e Samnio transit in Etruriam eamque pervastat : idem auxi lio tribunorum pl. trium, sine auctoritate Patrum, triumphat.

- XXXVIII; Lege sacrata delectus habetur per omne Samnium; legio linteata sacramento adacta horrendo ritu, et aureis argenteisque armis ornata, aliusque exercitus, ei corporum specie et apparatu non dispar, ad Aquiloniam consident. -XXXIX; Consules Samnium depopulantur: Sp. Carvilius Amiternum vi capit, et obsidet Cominium: L. Papirius Cursor Duroniam expugnat pervenitque ad Aquiloniam, ubi hostes insignibus armis fulgentes ab eo, ut olim a patre ejus, occidione occiduntur. - XL; Acies utrimque instruitur, et pullarius, qui faustissimum auspicium, tripudium solistimum, mentitus erat, inter prima signa constitutus cadit primus, pilo temere emisso ictus: augurium corvi. - XLI; Prælium atrox: Sp. Nautius densiore pulvere procul excitato præbet speciem advenientis exercitus Carviliani: hostes jurati injuratique passim sternuntur, et pars in castra ad Aquiloniam posita, pars Bovianum perfugiunt: L. Volumnius castra capit, et L. Scipio penetrat in interiora urbis. - XLII; Nocte descritur ab hostibus oppidum, in quod et consul signa intulerat: non ferme alius dux lætior in acie visus, et ab eodem in illa non templum, sed pocillum mulsi votum Jovi Victori. - XLIII; Cominium a Carvilio captum: hostes in fuga interfecti.—XLIV; Consules conjunguat castra, et suos pro cujusque merito laudant donantque: inde ad oppida Samuii oppugnanda ducunt legiones. - XLV; Faliscorumque aliorumque Etruriæ populorum rebellio: Carvilius, Palumbino, Volana et Herculaneo captis, ex Samnio in Etruriam transit: Papirius Sæpinum expugnat. - XLVI; Idem triumphat et eximiis hostium spoliis exornat ædem Quirini, forum et finitimas quoque colomas: Carvilius in Etruria Troilium et quinque castella vi capit, annuasque inducias dat Faliscis pacem petentibus; triumphus ejus: ædes Fortis Fortunæ de manubiis facta: prædæ pars data militibus: accusatio L. Postumii haud peracta. - XLVII; Lustrum XIX conditur: Romani primum coronati, ob res bello bene gestas, ludos spectant, et victoribus dant palmas: pecuarii aliquot damnantur: pestilentia Urbem agrosque urit, et in libris Sibyllinis invenitur, Æsculapii signum ab Epidauro Romam arcessendum.

I. L. Genucio, Ser. Cornelio consulibus, ab externis ferme bellis otium fuit. Soram atque Albam 1 coloniæ deductæ: Albam in Æquos sex millia colonorum scripta. Sora agri volsci fuerat; sed possederant Samnites: eo quatuor millia hominum missa. Eodem anno Arpinatibus Trebulanisque 2 civitas data: Frusinates tertia parte agri damnati, quod Hernicos ab eis sollicitatos compertum: capitaque conjurationis 3 ejus, quæstione ab consulibus ex senatusconsulto habita, virgis cæsi ac securi percussi. Tamen, ne prorsus imbellem agerent annum, parva expeditio in Umbria facta est; quod nuntiabatur, ex spelunca quadam excursiones armatorum in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: et ex eo loco obscuro multa vulnera accepta, maximeque lapidum ictu; donec, altero specus ejus ore (nam pervius erat) invento, utræque fauces congestis lignis accensæ: ita intus fumo ac vapore ad duo millia armatorum, ruentia novissime in ipsas flammas, dum evadere tendunt 4, absumpta. Marcis Livio Dentre et Æmilio consulibus, redintegratum

CAP. I. 1. Soram atque Albam coloniæ deductæ; confer Vellei. I, 14.
Sed nova colonia nunc Soram deducta;
vide IX, 23 pr. Sic et Carseolos cap.
3 et 13 pr. Confer Vellei. loco laudato.
Alba h. l. non est A. Longa nec A.
Pompeia; sed Alba Fucentia, seu Fucentis in Marsis et septemer. latere
Fucini lacus esta: unde Albansis ager
XXVI, 11. Confer ad Sil. VIII, 507.

2. Arpinatibus Trebulanisque civitas data sine suffragio: quod de illis diserte traditur XXXVIII, 36. Arpinum Latii opp. (h. Arpino) Ciceronis et Marii patria. — Trebula Sabinorum duplex, h. l. mon T. Suffena, seu Suffenatis, sed T. Mutusca. Conf. Heyn. ad Virg. Æn. VII, 711; in Exc. 8; et Hard. ad Plin. III, 12, seu 17. De Trebula Campaniæ vide ad XXIII, 14, n. 10. — Frusino Volscorum opp. ad Cosam flum. cis Lirim, h. Frosinione, seu Frussilone. Conf. ad Sil. VIII, 398, et Juvenal. III, 223. — In Umbria. Hearnii oxoniensis B et Portug. a manu secund. in Umbriam; quod tanquam usitatius probandum foret, ai graviores testes hanc lect. firmarent. Ep.

3. Capitaque conjurationis...virgis cæsi, etc.; vid. ad XXVII, 16, n. 2.

— Cæsa ac securi percussa Lovel. 4; minus eleganter. Ed.

4. Dum evadero cas, seu iis tendunt; confer ad IV, 7, n. 6.

æquicum bellum. Coloniam⁵, ægre patientes velut arcem suis finibus impositam, summa vi expugnare adorti, ab ipsis colonis pelluntur. Cæterum tantum Romæ terrorem fecere, quia vix credibile erat, tam affectis rebus ⁶ solos per se Æquos ad bellum coortos, ut tumultus ejus causa dictator diceretur C. Junius Bubucus. Is, cum M. Titinio magistro equitum profectus, primo congressu Æquos subegit, ac, die octavo triumphans in Urbem quum redisset, ædem Salutis ⁷, quam consul voverat, censor locaverat, dictator dedicavit.

II. Eodem anno classis Græcorum, Cleonymo duce lacedæmonio¹, ad Italiæ litora appulsa, Thurias² urbem in Sallentinis cepit. Adversus hunc hostem consul Æmilius missus prælio uno fugatum compulit in naves: Thuriæ redditæ veteri cultori: sallentinoque agro pax parta. Junium Bubulcum dictatorem missum in Sallentinos, in quibusdam annalibus invenio: et Cleonymum prius, quam confligendum esset cum Romanis, Italia excessisse. Circumvectus inde Brundisii promontorium, medioque sinu hadriatico ventis latus, quum læva importuosa Italiæ litora, dextra Illyrii Liburnique et Istri, gentes feræ, et magna ex parte latrociniis maritimis infames, terrerent, penitus ad litora

^{5.} Coloniam Albam ægre patientes, scilicet Æqui, etc.

Affectis rebus; vide ad V, 10, n.
 — Tumultus; vide ad II, 26, n. 1.
 Ædem Salutis...locaverat; conf.
 ad IX, 43 extr.

CAF. II. 1. Cleonymo duce laced., Cleomenis regis filio, Arei regis patruo, a Tarentinis, adversus Lucanos et Romanos arcessito, qui Tarentum diripnit, et Thurias aliasque Italiæ urbes cepit: cujus vero naves mox a Venetis et Patavinis incensæ sunt. Confer Diodor. XX, 104 sqq. et Strab.

VI, pag. 280. — De eodem in Prologo lib. XV Trogi Pompeii legitur: «Cleonymi deinde Spartani res gestæ Corcyræ, et in Illyrico, et in Italia.» Athenæus lib. XIII, cap. 8, obsides puellos a Metapontinis eum exegisæ auctor est. Ep.

^{2.} Thurias urbem in Sallentinis (Calabriæ populo, de quo nominisque scriptura vid. ad Sil. VIII, 573), unde hæc urbs videtur esse alia, quam que in Bruttiis, aut in Lucania ad sinum tarentinum, inter duos fluvios, Crathin et Sybarin, sita, et Thuriæ, vel Thurii,

Venetorum pervenit. Ibi expositis paucis, qui loca explorarent, quum audisset, tenue prætentum³ litus esse, quod transgressis stagna ab tergo sint, irrigua æstibus maritimis; agros haud procul proximos campestres cerni; ulteriora colles; inde esse ostium fluminis præalti, quo circumagi naves in stationem tutam vidisse (Meduacus 4 amnis erat): eo invectam classem subire flumine adverso jussit. Gravissimas navium non pertulit alveus fluminis: in leviora navigia transgressa multitudo armatorum ad frequentes agros, tribus maritimis Patavinorum vicis colentibus eam oram, pervenit. Ibi egressi, levi præsidio navibus relicto, vicos expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque prædas agunt, et dulcedine prædandi longius usque a navibus procedunt. Hæc ubi Patavium sunt nuntiata (semper autem eos⁵ in armis accolæ Galli habebant), in duas partes juventutem dividunt. Altera in regio-

Thurium, Thyriæ, Thyræi, primum vere Sybaris dicta est; vide Strab.VI, pag. 263, 264, 282; Diodor. XII, 9, 10. Incolæ ejus vocabantur Thurii, seu Thuriatæ, sed XXV, 1, 15, et apud Plin. XXXIV, 6, seu 15, Thurini: nisi hoc z tatum est, et XXV, 15, legendum Thurii; XXV, 1 autem, uti Bruttiis, vicino populo, assignantur, Terinæi, sic dicti a Terina Bruttiorum oppido (confer ad VIII, 24, n. 4), inter Temesam Consentiamque, ab Hannibale diruto (v. Strab.VI, 1, 5, p. 256), hod. forsan Amantea aut Nocera, ad sinum terinæum, qui nunc Golfo di S. Eufemia vocatur: de qua Terina confer Heyn. Opusc. Acad. t. II, p. 202, 203.

3. Tenue prætentum litus esse, parvum litus ante hæc loca quasi extentum esse, ut fere XXII, 20 pr. aciem toto prætentam in litore, ante et per illud explicatam. Conf. Burm. ad Val. Flac. V, 167, ubi monet, prætendi ea dici, quæ objaceant, tanquam munimenta et sepes; propr. qui in castris ante alios, vel primo loco tendant, deinde loca, quæ jaceant ante alias regiones, vel emineant, et quasi tegant sequentes. Cf. ad XLIV, 9, n. 7. — Agros campestres, ut XL, 38, h. e. regionem, campos habentem herbidos et fertiles; Ern. Cf. ad XXXVI, 10, n. 3. — Ulteriora colles, sc. esse, seu cerni. — Vidisse, sc. exploratores.

4. Meduacus amnis erat, vel Meduacus, duplex, major (hod. Brenta) et minor (hod. Bachiglione), uterque ex Tridentinis Alpibus in Venetos defluens. Conf. Strab. V, 1, 7, p. 213, et Plin. III, 16, seu 20. Conf. not. 12.

5. Semper autem eos, sc. Patavinos (vide ad III, 47, n. 1), in armis accolæ Galli habebant, tenebant: propter

nem, qua effusa populatio 6 nuntiabatur; altera, ne cui prædonum obvia fieret, altero itinere ad stationem navium 7 (millia autem quatuordecim 8 ab oppido aberat) ducta. In naves parvas, custodibus interemptis, impetus factus; territique nautæ coguntur naves in alteram ripam amnis transjicere. Et in terra prosperum æque in palatos prædatores prælium fuerat; refugientibusque ad stationem Græcis Veneti obsistunt. Ita in medio circumventi hostes cæsique: pars 9 capti classem indicant regemque Cleonymum tria millia abesse: inde, captivis proximo vico in custodiam datis, pars fluviatiles naves, ad superanda vada " stagnorum apte planis alveis fabricatas, pars captiva navigia armatis complent. Profectique ad classem, immobiles naves et loca ignota plus, quam hostem, timentes circumvadunt: fugientesque in aitum acrius, quam repugnantes, usque ad ostium amnis persequuti, captis quibusdam incensisque navibus hostium, quas trepidatio in vada intulerat, victores revertuntur. Cleonymus, vix quinta parte navium incolumi, nulla regione maris Hadriatici prospere adita, discessit. Rostra navium spoliaque 11 Laconum, in æde Junonis veteri fixa, multi supersunt, qui viderunt. Patavii mo-

frequentes finitimorum Gallorum incursiones semper arma tractare cogebantur.

- 6. Effusa populatio; confer ad I, 14, n. 7. Mox pro altero itinere cum Gronovio leg. alio itinere, vel potius cum Burm. avio itinere, ut avius saltus IX, 31; XXV, 32; et devius saltus X, 24; XLI, 19; et avia Oceani et saltusm apud Tacit. Ann. II, 15, 68. Cf. inf. ad XXII, 7, n. 1.
- 7. Ad stationem, seil. navium, ut XXXI, 17 et 23.
 - 8. Millia autem quatuordecim, ut

- mex tria millia; vide ad IX., 24, 2.2.
 9. Pars capti, ut mox pars complent. Conf. ad I, 4r, 2. r.
- 10. Naves ad superanda vada (Untiefen) planis alveis fabricatas, que etiem flumina minime: alta. transire possunt, flache Bite; Str. — Ostium amnis, Meduaci.
- 11. Rostra navium spoliaque laconum in æde Junonis veteri fixa; cf. 1V, 20, 32; XXII, 57; XXIII, 14; XV, 674; ad IV, 20, n. 1; et ad Sil. I, 617 sq. Mox forte leg. Patavii in monimentum (memorium) navalis pu-

nimentum navalis pugnæ eo die, quo pugnatum est, quotannis solenni certamine navium in flumine 12 oppidi medio exercetur.

III. Eodem anno Romæ cum Vestinis, petentibus amicitiam, ictum est fœdus. Multiplex deinde exortus terror: Etruriam rebellare, ab Arretinorum seditionibus motu orto, nuntiabatur; ubi Cilnium genus præpotens , divitiarum invidia, pelli armis cæptum; simul Marsos agrum vi tueri, in quem colonia Carseoli deducta erat, quatuor millibus hominum scriptis. Itaque propter eos tumultus dictus M. Valerius Maximus dictator, magistrum equitum sibi legit M. Æmilium Paulum. Id magis credo, quam Q. Fabium ea ætate atque eis honoribus Valerio subjectum: cæterum ex Maximi cognomine ortum errorem haud

gnæ...quotannis solenne certamen navium...exercetur: nisi hæc sententia doctius expressa est. — Malebat Crev. solenne certamen, ut monimentum intelligatur per appositionem dictum; nam nec rectæ dicitur monimentum exerceri; et quemadmodum hoc loco vult, sic supra Livius I, 13, monumentum ejus pugnæ...Curtium lacum appellarunt. Quum vero taceant codices, vulgatum servare tutius esse credidimus. Ep.

12. In flumine oppidi medio, in Meduaco minori (conf. not. 4), in cujus sinistra ripa situm Patavium, Livii patria, qui in popularium gratiam læc copiose narrasse videtur.

CAP. III. 1. Ubi (Arretii) Cilnium genus præpotens, vide ad Sil.VII, 29, et Tacit. Annal.VI, 11, n. 4. Livium Mæcenati hoe loc. gratificari voluisse, suspicantur viri docti. — Invidia, cf. ad IV, 19, n. 6.

2. Marsos agrum vi tueri, non cedere colonis romanis.

3. Colonia Carseoli deducta, conf. ad c. 1, n. 1, et IX, 28, n. 2. — Cur hoc ipso libro, c. 13, scribat Livius Carseolos iterum deductam fuisse coloniam, et quidem in agrum Æquicolorum, secundum Cluver. Ital. Ant. lib. II, c. ult., hæc est ratio, quod alios aliis locis scriptores noster secutus sit, qui et tempus coloniæ deductæ, et gentem, in quam deducta est, variaverunt. Id autem etiam alibi a Livio commissum esse, infra videbimus ad lib. XLII, cap. 47. Ed.

4. Propter eos tumultus, etc. vide ad II, 26, n. 1.

5. Q. Fabium ea ætate.....Valerio subjectum (vide II, 29, n. 6), quod alios annalium scriptores tradidisse, ex h. l. conficitur; Strothius. — Ex Maximi cognomine communi Valerii et Fabii ortum errorem: sed qua ratione? Id ita factum putat Strothius, ut in quibusdam vetustioribus annalibus aut omissum, aut vetustate deletum fuerit nomen magistri equitum

abnuerim. Profectus dictator cum exercitu prælio une Marsos fundit: compulsis deinde in urbes munitas, Milioniam⁶, Plestinam, Fresiliam, intra dies paucos cepit: et parte agri mulctatis Marsis fœdus restituit. Tum in Etruscos versum bellum; et, quum dictator auspiciorum repetendorum⁷ causa profectus Romam esset, magister equitum, pabulatum egressus, ex insidiis circumvenitur; signisque aliquot amissis, fœda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Qui terror non eo tantum a Fabio abhorret⁸, quod si qua alia arte cognomen suum æquavit⁹, tum maxime bellicis laudibus; sed etiam, quod, memor Papirianæ sævitiæ ¹⁰, nunquam, ut dictatoris injussu dimicaret, adduci potuisset.

IV. Nuntiata ea clades Romam majorem, quam res erat, terrorem excivit: nam, ut exercitu deleto, ita justitium indictum; custodiæ in portis, vigiliæ vicatim exactæ; arma, tela in muros congesta. Omnibus junioribus sacramento adactis, dictator, ad exercitum missus, omnia spe tranquilliora et composita magistri

ita ut primum lectum sit dictator M. Valerius Maximus magister equitum... deinde dictat. M. Valerius; Maximus magister equit. postremo dict. M. Valerius, Q. Fabius Max. mag. equitum. Conf. cap. 9, n. 9. A Livio duorum annorum res gestas in unum collatas, aliumque annum, per dictatores exactum, ex Fast. capit. interponendum esse, probabile fecerunt Pigh. in Ann. ad ann. 452, 457, p. 381, 390, et al.

6. Milioniam et Plestinam Marsorum; at IX, 21, 22, Plistia (vel Plistica, ut in quibusdam manuscriptis, et Πλιστική ap. Diodor. IX), et X, 34, Milionia, vel, ut in vet. lib. legi monet probatque Sigonius, Milonia, Samnitium oppida (Μιλωνία πόλις

Σαμνιτῶν Steph. Byz.): nisi eaden sunt, et modo ab hac, modo ab illa gente capta et possessa.

7. Auspiciorum repetendorum causa, vide ad V, 17, n. 4.

- 8. Terror non eo tantum a Fabio abhorret; cf. I, 11, n. 6. Error, pro terror ad marginem ed. Curionis; vulgatum vero servandum; non enim errori sed terrori adscribendum est, quod fæda militum cæde ac fuga in castra est compulsus. Ep.
- Cognomen suum æquavit, ei respondit; id fuit, quod cognomine suo dicebatur, scil. maximus; Stroth.
- 10. Papir. sævitiæ, v.VIII, 32 sq. CAP. IV. 1. Justitium indictum, v. ad III, 3, n. 2. Ficatim, per vicos

equitum cura, castra in tutiorem locum redacta, cohortes, quæ signa amiserant, extra vallum sine tentoriis destitutas invenit; exercitum avidum pugnæ, quo maturius ignominia aboleretur. Itaque confestim castra inde in agrum rufellanum promovit: eo et hostes sequuti: et quanquam ex bene gesta re summam et in aperto certamine virium spem habebant, tamen insidiis quoque, quas feliciter experti erant, hostem tentant. Tecta semiruta vici per vastationem agrorum deusti³, haud procul castris Romanorum aberant: ibi abditis armatis, pecus in conspectu præsidii romani, cui præerat Cn. Fulvius legatus, propulsum. Ad quam illecebram quum moveretur nemo ab romana statione. pastorum unus, progressus sub ipsas munitiones, inclamat alios, cunctanter ab ruinis vici pecus propellentes, quid cessarent, quum per media castra romana tuto agere possent? Hæc quum legato Cærites quidam interpretarentur, et per omnes manipulos militum indignatio ingens esset, nec tamen injussu movere 4 auderent, jubet peritos linguæ attendere animum, pastorum sermo agresti, an urbano, propior esset. Quum referrent, sonum linguæ et corporum habitum et nitorem cultiora, quam pastoralia, esse; «ite igitur, di-« cite, inquit, detegant nequidquam conditas insidias:

Urbis, ut XXXII, 26. De alia vi vocis vide ad V, 5, n. 2.

^{2.} Extra vallum sine tentoriis destitutas, vide ad II, 12, n. 4; III, 29, n. 1; XXV, 6, n. 10, et de hac pœna ignominiaque ad Tacit. Annal. III, 36, n. 3.— Eo et hostes secuti; et quanquam; particulam et insertam a Sigonio ignorant plerique codd. et edd. etiam aldina priores. Nec sane illa quidquam opus est, si scribas: eo et hostes sequuti, quanquam, etc. En.

^{3.} Vici per vastationem agrorum deusti, vide ad II, 18, n. 1.

^{4.} Nec tamen injussu movere (scil. se, quod multi addunt libri) auderent, conf. ad II, 3, n. 2. — Optimi codd. et antiquæ edd. τὸ se ignorant; quorum auctoritate etiam expunximus. Sæpius enim Livius verbum movere sine casu usurpavit; V, 25, quod ex ea tantum præda, quæ rerum moventium fit, decima designetur; XXI, 32, triduo fere quam Hannibal ab ripa Rhodani mo-

« omnia scire Romanum; nec magis jam dolo capi, « quam armis vinci, posse. » Hæc ubi audita sunt, et ad eos, qui consederant in insidiis, perlata, consurrectum repente ex latebris est, et in patentem ad conspectum undique campum prolata signa. Visa legato major acies, quam quæ ab suo præsidio sustineri posset: itaque propere ad dictatorem auxilia accitum mittit: interea ipse impetus hostium sustinet.

V. Nuntio allato, dictator signa ferri, ac sequi armatos jubet: sed celeriora prope omnia imperio erant; rapta extemplo signa armaque; et vix ab impetu et cursu tenebantur. Quum ira ab accepta nuper i clade stimulabat, tum concitatior accidens clamor ab increscente certamine; urgent itaque alii alios, hortanturque signiferos, ut ocius eant. Quo magis festinantes videt dictator, eo impensius retentat agmen, ac sensim incedere jubet: Etrusci contra, principio exciti pugnæ, omnibus copiis aderant. Et super alios² alii nuntiant dictatori, omnes legiones Etruscorum capessisse pugnam; nec jam ab suis resisti posse: et ipse cernit ex superiore loco, in quanto discrimine præsidium esset. Cæterum³ satis fretus, esse etiam nunc tolerando certamini legatum, nec se procul abesse periculi vindicem, quam maxime vult fatigari hostem, ut integris adoriatur viribus fessos. Quanquam lente

vit; XXII, 1, jam ver appetebat, quum ex hibernis movit; ibid. 43, movere inde statuit in calidiora loca; XXIII, 1, confestim ex Apulia in Samnium moverat; XXV, 26, priusquam ex Lucanis moveret; ibid. 38, concubia nocte movere, et alibi. Suet. Calig. 13, itaque ut a Miseno movit, etc. Cf. etiam Grævium ad Ciceron. Epist. ad Attic.V, 12; et viros doctos ad Quint. Curt. lib.VIII, cap. 13. Ep.

CAP. V. 1. Ira ab accepta nuper clade; conf. ad I, 1, n. 5.

^{2.} Super alios alii, sc. Romani, a Fulvio missi.

^{3.} Cæterum (pro sed sæpius a nostro, nec ineleganter esse positum vidimus ad lihrum IX, cap. 21, n. 1) satis fretus, confidens, esse etiam nunc tolerando certamini legatum, vide ad II, 9, n. 5. Verbum fretus raro jungitur infinitivo.

procedunt, jam tamen ad impetum capiendum, equiti utique, modicum erat spatium. Prima incedebant signa legionum, ne quid occultum, aut repentinum hostis timeret: sed reliquerat4 intervalla inter ordines peditum, qua satis laxo spatio equi permitti possent: pariter sustulit clamorem acies; et emissus eques libero cursu in hostem invehitur, incompositisque adversus equestrem procellam subitum pavorem offundit. Itaque, ut prope serum auxilium jam pæne circumventis, ita universa requies 5 data est: integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fuit. Fusi hostes castra repetunt, inferentibusque jam signa Romanis cedunt, et in ultimam castrorum partem conglobantur: hærent fugientes in angustiis portarum; pars magna aggerem vallumque conscendunt, si aut ex superiore loco tueri se, aut superare aliqua et evadere possent. Forte quodam loco male densatus agger⁶ pondere superstantium in fossam procubuit: atque ea quum deos pandere viam fugæ conclamassent, plures inermes, quam armati, evadunt. Hoc prælio fractæ iterum Etruscorum vires; et, pacto annuo stipendio et duum mensium frumento, permissum ab dictatore, ut de pace legatos mit-

4. Sed reliquerat intervalla, scilic. dictator (nisi leg. relicta erant), qua parte equi permitti possent in hostem, vel transmitti, ut XXIX, 2. Sic et mox emissus, scil. ex acie rom. et per illa intervalla (ut alibi e castris), atque immissus in hostem. Conf. ad II, 56, n. 1; IX, 27, n. 5; XXIV, 1, 15; XXVIII, 14; XXIX, 2, n. 1 et 2; XXX, 18, n. 2; XXXII, 17; XXXIII, 36. — Pariter, uno eodemque tempore. Ed. — Incompositisque, non paratis aptisque ad sustinendam equestrem procellam, impetum equitum romanorum, ut XXIX, 2; XXX, 18;

XXXV, 5; XXXVIII, 41. Cf. ad H, 1, n. 5. Similiter dicitur terror equester (ab equitatu incussus) VI, 12; XXVII, 42 (ut terror maritimus, adventu clasais inquesus, XII, 17); auxilium equestre, equites auxilium laturi vel ut auxilium ferant IV, 32; tumultus equester XXVII, 1; XXX, 18.

5. Universa requies a pugnæ labore; vide ad I, 38, n. 2.

6. Male densatus agger, negligenter aggestus, non satis compactus et stipatus; Doering. — Ea, vide ad III, 70, n. 2. — Eam Leid. 2. Lovel. 1. Gaertn. Fragm. Haverk. et alii. En.

terent Romam. Pax negata: induciæ biennii datæ: dictator triumphans in Urbem rediit. Habeo auctores, sine ullo memorabili prælio pacatam ab dictatore Etruriam esse, seditionibus tantum Arretinorum compositis, et Cilnio genere cum plebe in gratiam reducto. Consul ex dictatura factus M. Valerius: non petentem, atque adeo etiam absentem, creatum credidere quidam; et per interregem ea comitia facta 8: id unum non ambigitur, consulatum cum Appuleio Pansa gessisse.

VI. M. Valerio et Q. Appuleio consulibus, satis pacatæ foris res fuere. Etruscum adversa belli res¹ et induciæ quietum tenebant: Samnitem, multorum annorum cladibus domitum, haud dum fæderis novi pænitebat². Romæ quoque plebem quietam et exoneratam deducta in colonias multitudo præstabat. Tamen, ne undique tranquillæ res essent, certamen injectum inter primores civitatis, patricios plebeiosque, ab tribunis plebis Q. et Cn. Ogulniis. Qui, undique criminandorum Patrum apud plebem occasionibus quæsitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt³, qua non infimam plebem ac-

7. Atque adeo etiam absentem creatum (vide ad IV, 42, n. 1) credidere quidam, forte tradidere: nam Livius, quum aliquid varie proditum adnotat, non solet uti verbo credere; Duk. — Et eo ducit unus e nostris libris, in quo legitur tra credidere. Nimirum librarius dum dubitat utrum apponere deberet, utriusque verbi primam syllabam expressit, ut eligeret peritus lector. Ed.

8. Comitia facta, ut I, 35; V, I, 14; apud Cicer. Verr. I, 6, et comitia perfecta infr. XXII, 34; XXV, 41; XXX, 39; Duk. et Drak.

CAP. VI. 1. Adversa belli res, al. adversa; sed plerique libri adversa, et

forte delenda vox res, non jucunde repetita; Gronovius.

2. Haud dum foederis novi panite-bat, conf. ad II, 54, n. 16.— Exoneratam, levatam onere eorum, qui in colonias deducti erant; Doer. Cf. XXIV, 29 pr. Plerumque exonerari aliqua re dicimur.— Exhonoratam Voss. 2 et Lov. 3; male.— Injectum certamen; sic infr. ad XXI, 54, injecto deinde certamine cedendo sensim citra flumen pertrahere; XXXIV, 4, vultis hoc certamen uxoribus vestris injicere? Eodem modo contentionem, rixam injicere. ED.

3. Eam actionem susceperunt; vide ad II, 56, n. 4.

cenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebeios; quorum honoribus nihil, præter sacerdotia, quæ nondum promiscua erant, deesset. Rogationem ergo promulgarunt, ut, quum quatuor augures, quatuor pontifices 4 ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, quatuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, allegerentur. Quemadmodum ad quatuor augurum numerum, nisi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non invenio; quum inter augures constet, imparem numerum debere esse⁵, ut tres antiquæ tribus⁶, Ramnes, Titienses, Luceres, suum quæque augurem habeant; aut, si pluribus sit opus, pari inter se numero sacerdotes multiplicent: sicut multiplicati sunt, quum ad quatuor quinque adjecti novem numerum, ut terni in singulas 7 essent, expleverunt. Cæterum, quia de

4. Quatuor pontifices, etc.; cf. ad I, 20, n. 8. — Nisi morte duorum: que conjectura si vera est, antea sex augures iique patricii fuere, et ita sui oblitus est Livius, in oratione Decii cap. 8 pr. innuens, neminem patricium de loco pulsum, aut ullam huic ordini injuriam factam; nisi forte diere voluit, nullum patricium coactum faisse, ut sacerdotio, quod obtinebat, se abdicaret, idque plebeio concederet; Drak. Sed vide ad cap. 8, 22.

5. Imparem numerum debere esse augurum. Livius non solum eum intelligere videtur numerum, qui per se est impar, sed etiam eum, qui sit, quum impar numerus per alium multiplicatur, ita ut non solum tres dicatur impar numerus, sed etiam bis tres, quater tres et sic porro; sententia enim ex seq. plana fit: quatuor augures nunquam esse potuisse, sed pro numero antiquarum tribuum, vel tres, vel bis tres, i. e. sex esse debuisse;

Stroth. Nota Drak. est hæc: « Docet Livius, vel augurum imparem numerum esse, vel pari inter se numero sacerdotes multiplicari debuisse. Jam autem impari numero fuerunt, quum tantum tres essent, et quæque tribus antiqua suum augurero haberet; at pari inter se numero multiplicati, quum pro tribus sex fierent : nunc vero iterum pari inter se numero multiplicantur, quum pro sex, novem constituantur. Nam ex V plebeiis allectis duo in locum demortuorum, ex sententia Livii, sufficiuntur, tres veteribus multiplicandis adjiciuntur. Impar itaque fuit numerus augurum, quum tres essent, sed pari inter se numero multiplicati sunt, quum tot a Ramnibus, quot a Titiensibus et Luceribus augures adjicerentur. »

- 6. Tribus Ramnes, Titienses, Luceres; vide ad I, 13, n. 8.
- 7. Terni in singulas, scil. tribus.—
 Juxta; vide ad V, 6, n. 3.

plebe allegebantur, juxta eam rem ægre passi Patres, quam quum consulatum vulgari viderent. Simulabant, ad deos id magis, quam ad se, pertinere: ipsos visuros, ne sacra sua polluantur: id se optare tantum, ne qua in rempublicam clades veniat. Minus autem tetendere, assueti jam tali genere certaminum vinci. Et cernebant, adversarios onon id, quod olim vix speraverint, affectantes magnos honores, sed omnia jam, in quorum spem dubiam erat certatum, tamen adeptos, multiplices consulatus, censurasque, et triumphos.

VII. Certatum tamen suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem. Qui quum eadem ferme de jure Patrum ac plebis, quæ pro lege Licinia quondam contraque eam dicta erant, quum plebeiis consulatus rogabatur, disseruissent; retulisse dicitur Decius parentis sui speciem qualem eum multi, qui in concione erant, viderant, incinctum gabino cultu 3, super telum stantem, quo se habitu pro populo ac legionibus romanis de-

^{8.} Consulatum vulgari; vide ad II, 29, n. 5.

^{6.} Minus autem tetendere; vide ad IV, 8, n. 6. — Tendere. Lovel. 2 et 4. Fragm. Haverk. deinde in tali genere Gaertn. Ita infra lib. XXV, 5, senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit; XXVII, 53, in certamine autem amicitiæ vestræ minime æquo animo vinci possum. At reliqui codices præpositionem ignorant, et sic sæpe loquitur noster, v. g. XXXIII, 47, nec satis habere, bello vicisse Hannibalem; XXXVII, 54, nisi quod longius a vobis absumens, nulla vincimur alia re. Similiter prælia vinci. Eb.

^{10.} Adversarios non solum id...sed etiam (vide I, 40, n.1) omnia jam,

in quorum spem quamvis dubiam erat certatum, tamen adeptos. Confer ad VII, 30, n. 6. Doer. tandem conj. pro tamen, quia hoc initio cap. sequentis repetitur.

CAP, VII. 1. Pro lege Licinia, etc.; conf.VI, 35 sq.VII, 21 sq.

^{2.} Retulisse dicitur Decius parentis sui speciem, eamdem sumpaisse, sibi induisse.

^{3.} Incinctum gabino cultu, etc.; v. ad V, 46, n. 2, et VIII, 9. — Incinctus pro cinctus etiam est apud Ovid. Heroid. epist. IV, v. 87: « Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ.» Vide N. Heins. ad Fast. II, 633, et Metam. III, 162. Ita infrenatus pro frenatus occurrit inf. XXXVII, 20. Ed.

vovisset. «Tum P. Decium consulem purum piumque « diis immortalibus visum, æque ac si T. Manlius col-« lega ejus devoveretur. Eumdem P. Decium⁵, qui sa-« cra publica populi romani faceret, legi rite non po-« tuisse? Id esse periculum⁶, ne suas preces minus « audirent dii, quam Ap. Claudii? Castius eum sacra a privata facere, et religiosius deos colere, quam se? « Quem pœnitere votorum 7, quæ pro republica nun-« cupaverint tot consules plebeii, tot dictatores, aut « ad exercitus euntes, aut inter ipsa bella? Numera-« rentur duces eorum annorum 8, quibus plebeiorum « ductu et auspicio res geri cœptæ sunt : numeraren-« tur triumphi. Jam ne nobilitatis quidem suæ ple-« beios pænitere: pro certo habere, si quod repens « bellum oriatur, non plus spei fore senatui populo-« que romano in patriciis, quam in plebeiis ducibus. « Quod quum ita se habeat, cui deorum hominumve « indignum videri potest, inquit, eos viros, quos vos « sellis curulibus, toga prætexta⁹, tunica palmata et « toga picta, et corona triumphali laureaque honora-

- 4. T. Manlius patricius, non, ut Decius, plebeius.
- 5. Eumdem P. Decium eum, qui sacra publica pop. rom. faceret, h. e. pontificem, aut augurem, legi rite, etc.

6. Id esse periculum, etc.; confer ad IX, 17, n. 9.

7. Quem pænitere votorum, ut mox nobilitatis suæ plebeios pænitere; vide ad II, 54, n. 16. — Nuncupare vota esse id. qd. promittere, ex Festo docet Drakenborchius. — « Vota nuncupata dicuntur quæ consules, prætores, quum in provinciam proficiscuntur, faciunt; ea in tabulas præsentibus multis referuntur. At Santra, lib. II, de Verborum antiquit. satis multis nuncupata colligit non de recto nominata

significare, sed *promissa*, et quasi testificata, circumscripta receptaque: quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius. » En.

8. Numerarentur duces eorum annorum, quibus plebeiorum ductu et auspicio res geri cæptæ sunt, hoc est, quibus plebeii cæperunt duces esse; vide ad V, 46, n. 10; sint conj. Duk.

9. Sellis curulibus et toga prætexta, insignibus consulum, ut tunica palmata, toga acu picta, corona triumphalis laureaque triumphantium, qui hinc aurati purpuratique dicuntur, XLV, 39 pr. Conf. ad XXX, 15, n. 5; ad Juvenal. X, 36 sq. Tac. Ann. I, 15, n. 4. Toga palmata dicebatur, quam merebantur ii, qui reportabant

« ritis, quorum domos spoliis hostium affixis 10 insi« gnes inter alias feceritis, pontificalia atque auguralia
« insignia adjicere? qui, Jovis optimi maximi ornatu
« decoratus, curru aurato per Urbem vectus in Capito« lium ascenderit, si conspiciatur cum capide ac 11 lituo,
« capite velato victimam cædat, auguriumve ex arce
« capiat 12? Cujus imaginis titulo 13 consulatus censu« raque et triumphus æquo animo legetur; si augu-

de hostibus palmas : ipsa vocabatur et toga picta, eo quod victorias cum palmis intextas habebat, Isid. Or. XIX, 24. Picta toga purpurea antea vocitata est, eaque erat sine pictura : tunica palmata a latitudine clavorum dicebatur, quæ nunc a genere pictura appellatur; Fest. At Salmas. ad Flav. Vopisc. c. 20. « Picta, inquit, vestis multum distat a clavata: picta semper alicujus rei, seu animalis figuram acu factam atque aureis, aut variis filis intextam et expressam exhibebat : clavi vero aurei, aut purpurei particulæ erant ex auro, vel purpura, nunc rotundæ, nunc quadratæ, quæ tanquam emblemata quædam vestibus inserebantur atque insuebantur, quæque etiam a veste poterant separari et in aliam transferri. » Cæterum tunica palmata a Capitolio et a Jove quasi mutuo sumi solebat: unde mox Jovis Optimi Max. ornatus dicitur, et apud Juven. X, 38, tunica Jovis. — Corona triumphali: quam antiquitus e lauro fuisse, postea ex auro fieri cœptam scribit Gellius, lib.V, cap. 6; Dionys. Halicarn. lib. III ad tempora usque Tarquinii prisci refert originem coronarum aurearum a regibus primum, deinde a triumphantibus gestatarum. ED.

10. Domos spoliis hostium affixis insignes, ut sub aspectum prætereuntium caderent spolia: quæ neque ædibus abalienatis refigi, aut tolli ab emptoribus, neque collapsa refici licebat. Confer XXIII, 23, n. 7; XXXVIII, 43, n. 7; ad Sil.VI, 434 sq. 446; X, 600; Intpp. Plin. XXXV, 2; Tibull. I, 1, 54; Propert. III, 7, seu 9, 26; Lips. Mil. rom. V, 17. — Pontificalia atque auguralia insignia, capidem et lituum, adjicere, scil. sibi, vel potius honoris insignibus modo memoratis. - Jovis optimi maximi ornatu; corona aurea, sceptro regio, quibus triumphantes, Jovis ipsius instar, decorabantur. Quin etiam faciem triumphantibus minio illini olim solitam, quemadmodum Jovi et quibusdam aliis diis, Plinius memorat lib. XXXIII, cap. 7. ED.

11. Cum capide ac lituo: de hoc conf. I, 8. Capis, seu capedo et capeduncula vasculum, quo utebantur in sacris. Capis poculi genus a capiendo dictum; Fest. Capis vas pontificale, lituus augurum erat; Duker. Recte; et in toto b. l. distingui pontificum augurumque insignia ac munera, jam monuit Drak. Conf. Gell. XII, 1.—
Capite velato (caput velare proprie erat augurum in auguriis capiendis; conf. Virgil. Æn. III, 403 sq. ibique intpp.) victimam cædat de pontifice ipso, ut apud Sueton. Tiber. 25 extr.

12. Auguriumve ex arce capiat; v. ad I, 6, n. 5.

13. Cujus imaginis titulo; vide ad IV, 16, n. 4.

« ratum aut pontificatum adjeceritis, non sustinebunt

- « legentium oculi? Equidem (pace dixerim deum) eos
- « nos jam populi romani beneficio esse spero, qui sa-
- « cerdotiis non minus reddamus dignatione 14 nostra
- « honoris, quam acceperimus; et deorum magis, quam
- « nostra causa expetamus, ut, quos privatim colimus,
- « publice colamus.
- VIII. « Quid autem ego sic adhuc egi, tanquam in-« tegra sit causa patriciorum de sacerdotiis, et non
- « jam in possessione unius amplissimi simus sacerdo-
- a tii? Decemviros sacris faciundis 1, carminum Sibyllæ « ac fatorum populi hujus interpretes, antistites eos-
- « dem Apollinaris sacri ceremoniarumque aliarum, ple-
- a beios videmus. Nec tum patriciis ulla injuria facta est, « quum duumviris sacris faciundis adjectus est propter
- « plebeios numerus: et nunc tribunus, vir fortis ac
- « strenuus, quinque augurum loca, quatuor pontificum « adjecit, in quæ plebeii nominentur; non ut vos, Ap-
- « pi, vestro loco pellant², sed ut adjuvent vos homines
- « plebeii divinis quoque rebus procurandis, sicut in
- « cæteris humanis pro parte virili 3 adjuvant. Noli eru-
- « bescere, Appi, collegam in sacerdotio habere, quem
- 14. Dignatione nostra, si iis fungamur dignique videamur.

CAP. VIII. 1. Decemviros sacris faciundis...numerus, vide ad III, 10, n. 6. lidem erant antistites Apollinaris sacri, Apollinis sacerdos. - His verbis designatur procul dubio peculiare sacrum, quod in Apollinis honorem per decemviros sacrorum perageretur. Quonam ritu, quo tempore anni, qua de causa illud celebraretur, non reperimus. Neque enim hic aut seculares ludi intelligi possunt, qui clarius a Livio et insignitius indicarentur, aut ludi Apollinares, qui nondum erant institu-

- ti. En. Propter plebeios, ut hi quoque eum honorem consequi possent.
- 2. Ut vos, Appi, vestro loco pellant, 'nt vos plane excludant a sacerdotiis, ab honoribus, quos soli adhuc obtinuistis. Conf. ad cap. 6, n. 4. Sic depelli et dejici quis dicitur in comitiis, ut contra, qui competitorum impetrat honorem, quem cum aliis petierat, neque ab iis vincitur, locum suum tenere; vide ad III, 35, n. 10, et XXXIX, 32, n. 6. Origo harum dictionum repetenda ex iis, quæ dixi ad II, 10, n. 7, et ad IV, 16, n. 5.
 - 3. Pro p. v. adjuvant; v. Præf. n. 3.

« in censura, quem in consulatu collegam habere po-

« tuisti: cujus tam dictatoris magister equitum, quam

« magistri equitum dictator esse potes. Sabinum ad-« venam⁴, principem nobilitatis vestræ, seu Attum Clau-

« venam, principem nobilitatis vestræ, seu Attum Ciau « sum, seu Ap. Claudium mavultis, illi antiqui patricii

« in suum numerum acceperunt. Ne fastidieris ⁵ nos in

« sacerdotum numerum accipere. Multa nobiscum de-

« cora afferimus; immo omnia eadem, quæ vos super-

« bos fecerunt. L. Sextius primus de plebe consul est

« factus; C. Licinius Stolo primus magister equitum, « C. Marcius Rutilus primus et dictator et censor,

« C. Marcius Rutius primus et dictator et censor, « Q. Publilius Philo primus prætor. Semper ista audita

« sunt eadem, penes vos auspicia esse, vos solos gen-

« tem habere 7, vos solos justum imperium et auspi-

« cium domi militiæque. Æque adhuc prosperum ple-

« beium ac patricium⁸ fuit, porroque erit. En unquam

« fando audistis 9, patricios primo esse factos, non de « cælo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est,

4. Sabinum advenam Attum Clausum, etc.; vide ad II, 16. — Illi antiqui patricii in suum numerum ac-

- ceperunt; vide ad IV, 4, n. 3.
 5. Ne fastidieris nos in sacerdotum
 numerum accipere; vide supra ad II,
 41, n. 3.
- 6. Penes vos auspicia esse; vide ad II, 33, n. 3.
- 7. Vos solos gentem habere, patrem majoresque nobiles nominare posse, ut hi gentem non habere dicuntur, qui alio nomine, quod etiam huc spectat, novi homines appellantur (vide ad I, 34, n. 8), quorum majores non commemorantur, quique non natu, sed propriis factis clari ao nobiles sunt; Stroth. Gentiles sunt, qui eodem inter se sunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui capite non sunt deminuti,

Cic. Top. 6. Confer Sigon. I. A. C. R.

8. Plebeium ac patricium, scil. imperium et auspicium.

9. En unquam fando audistis; vide ad IV, 3, n. 6. - Qui patrem ciere possent, etymologia patriciorum, qui proprie nihil ultra quam ingenui erant, parentibus ingenuis, non e servitute manumissis, progeniti. Conf. ad I, 8, n. 9, et IV, 3, n. 10. « Vox patricios h. l. non est subjectum, sed sententia, a Romulo non aliquos de cælo demissos, seu a diis ortos factos esse patricios, ita ut patricii essent singulare quoddam hominum genus, sed eum ex omni hominum, qui secum Romam conderent, colluvie elegisse modo omnes ingenuos, quod alio verbo diceretur, eos qui patrem ciere possent, hosque patricios fecisse: quod si igitur « nihil ultra quam ingenuos? Consulem jam patrem

« ciere possum, avumque jam poterit filius meus. Ni-« hil est aliud in re 10, Quirites, nisi ut omnia negata

« adipiscamur. Certamen tantum patricii petunt, nec

« curant, quem eventum certaminum habeant. Ego a hanc legem 11, quod bonum, faustum felixque sit

« vobis ac reipublicæ, uti rogas, jubendam censeo. »

IX. Vocare tribus extemplo populus jubebat, apparebatque accipi legem : ille tamen dies est intercessione sublatus 1. Postero die, deterritis tribunis, ingenti consensu accepta est. Pontifices creantur, suasor legis P. Decius Mus, P. Sempronius Sophus, C. Marcius Rutilus, M. Livius Denter. Quinque augures item de plebe, C. Genucius, P. Ælius Pætus, M. Minucius Fessus, C. Marcius, T. Publilius. Ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. Eodem anno 2 M. Valerius consul de provocatione legem tulit, diligentius sanctam. Tertio ea tum post reges exactos lata est, semper a familia eadem. Causam renovandæ sæpius haud aliam fuisse reor, quam quod plus paucorum opes, quam

tum patricii facti sunt, qui modo patrem ingenuum haberent; quidni nunc nobiles erunt consule patre progeniti; » Stroth. — De cælo demissos; alii dimissos: alii missos; sic Justin. V, 4, hunc quasi de cælo missum contuentur. Sed reliqui demissos servant. Livius, XXII, 29, Fabiana se acies repente, velut cælo demissa, ad auxilium ostendit. Amm. Marc. XXII, 2, effundebatur ætas omnis et sexus, tanquam demissum aliquem visura de cælo. Et placuit Livio hoc dicendi genus, ut præpositio quæ verbo inest, in regimine repetatur. ED.

10. Nihil est aliud in re. - Hoc unum agitur a patriciis, ut nihil adipiscamur, nisi negatum, nisi postquam ab ipsis negatum fuerit. Conf. ad IV, 4, n. 8. Ep. - Mox omnis sententiæ vis posita non tam in verbo adipiscamur, quam in partic. negata: sensus enim est: ut nihil vobis concedentibus adipiscamur, sed omnia, quæ adipiscimur, prius a vobis negentur; Strothius.

11. Ego hanc legem ... uti rogas, jubendam censeo, vide ad IV, 58, n. 10, et ad XXXIV, 4, n. 16.

CAP. IX. 1. Dies est intercessione sublatus; vide ad VIII, 23, n. 13.

2. Eodem anno M. Valerius ... a familia eadem. Primo a Publicola; secundo a Valerio Potito. Conf. II, 8, et III, 55. Ep .- Diligentius sanctam, accuratius sancitam.

libertas plebis, poterant. Porcia tamen lex³ sola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, si quis verberasset necassetve civem romanum, sanxit. Valeria lex, quum eum, qui provocasset, virgis cædi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset ⁴, nihil ultra, quam improbe factum, adjecit. Id (qui tum pudor⁵ hominum erat) visum, credo, vinculum satis validum legis. Nunc vix serio ita minetur⁶ quisquam. Bellum ab eodem consule haudquaquam memorabile adversus rebellantes Æquos, quum præter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberent, gestum est. Alter consul Appuleius in Umbria Nequinum¹ oppidum circumsedit. Locus erat arduus atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est. Nec vi, nec

3. Porcia lex de provocatione pro tergo civium (apud Fest. pro scapulis civium, et ap. Plinium, VII, 43, seu 44, de jure virgarum) lata, non a M. Porcio Catone Censorio (quem suasisse tantum hanc legem, Festus significare videtur), sed an. Urb. 556; a P. Porcio Lecca, seu Læca trib. pl. (vide inf. XXXII, 7), quod colligitur ex denario argenteo, qui exhibet figuram civis romani provocantis, et in una parte verbum PROVOC. in altera P. LÆCA. Conf. Ant. Augustin. de Legg. et SC.; Pigh. Ann. ad an. 556; Cic. pro Rab. 4; Verr.V, 63. Hæc lex damnatis exsilium permisit (v. Sallust. Bell. Cat. 22, 51), neque tamen in militia locum habuit: nam multa laudantur exempla militum, et legionariorum et extraneorum, ultimo supplicio ab imperatoribus affectorum; vide Duk. ad Epit. Liv. LVII; Sigon. de ant. jur. civ. rom. I, 15; Lips. de Milit. rom. V, 18 — Pro tergo civium lata...si quis verberasset, necassetve civem rom. provocantem. - Virgis cædi securique

necari, etc.; vide ad I, cap. 26, n. 6.

- 4. Si quis adversus ea fecisset, seil. quæ hac lege cauta essent. Quam improbe facturum conj. Gronov. coll. Cic. ad Att. II, 24, qui meam domum violasset, contra rempublicam esse facturum; et de Harusp. resp. 8, § 15, qui eum emississet, contra rempublicam esse facturum. Sed factum servant omnes libri. Ed.
- 5. Qui tum pudor hominum erat, pro eo hominum pudore (Ehrliebe), qui tunc temporis tenebat animos; Strothius.
- 6. Nunc vix serio ita minetur quisquam: tam parum homines nostri curant, sive factum aliquod eorum probum, sive improbum dicatur, ut pro joco et ludicro habituri sint, si quis ita dicat, seu minetur; Stroth. Confer ad III, 20, n. 6.
- 7. In Umbria Nequinum opp., locus arduus atque in parte una præceps, ubi nunc Narnia sita est, hod. Narni, a Nare flum. sic dicta. Conf. cap. 10, et ad Sil. VIII, 457.

munimento capi poterat. Itaque eam infectam rem M. Fulvius Pætinus, T. Manlius Torquatus, novi consules, acceperunt. In eum annum quum Q. Fabium consulem non petentem omnes dicerent centuriæ, ipsum auctorem fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi consulatus in bellicosiorem annum: eo anno majori se usui reipublicæ fore, urbano gesto magistratu. Ita nec dissimulantem, quid mallet, nec petentem tamen, ædilem curulem cum L. Papirio Cursore factum. Id ne pro certo ponerem, vetustior annalium auctor Piso effecit; qui eo anno ædiles curules fuisse tradit C.8 Domitium Cn. F. Calvinum et Sp. Carvilium Q. F. Maximum. Id credo cognomen 9 errorem in ædilibus fecisse; sequutamque fabulam mixtam 10 ex ædilitiis et consularibus comitiis, convenientem errori. Et lustrum eo anno conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione censoribus: tribusque additæ duæ II, Aniensis ac Terentina. Hæc Romæ gesta.

X. Cæterum ad Nequinum oppidum quum segni obsidione tempus tereretur, duo ex oppidanis, quorum erant ædificia juncta muro, specu facto ad stationes romanas itinere occulto perveniunt: inde ad consulem deducti, præsidium armatum se intra mænia et muros

^{8.} C. Domitium: prænomen hoc non facile reperies in Domitiis, et in MSS ac vett. edd. legitur Cl., C. L. et L. C. unde leg. Cn. vel L., Gron. Cf. Pigh. Annal. ad ann. 473; Drak. ad h. l. et Epitom. Liv. XIII; Intpp. Suet. Ner. 1.

^{9.} Id credo cognomen, scil. Maximi, etc. In aut. annalibus forte omissa, aut vetustate deleta verba Sp. Carvilium, et hinc in recentioribus lectum Q. Fabium Maximum, vel ita duo nomina ex uno facta. Conf. hoc ipso lib. supr. ad cap. 3, n. 5.

^{10.} Sequutamque fabulam mixtam, etc.; nempe ut fingeretur, quoniam Q. Fabium consularem iterum ædilem esse factum credi par non esset, eum consulem creatum, sed rationibus additis fieri noluisse, et ædilem fieri malle significasse; Stroth. De ædilitate Fabii conf. cap. 11.

^{11.} Tribusque additæ duæ, etc. Tunc tres et triginta tribus factæ; v. ad I, 43, n. 22; et IX, 20. Ed. — Aniensis, fortasse ab Aniene amne; Terentina, fortasse a Terento, qui locus erat in Campo Martio. Ed.

accepturos confirmant. Nec aspernanda res visa, neque incaute credenda. Cum altero eorum (nam alter obses retentus) duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis comperta re, trecenti armati, transfuga duce in urbem ingressi, nocte portam, quæ proxima erat, cepere. Qua refracta, consul exercitusque romanus sine certamine urbem invasere. Ita Nequinum in ditionem populi romani venit. Colonia eo adversus Umbros missa, a flumine I Narnia appellata: exercitus cum magna præda Romam reductus. Eodem anno ab Etruscis adversus inducias 2 paratum bellum. Sed eos alia molientes Gallorum ingens exercitus, fines ingressus, paulisper a proposito avertit. Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, socios ex hostibus facere Gallos conantur, ut eo adjuncto exercitu cum Romanis bellarent. De societate haud abnuunt barbari: de mercede agitur. Qua pacta acceptaque, quum parata cætera ad bellum essent, sequique Etruscus juberet, infitias eunt, mercedem se belli Romanis inferendi pactos. Quidquid acceperint, accepisse, ne agrum etruscum vastarent, armisque lacesserent cultores. Militaturos tamen se, si utique Etrusci velint; sed nulla alia mercede, quam ut in partem agri accipiantur, tandemque aliqua sede certa consistant. Multa de eo concilia populorum Etruriæ habita. Nec perfici quidquam potuit; non tam quia imminui agrum, quam quia accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines hor-

CAP. X. 1. A flumine Nare Narnia appellata. Conf. ad cap. 9, n. 7.

romanos fecisse incursionem et ingenti præda potitos rediisse in patriam, tradit Polyb. II, 19. Confer ad VII, 9, n. 2. — Alia molientes; Etruscos nihil de Gallis cogitantes, sed alia molientes, nempe romanum bellum, Galli invadunt. Fortasse malis cum Glareanolegere talia molientes. Rp.

^{2.} Adversus inducias biennii datas exeunte anno 45 (vide cap. 5 extr.), quod biennium nondum erat expletum initio hujus anni 453. Ita bene Drak. Alia molientes, bellum adversus Ro'manos; Gallos cum Etruscis in agros

rebat. Ita dimissi Galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo partam retulerunt. Romæ terrorem præbuit fama gallici tumultus³ ad bellum etruscum adjecti: eo minus cunctanter fædus ictum cum Picenti populo est.

XI. T. Manlio consuli Etruria provincia sorte evenit; qui, vixdum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, extemplo prope exspiravit: tertius ab eo casu dies finis vitæ consuli fuit. Quo velut omine belli accepto, deos pro se commisisse bellum memorantes Etrusci sustulere animos. Romæ, tum desiderio viri2, tum incommoditate temporis, tristis nuntius fuit, ut Patres ab jubendo dictatore consulis subrogandi comitia, ex sententia principum habita, deterruerint. M. Valerium consulem omnes sententiæ centuriæque dixere, quem senatus dictatorem dici jussurus fuerat. Tum extemplo in Etruriam ad legiones proficisci jussit. Adventus ejus compressit Etruscos, adeo ut nemo extra munimenta egredi auderet, timorque ipsorum obsidioni similis esset. Neque illos novus consul vastandis agris urendisque tectis, quum passim non villæ

is consul quem principes volebant. Ut delet Gron. Sed illum impulisse videtur ut locum conjectura tentaret, quod non videret unde penderet tò ut. At solet interdum poni pro adeo ut. Supra II, 18, magnus plebem metus incessit, ut intentiores essent ab dicto parendum. Hoc libr. cap. 18, eo profectum est, quod mature ventum erat, ut quosdam Etruria populos metus romani nominis comprimeret. Nulli codices Gron. favent; servant enim omnes voculam ut. Ed. — M. Valerium consulem. Hic Sextus est M. Valerii Corvi consulatus. Conf. Pigh. Ann. Ed.

^{3.} Fama gallici tumultus; vide ad II, 26, n. s.

CAP. XI. 1. Etruria provincia; cf. ad II, 40, n. 9.

^{2.} Tum des. viri, ob desider. viri. Conf. ad II, 2, n. 1, et IV, 19, n. 6.

— Incommoditate temporis, quo maxime respubl. egebat opera tanti viri, tam tristis nuntius fuit, vel: ita ut Patres, etc., nisi leg. et Patres... deterruerunt.— Ut patres ab jubendo; ut nihil aliud patres deterruerit ab jubendo dictatore, quam quod comitia consulis subrogandi ex sententia principum sunt habita: quod comitiis electus est

solum, sed frequentes quoque vici3, incendiis fumarent, elicere ad certamen potuit. Quum hoc segnius bellum opinione esset, alterius belli, quod multis in vicem cladibus haud immerito terribile erat, fama Picentium, novorum sociorum, indicio exorta est: Samnites arma et rebellionem spectare, seque ab iis sollicitatos esse. Picentibus gratiæ actæ, et magna pars curæ Patribus ab Etruria in Samnites versa est. Caritas etiam annonæ sollicitam civitatem habuit; ventumque ad inopiæ 4 ultimum foret, ut scripsere, quibus ædilem fuisse eo anno Fabium Maximum placet, ni ejus viri cura, qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat, talis domi tum in annonæ dispensatione, præparando ac convehendo frumento, fuisset. Eo anno (nec traditur causa) interregnum initum. Interreges fuere Ap. Claudius, dein P. Sulpicius. Is comitia 5 consularia habuit: creavit L. Cornelium Scipionem, Cn. Fulvium consules. Principio hujus anni oratores Lucanorum ad novos consules venerunt, questum, quia conditionibus perlicere se nequiverint ad societatem armorum, Samnites infesto exercitu ingressos fines suos vastare, belloque ad bellum cogere. Lucano populo satis superque

3. Frequentes quoque vici, scilicet incolis, ut XLIII, 19, al. Similiter forum frequens, scilicet hominibus, XXVII, 11; locus frequens cultoribus et tectis XXI, 34; XXIV, 3 pr. unde frequentare XXXIII, 38; frequentem incolis reddere, et frequentius habitari I, 30; II, 52. Sic et acies frequens armatis XXXV, 1, n. 4; et contra infrequentia signa VII, 8 (ubi v. not. 4); X, 20; XXVII, 47; pars urbis infrequens ædificiis XXXVII, 22, 32; infrequentissima urbis, scil. loca XXXI, 23 (ubi frequentia ædificiis loca opponuntur); et via infre-

quens, ubi non magna est frequentia incolarum, vel hominum confluxus per desertam partem urbis XXIV, 46; XXV, 9, n. 17; XXV, 24, n. 3.

4. Ad inopiæ ultimum; vide ad II, 56, n. 4.— Ut scripsere, quibus ædilem, etc.; cf. cap. 9.— Præparando, ante in futurum usum comparando; Doering.

5. Is comitia consul. habuit, quæ potius ab Ap. Claudio habita fuisse, ex Cicer. Brut. 14 colligunt Gronov. Obss. I, 25, et Pigh. Ann. ad an. 455.

— Oratores Lucanorum, etc.; conf. Dionys. Εκλ. περί πρεσ6. 3.

erratum quondam: nunc ita obstinatos animos esse, ut omnia ferre ac pati tolerabilius ducant, quam ut unquam postea nomen romanum violent. Orare Patres, ut et Lucanos in fidem accipiant, et vim atque injuriam ab se Samnitium arceant. Se, quanquam bello cum Samnitibus suscepto necessaria jam facta adversus Romanos fides sit, tamen obsides dare paratos esse.

XII. Brevis consultatio senatus fuit; ad unum omnes jungendum fœdus cum Lucanis, resque repetendas ab Samnitibus, censent: benigne responsum Lucanis, ictumque fœdus. Feciales missi, qui Samnitem decedère agro sociorum, ac deducere exercitum finibus lucanis juberent. Quibus obviam missi ab Samnitibus, qui denuntiarent, Si quod adissent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. Hæc postquam audita sunt Romæ, bellum Samnitibus et Patres censuerunt, et populus jussit. Consules inter se provincias partiti sunt. Scipioni Etruria, Fulvio Samnites obvenerunt; diversique 1, ad suum quisque bellum, proficiscuntur. Scipioni, segne bellum et simile prioris anni militiæ exspectanti, hostes ad Volaterras instructo agmine occurrerunt: pugnatum majore parte diei, magna utrimque cæde. Nox incertis, qua² data victoria esset, intervenit: lux insequens victorem victumque ostendit; nam Etrusci silentio noctis castra reliquerunt. Romanus, egressus in aciem, ubi profectione hostium concessam victoriam videt, progressus ad castra, vacuis cum plurima præda (nam et stativa trepide deserta fuerant)

CAP. XII. 1. Diversique... proficiscuntur; vide ad III, 60, n. 1.

^{2.} Nox incertis int., etc., in cæteris Haverk. pessime: sup. IX, 23, nox incertos, victi victoresne essent, diremit. Eb.—Qua data victoria esset, unde,

nt cap. 14, et XL, 58 extr. nisi leg. qua inclinata; Stroth. quo, seu cui parti; Doering. Conf. cap. 28 pr. — Egressus e castris in aciem, in locum, seu campum, ubi pridie pugnatum fuerat; Ern.

potitur. Inde in faliscum agrum copiis reductis, quum impedimenta Faleriis cum modico prasidio reliquisset, expedito agmine 3 ad depopulandos hostium fines incedit. Omnia ferro ignique vastantur; prædæ undique actæ: nec solum modo vastum 4 hosti relictum, sed castellis etiam vicisque illatus ignis: urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruscos compulerat. Cn. Fulvii consulis clara pugna in Samnio ad Bovianum haudquaquam ambiguæ victoriæ fuit. Bovianum inde aggressus, nec ita multo post Aufidenam vi cepit.

XIII. Eodem anno Carseolos ¹ colonia in agrum Æquicolorum deducta. Fulvius consul de Samnitibus triumphavit. Quum comitia consularia instarent, fama exorta, Etruscos Samnitesque ingentes couscribere exercitus; palam omnibus conciliis vexari principes etruscorum, quod non Gallos ², quacumque conditione traxerint ad bellum: increpari magistratus Samnitium, quod exercitum lucanum ³ hostem comparatum adjecerint Romanis: itaque suis sociorumque viribus consurgere

3. Expedito agmine; conf. ad V, 16, n. 2.

4. Solum vastum hosti relietum; v. ad III, 7, n. 1. — Castellis etiam wicisque illatus ignis. Injectus Hearnii Oxoniensis L, quod ex interpretis glossa receptum forte fuit. Tac. Hist. lib. III, cap. 47: classi quoque faces intulit vacuo mari eludens. En. — Bovianum; hoe oppidum bis ante captum fuit a Romanis, an. 443; conf. lib. IX, 31 et 448; conf. ibid. c. 44. De Carseolis jam admonnimus hoe ipso lib. cap. 3, n. 3. Ep.

CAP. XIII. 1. Carscolos colonia... deducta, scilic. iterum. Conf. cap. 3, et ad X, 1, n. 1; et 3, n. 3. — Equicolorum; vide I, 32, n. 6. — Equi-

colorum; Æquicolarum recepit primus post Sigon. Modins; quod deinceps alii taciti proberunt. Verum et hic Æquicolorum ex auctoritate scriptorum restituimus. Et hanc scripturam defendit Cluv. Ital. Ant. lib. II, cap. 16. Ep.

2. Gallos quacumque conditione, etc.; conf. cap. 10.

3. Quod exercitum lucanum, hostem (sibi) comparatum, adjecerint Romanis: ita quatuor MSS probb. Ruben., Stroth. et Doer., ut sensus sit: quod importuna incursione in fines Lucanorum (vide cap. 11) hos sibi novos hostes paraverint, et hunc exercitum Lucanorum adjecerint Romanis, vel illo auxerint horum vires: itaque suis

hostes ad bellum, et haudquaquam pari defungendum esse certamine 4. Hic terror, quum illustres viri consulatum peterent, omnes in Q. Fabium Maximum, primo non petentem, deinde, ut inclinata studia vidit, etiam recusantem convertit. Quid se jam senem, ac perfunctum laboribus laborumque præmiis, sollicitarent? Nec corporis, nec animi vigorem remanere eumdem: et fortunam ipsam vereri, ne cui deorum 5 nimia iam in se et constantior, quam velint humanæ res, videatur. Et se gloriæ seniorum succrevisse 5, et ad suam gloriam consurgentes alios lætum aspicere. Nec honores magnos fortissimis viris Romæ, nec honoribus deesse fortes viros. Acuebat hac moderatione tam justa studia; quæ verecundia legum restinguenda ratus, legem recitari jussit 7, qua intra decem annos eum-

sociorumque, Lucanorum, viribus consurgere hostes, Romanos, ad bellum. Omnino Samnitium verba videntur itaque suis, etc. non, quæ Romæ jactarentur, ut a fama exorta pendeant. Malim tamen delere exercitum, vel pro part. accipere: exercitum Marte, seu bello ejusque artibus, vel laboribus et periculis. Editt. ante Strothium exhibent quod ex. adversus Lucanum h. c. objecerint Romanis, et hoc objecerint legitur in omnibus MSS, præter quatuor illos, at in nullo adversus. Gronovius conj. quod ex. in lucanum h. c. objecerint Romanis (quod legiones adversus leviorem hostem lucanum scriptas opposuerint Romanis, et tanto graviore hoste incumbente non novam egerint delectum), vel quod excitum (lacessitum) Lucanum, hostem tam paratum, adjecerint Romanis.

- 4. Pari defungendum esse certamine; vide ad II, 35, n. 2.
- 5. Ne cui deorum nimia jam in se ... videatur fortuna. Nam dii nimiam

- fortunam famamque bominibus invidere finguntur. Conf. ad Sil. III, 78; IV, 400; VI, 6 seq. 340; VII, 61; XV, 512 sq.; XVII, 550.
- 6. Et se gloriæ seniorum succrevisse, paulatim eamdem consequutum; ductum est a sobole, quæ succrescit parentibus; Ern. Proprie a novis arborum ramis succrescentibus. Αύξονται δ' άρεταὶ, χλωραῖς ἐέρσαις ὡς ὅτε δάνδρον ἀΐσσει,... πρὸς ὑγρὸν αἰθέρα Pind. Nem. n, 68. Conf. Scheff. ad Justin. XI, 9; et Mittscherl. ad Horat. Od. I, 12, 45.
- 7. Legem recitari jussit, qua intra decem annos eumdem consulem refici non liceret; conf. ad VII, 42, n. 2. Fabius ann. Urb. 445 tertium consul fuerat (vide VII, 41), et hoc anno 454 quartus ci defertur consulatus: legis autem hæc erat sententia, ut nemo, postquam consul fuisset, nisi exactis decem annis reficeretur, ita ut inter duos consulatus anni decem interessent; Sigon. Fabius tertium con-

dem consulem refici non liceret. Vix præ strepitu⁸ audita lex est: tribunique plebis, nihil id impedimenti futurum, aiebant: se ad populum laturos, uti legibus solveretur. Et ille quidem in recusando perstabat, quid ergo attineret, leges ferri, rogitans, quibus per eosdem, qui tulissent, fraus fieret? Jam regi leges, non regere. Populus nihilominus suffragia inibat, et, ut quæque intro vocata erat centuria9, consulem haud dubie Fabium dicebat. Tum demum consensu civitatis victus: Dii approbent, inquit, quod agitis acturique estis, Quirites. Cæterum, quoniam in me, quod vos vultis, facturi estis, in collega sit meæ apud vos gratiæ 10 locus. P. Decium, expertum mihi concordi collegio virum, dignum vobis, dignum parente suo, quæso, mecum consulem faciatis. Justa suffragatio visa: omnes, quæ supererant, centuriæ Q. Fabium, P. Decium consules dixere. Eo anno plerisque dies 12 dicta ab ædilibus,

sulatum gessit an. 445, quartum 456; Duk. Conf. ad cap. 3, n. 5; et Drak. ad hunc locum; Dodwell. de Cyclis Diss. X, seu LXVIII. — Per eosdem qui tulissent; nempe tribunos plebis.

8. Præ strepitu; conf. ad VI, 40, n. 1. - Quid attineret; vide ad II, 41, n. 4. - Quid ergo attineret : attinere jubebat legi J. F. Gronov, ut lib. II, 41: quid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus capti agri tertiam partem reddi? VL, 23: quid attinere, cum mortali corpore uno civitatis, quem immortalem esse deceat, consenescere vires? XXXVII, 15: sin autem manendum ibi nihilominus sit, quid attinere claudi portum? Sed Gronovio nullus consentit codex. Ep. - Per eosdem, qui tulissent, per tribunos pl. qui, quod semel ad populum tulissent, directo antiquare veriti, oblique et e longinquo elidebant; J. Gron, Lex autem illa a tribuno lata erat; v. VII, 42.

9. Ut quæque intro vocata erat centuria per ponticulos in septum, seu ovile, locum in Campo Martio cancellis clausum, quo transibant centuriæ, quæ ab eo, qui comitia habebat, per præconem vocatæ in suffragia, vel revocatæ mittebantur. Confer ad III, 51, n. 3; XXV, 2, n. 5; XXVI, 22, n. 1 et 5; XL, 42, n. 3; XLV, 36, n. 5. — Haud dubie; vide ad I, 9, n. 3.

10. In collega sit meæ apud vos gratiæ locus, eleganter pro: in collega addendo vestram mihi probetis gratiam; Doer.

11. P. Decium expertum (vide ad II, 29, n. 1) mihi concordi collegio virum; vide IX, 41 sq. — Suffragatio; vide ad IV, 44, n. 2.

12. Eo anno plerisque dies dicta ab adilibus, h. e. multis, vel potius per-

quia plus, quam quod lege 13 finitum erat, agri possiderent: nec quisquam ferme est purgatus: vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum 14 est.

XIV. Consules novi, Q. Fabius Maximus quartum et P. Decius Mus tertium, quum inter se i agitarent, uti alter Samnites hostes, alter Etruscos deligeret, quantæque in hanc, aut in aliam provinciam copiæ satis, et uter ad utrum bellum dux idoneus magis esset; ab Sutrio et Nepete e t Faleriis legati, auctores, concilia Etruriæ populorum de petenda pace haberi, totam belli molem in Samnium averterunt. Profecti consules, quo expeditiores commeatus essent et incertior hostis, qua venturum bellum foret, Fabius per soranum, Decius per sidicinum agrum, in Samnium legiones ducunt. Ubi in hostium fines ventum est, uterque populabundus effuso agmine incedit. Explorant tamen latius, quam populantur; igitur non fefellere o ad Tifernum hostes in occulta valle instru-

multis, ut capite 31; XXVII, 11; XXXV, 6; XLIV, 41; sæpe apud scriptores argenteæ ætatis; vide ad Tac. Ann. III, 28, n. 10.

13. Quia plus, quam quod lege Li-

cinia Sextia finitum (definitum; vide ad III, 13, n. 8; IX, 34; XXI, 4; XXXIX, 17; XLII, 12, 47) erat, agri possiderent; vide ad VI, 35, n. 3. — Nec quisquam ferme reus est purgatus, crimine absolutus. Purgare proprie est excusare, refellere, se defendere, ut VIII, 23; XXVII, 20;

14. Vinculumque ingens immodicæ cupiditatis injectum est, scil. possessoribus agri, nisi legendum cupiditati; Gronovius.

XXXIV, 62; XXXVIII, 48.

CAP. XV. 1. Quum inter se agitarent; vide ad II, 32, n. 2.

2. Ab Sutrio et Nepete (vide VI,

9, n. 1) legati, ablegati; qui missi erant, ut II, 3; II, 13, n. 1; II, 15; III, 37; IV, 37; V, 23, n. 33; XXII,

36 extr.; XXX, 19, n. 2; XXXII, 1, n. 6; XXXII, 27; XXXVIII, 8; XLII, 43; XLIV, 14, 19. Conf. ad XXVII, 5, n. 4. — Auctores, nuntiantes. Cf. ad II, 58, n. 1.

3. Qua venturum bellum foret; vide ad cap. 12, n. 2. — Quo. Grut. male. Quo et qua different; supra IX, 3, quo, aut qua eamus. Certus erat hostis quo bellum venturum foret; at incertus, qua. Noverat bellum a se venturum esca.

venturum esse, at qua parte hostis invaderet, ignorabat. Qua itaque omnino legendum; id enim pro qua parte, qua via poni solet. Conf. Drakenb. ad hunc locum. En.

4. Effuso agmine; vid. I, 14, n. 7. 5. Igitur non fefellere, scil. Roma-

cti, quam ingressos Romanos superiore ex loco adoriri parabant. Fabius, impedimentis in locum tutum remotis, præsidioque modico imposito, præmonitis militibus adesse certamen, quadrato agmine ad prædictas hostium latebras succedit. Samnites, desperato improviso tumultu⁶, quando in apertum semel discrimen evasura esset res, et ipsi acie justa maluerunt concurrere: itaque et in æquum descendunt, ac fortunæ se, majore animo, quam spe, committunt. Cæterum, sive quia ex omnium Samnitium populis, quodcumque roboris fuerat, contraxerant, seu quia discrimen summæ rerum augebat animos, aliquantum aperta quoque pugna præbuerunt terroris. Fabius, ubi nulla ex parte hostem loco moveri7 vidit, M. Fulvium et M. Valerium, tribunos militum, cum quibus ad primam aciem procurrerat, ire ad equites jubet et adhortari, ut, si quando umquam equestri ope adjutam rempublicam meminerint, illo die annitantur, ut ordinis ejus gloriam invictam præstent. Peditum certa-

nos, seu consules. Confer ad III, 8, n. 2. — Quadrato agmine; vide ad II, 6, n. 3.

6. Desperato improviso tumultu, quum desperassent se improviso posse Romanos adoriri, terrere et turbare. Conf. ad I, 37, n. 4, et XXI, 16, n. 5. - Quando; vide ad V, 25, n. 3. - Apertum discrimen, ut mox diserimen summæ rei (vide ad VI, 17, n. 4) et aperta pugna, h. e. in campo aperto, libero, patente (cf. ad XXI, 32, n. 7), ut acies aperta XXXVIII, 41 (nisi ibi sunt explicati ordines, quo sensu acies, agmen et cornua latius pandi dicuntur II, 30; XXII, 4; XXVIII, 33; XLI, 26); et æquam eertamen XXII, 13, n. 2; nisi potius improviso tumultui opponitur, ut apertum iter occulto XXIX, 33, n. 1, et XXXI, 2; vel apertum prælium insidiis XXXI, 36 pr.

7. Hostem loco moveri vidit; al. videt. - M. Fulvium; 4 MSS optimz notæ Maximum filium, probb. Gron. Crev. et Stroth. - Aliquot codices, tum Gronoviani, tum nostri, et Campani editio, hanc lectionem exhibent. Eamdem firmat ipse Livius, a quo mox consul memoratur hos juvenes, pari comitate utrumque, laudibus et promissis onerasse. Nimirum quamvis alter ex his filius esset, nihil tamen ei præcipuum tribuit consul, sed parem in utrumque benignitatem ostendit. Ideo nobis vulgata lectio, M. Fulvium, minime videtur a Livii manu profecta. En.

mine 8 immobilem hostem restare; omnem reliquam spem in impetu esse equitum. Et ipsos nominatim juvenes, pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis onerat: cæterum, quando ne ea quoque tentata vis proficeret, consilio grassandum 9, si nihil vires juvarent, ratus, Scipionem legatum hastatos primæ legionis subtrahere ex acie, et ad montes proximos, quam posset occultissime, circumducere jubet; inde ascensu abdito a conspectu erigere in montes agmen, aversoque hosti ab tergo repente se ostendere. Equites, ducibus tribunis, haud multo plus hostibus, quam suis, ex improviso ante signa evecti, præbuerunt tumultus; adversus incitatas turmas stetit immota Samnitium acies, nec parte ulla pelli, aut perrumpi potuit: et, postquam irritum inceptum erat, recepti post signa 10 prælio excesserunt. Crevit ex eo hostium animus; nec sustinere frons prima tam longum certamen increscentemque fiducia sui vim potuisset, ni secunda acies tr jussu consulis in primum successisset: ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Samnitem: et tempore improvisa ex montibus signa clamorque sublatus non vero tantum metu ter-

8. Peditum (in) certamine immobilem hostem restare, perstare, manere, vel resistere; vide ad IV, 58, n. 5. -Juvenes, Fulvium et Valerium. -Quando ne ea quoque tentata vis proficeret. Hic aliquid mendi latere suspicamur. Sensus esse debet, si forte accideret ut ea quoque vis tentata nihil proficeret. En.

9. Consilio grassandum; vide ad III, 44, n. 10.

10. Recepti post signa equites rom.

11. Ni secunda acies...in primum successisset; ita MSS et edd. antt., non in primam; vide ad II, 20, n. 3.

- In primam Sigon, et codd, quidam. Sed vulgatum nunquam sollicitandum fuit; II, 46, sic in primum infestis hastis provolant duo Fabii; III, 62, ex equis desiliunt, cedentibusque jam suis provolant in primum, etc.; boc libro inf. cap. 41, arma signaque per turbidam lucem in primo apparebant; XXV, 21, prima legio et sinistra ala in primo instructa. Cf. Sall. Jugurth. cap. 59 et 68; Senec. Epist. CVIII; Justinum, XII, 7. ED. - Tempore; vide ad II, 47, n. 4. - Sublatus et ad signa et ad clamorem pertinet; Gronovius.

ruere ¹² Samnitium animos. Nam et Fabius Decium collegam appropinquare exclamavit, et pro se quisque miles, adesse alterum consulem, adesse legiones, gaudio alacres fremunt: errorque utilis Romanis ¹³ oblatus fugæ formidinisque Samnites implevit, maxime territos, ne ab altero exercitu integro intactoque fessi opprimerentur; et, quia passim in fugam dissipati sunt, minor cædes ¹⁴, quam pro tanta victoria, fuit: tria millia et quadringenti cæsi, capti trecenti ferme et triginta: signa militaria capta tria et viginti.

XV. Samnitibus Apuli se ante prælium conjunxissent, ni P. Decius consul iis ad Maleventum castra objecisset, extractos deinde ad certamen fudisset; ibi quoque plus fugæ fuit, quam cædis: duo millia Apulorum cæsa: spretoque eo hoste, Decius in Samnium legiones duxit. Ibi duo consulares exercitus, diversis vagati partibus, omnia spatio quinque mensium evastarunt: quadraginta et quinque loca in Samnio fuere, in quibus Decii castra fuerunt: alterius consulis sex et octoginta. Nec valli tantum ac fossarum vestigia relicta, sed multo illis insigniora monimenta vastitatis circa regionumque depopulatarum. Fabius etiam urbem Cimetram cepit: ibi capta armatorum duo millia quadringenti: cæsi ferme pugnantes ad quadringentos triginta. Inde, comitiorum causa Romam profectus,

^{12.} Non vero tantum metu terruere; vide ad I, 25, n. 9.

^{13.} Errorque utilis Romanis oblatus; vide ad V, 15, n. 6. Error plerumque inutilis et damnosus est, præsertim belli, ubi non licet bis peccare: hic autem error, dum putant vincere se, victores fecit Romanos: nam suos quoque in acie stantes fefellerat Fabius, ratos adesse alterum consulem, et eo gaudio exsultantes frementesque;

Gron. De simili errore conf. cap. 41.

14. Minor cædes, quam pro tanta victoria; vide ad lib.VII, c. 33, n. 2.

CAP. XV. 1. Ad Maleventum; vide ad IX, 27, n. 7.

^{2.} Nec walli tantum ... sed etiam; vide ad I, 40, n. 1. Hie locus pulchre confirmat, quod observarunt Lipsius, Milit. rom. V, 1, et Schel. ad Hygin. 1112, Romanos in expeditionibus nullam noctem sine castris egisse; Duk.

maturavit eam rem agere³: quum primo vocatæ⁴ Q. Fabium consulem dicerent omnes centuriæ, Ap. Claudius consularis candidatus, vir acer et ambitiosus, non sui magis honoris causa, quam ut patricii recuperarent duo consularia loca⁵, quum suis, tum totius nobilitatis viribus, incubuit, ut se cum Q. Fabio consulem dicerent. Fabius primo, de se eadem fere, quæ priore anno, dicendo, abnuere: circumstare sellam⁶ omnis nobilitas; orare, ut ex como plebeio consulatum extraheret, majestatemque pristinam tum honori, tum patriciis gentibus redderet. Fabius, silentio facto, media oratione 8 studia hominum sedavit: facturum enim se fuisse dixit, ut duorum patriciorum nomina reciperet9, si alium, quam se, consulem fieri videret: nunc se sui rationem comitiis, quum contra leges 1º futurum sit, pessimo exemplo non habiturum. Ita L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priore item consulatu II inter se comparati. Nobilitas objectare Fabio, fugisse eum Ap. 12 Claudium collegam,

⁻Monimenta bis intell., ad insigniora et vastitatis; Stroth.

^{3.} Maturavit eam rem agere, comitia habere.

^{4.} Quum primo vocatæ... centuriæ; vide ad III, 51, n. 3. — Omnes ez centuriatæ quæ primæ in owile vocabantur ad ferendum suffragium; nimirum eæ centuriæ quæ primo loco, post prærogativam tamen, ut apparet ex cap. 23 infra, inibant suffragia, distinguebantur a cæteris, appellabanturque primo vocatæ, ut observavit Sigonius. Ed.

^{5.} Duo consularia loca; conf. ad IV, 16, n. 5. — Fabius primo, etc. Primo ignorant multi codd. nec desiderari Sigon. videbatur, fortasse quod videret post eam vocem non inferri

deinde, vel simile aliud; at Livium ita loqui solitum infr. videbimus ad lib. XXII, 43. Ep.

^{6.} Circumstare sellam curulem Fa-

^{7.} Ut ex cæno plebeio consulatum extraheret, adimeret neque redderet plebeio, eum dehonestanti.

^{8.} Media oratione; vide ad I, 32, a. 5.

^{9.} Patriciorum nomina reciperet; vide ad IX, 46, n. 5.

^{10.} Contra leges futurum; vide ad cap. 13, n. 7.

^{11.} Priore item consulatu (vide IX, 42) inter se comparati, conjuncti, collegæ qui fuerant; vide ad VII, 33, n. 1, et XL, 46, n. 1.

^{12.} Fugisse eum Ap. Claudium col-

eloquentia civilibusque artibus 13 haud dubie præstantem.

XVI. Comitiis perfectis, veteres consules jussi bellum in Samnio gerere, prorogato in sex menses imperio: itaque insequenti quoque anno, L. Volumnio, Ap. Claudio consulibus 1, P. Decius, qui consul in Samnio relictus a collega fuerat, proconsul idem populari non destitit agros, donec Samhitium exercitum, nusquam se prælio committentem, postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt, et, quod legationibus nequidquan sæpe tentaverant, id se tanto agmine armatorum, mixtis terrore precibus, acturos efficacius rati, postulaverunt principum Etruriæ concilium. Quo coacto, per quot annos pro libertate dimicent cum Romanis, expouunt. Omnia expertos esse, si suismet ipsorum viribus tolerare tantam molem belli possent: tentasse etiam haud magni momenti finitimarum gentium auxilia: petisse pacem a populo romano, quum bellum tolerare non possent: rebellasse, quod pax servientibus gravior, quam liberis bellum esset. Unam sibi spem reliquam in Etruscis restare: scire, gentem Italiæ opulentissimam armis, viris, pecunia, esse; habere accolas Gallos², inter ferrum et arma natos, feroces quum suopte ingenio, tum adversus romanum populum: quem captum a se auroque redemptum3, haud vana jactantes, memorent. Nihil abesse, si sit animus Etruscis, qui

legam; vide ad lib.VIII, c. 33, n. 5. 13. Eloquentia civilibusque artibus, etc.; vide ad IX, 42, n. 3.

CAP. XVI. 1. L. Volumnio et A. Claudio consulibus. Monuit Glareanus legendum esse iterum consulibus; hoc quod ipse Livius cap. præced. innuit, priore item consulatu inter se comparati. Fuere enim ante una consules an. 446. Vide ad lib. IX, cap. 42. En.—

Tentasse etiam ... auxilia, periculum se fecisse, an ea consequi possent, ut tentare spem pacis et triumphi XXI, 12; XXVIII, 38; XXXIII, 27. Cf. ad IX, 35, n. 1. — Rebellasse; vide ad II, 42, n. 2.

2. Gallos inter ferrum et arma natos; vide ad IV, 15, n. 2.

3. Auroque redemptum; vide ad V, 59, n. 1.

Porsenæ quondam majoribusque eorum fuerit, quin Romanos omni agro cis Tiberim pulsos, dimicare pro salute sua, non de intolerando Italiæ regno, cogant. Samnitem illis exercitum paratum, instructum armis, stipendio, venisse: confestim sequuturos, vel si ad ipsam romanam urbem oppugnandam ducant.

XVII. Hæc eos in Etruria jactantes molientesque bellum domi¹ romanum urebat: nam P. Decius, ubi comperit per exploratores profectum Samnitium exercitum, advocato consilio, « Quid per agros, inquit, va-« gamur, vicatim² circumferentes bellum? quin urbes « et mœnia aggredimur? nullus jam exercitus Samnio « præsidet³; cessere finibus, ac sibimet ipsi exsilium « conscivere. » Approbantibus cunctis, ad Murgantiam, validam urbem, oppugnandam ducit: tantusque ardor militum fuit, et caritate ducis, et spe majoris, quam ex agrestibus populationibus, prædæ, ut uno die vi atque armis urbem caperent: ibi duo millia Samnitium et centum pugnantes circumventi captique: et alia præda ingens capta est; quæ ne impedimentis gravibus agmen oneraret, convocari milites Decius jubet.

CAP. XVII. 1. Bellum domi (in ipsa terra sua, in Samnio) romanum urebat, vexabat, affligebat eos, eorum terram ferro ignique vastabat. Confer X, 47, n. 6; XXVI, 13, n. 5; XXVII, 29 (ubi vide Drakenborch. et Gebhard.); XXXII, 21, n. 13; XXXVI, 23; et ad Silium, VII, 490. Hine XL, 15 pr. quod invidiam tuam urit, vexat, cruciat, vel excitat, irritat, ut incendere, accendere, xaisoθαι, περικαίεσθαι. Conf. ad Sil. XVI, 513; XVII, 294; Duk. ad Flor. II, 6, n. 2. - Consilio advocato; al. concilio. Consilium dicebatur, quum legatos, etc. in consilium advocarent imperatores. Cf. I, 54, n. 1, et VIII, 6, n. 6.

2. Vicatim circumferentes bellum; vide ad V, 5, n. 2, et IX, 41, n. 3.

3. Exercitus Samnio præsidet, præsidio est, ut XXII, 11 ext.; XXIII, 32, n. 2; XXIV, 40, n. 1; XXXVI, 5; XXXVIII, 51. Sic et præsides provinciarum exercitus XXIII, 48, n. 4; nam præses est defensor, vel qui tuetur, ut VI, 16, n. 2; X, 22, n. 5, al. Similiter προκαθίζειν τόπω et ἐπὶ τόπου dicunt Græci. Cf. Schweigh. ad Polybium, II, 24, n. 6; XX, 3, n. 3; XX, 6, n. 8. — Murgantia Samnii oppidum, Moργέντια et Μοργέντιον apud Stephanum, situs incerti. Mox captique et...capta est; vide ad I, 3, n. 8.

« Haccine, inquit, victoria sola, aut hac præda cona tenti estis futuri? Vultis vos pro virtute spes4 gerere; « omnes Samnitium urbes fortunæque in urbibus re-« lictæ vestræ sunt; quando legiones eorum, tot præ-« liis fusas, postremo finibus expulistis. Vendite 5 ista. « et illicite lucro mercatorem, ut sequatur agmen; ego « subinde suggeram, quæ vendatis: ad Romuleam ur-« bem 6 hinc eamus, ubi vos labor haud major, præda « major manet. » Divendita præda, ultro adhortantes imperatorem ad Romuleam pergunt. Ibi quoque sine opere, sine tormentis, simul admota sunt signa, nulla vi deterriti a muris, qua cuique proximum fuit7, scalis raptim admotis, in mœnia evasere; captum oppidum ac direptum est : ad duo millia et trecenti occisi, et sex millia hominum capta, et miles ingenti præda potitus: quam vendere, sicut priorem, coactus, Ferentinum inde, quanquam nihil quietis dabatur, amen

4. Vultis vos pro virtute spes gerere; omnes Samnitium, etc. Ita interpungendum et si ante vultis supplend. puto, non signum interrog. post gerere ponendum. Sic et nos dicimus: Wollt ihr...so sind, etc. — Quando; vide ad V, 25, n. 3.

5. Vendite ista et illicite lucro mercatorem, agmen sequentem, vel ut agmen sequatur, ... divendita præda ... quam vendere coactus; conf. cap. 20 extr. et Polyb. X, 16; ubi Schw. præter alia notavit hæc: «Ex ipsis scriptoris verbis cap. 17 et 20 intelligi videtur, prædam ipsam, prius quam vendenta esset, militibus cessisse et ab ipsis deinde esse venditam. Et quum persæpe prædæ militibus divisæ mentionem idem Livius faciat, non nisi unum tamen invenimus locum, XXXV, 1, ubi dicat, prædam vendendam quæstori datam; quod inde refectum, mi-

litibus divisum. Alias prædam ipsam ait, exceptis corporibus captivis (quæ a quæstore vendebantur, ut, quod inde refectum esset, in publicum redigeretur), militibus cum cura, ut quam æquissima esset, per milites esse divisam; vide XXXVIII, 23, et loca, quæ ibi citavit Dukerus, scil. V, 22; VII, 27; X, 46; XXIII, 37; XXIV, 16; XXVII, 5. » Confer Ind., Lips. de Milit. roman. lib. V, cap. 15, et Schelii Diss. IX.

- 6. Romuleam urbem Samnitium, ut et apud Stephanum Ρωμυλία, vel Hirpinorum. Ubi vos labor haud major (al. magnus) manet; conf. ad II, 40, n. 4.
- 7. Qua cuique proximum fuit, ea murorum parte, quæ cuique proxima fuit; Doer. — Ad duo millia et trecenti; vide ad IV, 59, n. 4.

summa alacritate ductus. Cæterum ibi plus laboris ac periculi fuit: et defensa summa vi mænia sunt, et locus erat munimento naturaque tutus; sed evicit omnia assuetus prædæ miles: ad tria millia hostium circa muros cæsa: præda militis fuit. Hujus oppugnatarum urbium decoris pars major in quibusdam annalibus ad Maximum trahitur. Murgantiam ab Decio, a Fabio Ferentinum Romuleamque oppugnatas tradunt: sunt, qui novorum consulum hanc gloriam faciant; quidam non amborum, sed alterius, L. Volumnii: et Samnium provinciam evenisse.

XVIII. Dum ea in Samnio, cujuscumque ductu auspicioque, gererentur, Romanis in Etruria iterum bellum ingens multis ex gentibus concitur; cujus auctor Gellius Egnatius ex Samnitibus erat. Tusci fere omnes consciverant bellum: traxerat contagio proximos Umbriæ populos: et gallica auxilia mercede sollicitabantur: omnis ea multitudo ad castra Samnitium conveniebat. Qui tumultus repens postquam Romam perlatus est, quum jam L. Volumnius consul cum legionibus secunda ac tertia sociorumque millibus quindecim profectus in Samnium esset, Ap. Claudium primo quoque tempore in Etruriam ire placuit: duæ romanæ legiones sequutæ, prima et quarta; et sociorum duodecim millia: castra haud procul ab hoste posita. Cæterum magis eo profectum est³, quod mature ventum erat, ut quosdam spectantes jam arma Etruriæ populos metus romani nominis comprimeret, quam quod ductu consulis quidquam ibi satis scite, aut fortunate gestum sit. Multa

CAP. XVIII. 1. Tusci fere omnes consciverant bellum; vide ad lib. IV, cap. 4, n. 6.

^{2.} Traxerat contagio proximos Umbria populos; vide ad II, 5, n. 3.

^{3.} Caterum magis eo, quod mature ventum erat, profectum est, scil. aliquid, ut passim proficere aliquid, multum, plus, vel simplic. proficere; Stroth. — Spectantes jam arma; vide

prælia locis et temporibus iniquis commissa: spesque in dies graviorem hostem faciebat; et jam prope erat. ut nec duci milites, nec militibus dux satis fideret. Literas ad collegam arcessendum ex Samnio missas, in trinis annalibus invenio; piget tamen incertum ponere. quum ea ipsa inter consules populi romani, jam iterum eodem honore fungentes 4, discrepatio fuerit: Appio abnuente missas; Volumnio affirmante, Appii se literis accitum. Jam Volumnius in Samnio tria castella ceperat, in quibus ad tria millia hostium cæsa erant, dimidium fere ejus 5 captum: et Lucanorum seditiones, a plebeiis et egentibus ducibus ortas, summa optimatium voluntate per Q. Fabium proconsulem, missum eo cum veteri exercitu, compresserat. Decio depopulandos hostium agros relinquit; ipse cum suis copiis in Etruriam ad collegam pergit : quem advenientem læti omnes accepere. Appium ex conscientia sua 6 credo animum habuisse haud immerito iratum, si nihil scripserat; illiberali et ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. Vix enim salute mutua reddita, quum obviam egressus esset, « Satin' salvæ⁷, inquit,

ad I, 9, n. 3. — Piget tamen incertum ponere. Prolata est a Walchio, emend. Liv. p. 36, emendatio piget tamen ut certum ponere, ad sententiam et latinitatem probatissima: an etiam ad fidem, nondum, ut opinor, ad liquidum professumque perduci poterit. Quidni enim perinde credamus, Livium scripsisse, piget tamen id certum ponere, etiamsi elegantius videtur Walchianum ut certum? Vide Buttn. Observat. Liv. p. 47. Ep.

- Jam iterum eodem honore fungentes, qui non nisi concordibus collegis iterum tribui solet.
- 5. Dimidium fere ejus numeri captum. — A plebeiis et egentibus duci-

bus Lucanorum. Conf. Heyn. Opusc. Acad. t. 11, p. 265.

- 6. Appium ex conscientia sua, sc. mala, ut passim, h. e. ob, vel potius secundum eam, credo animum habuisse...animo, etc. Conf. ad I, 3, n. 8. Mox pro dissimulantem forte legendum dissimulasse, vel potius cum Gron. credo animatum fuisse: haud i. iratum, etc. Credo Appium, si nihil scripserat, quum sibi conscius esset a se non accitum esse collegam, habuisse animum haud immerito iratum: eumdem illiberali et ingrato animo dissimulasse, si eguerat ope, auxiliumque collegæ imploraverat. En.
 - 7. Satin' salvæ; vide I, 58, n. 3.

« L. Volumni? ut sese in Samnio res habent? Quæ te « causa, ut provincia tua excederes 8, induxit? » Volumnius in Samnio res prosperas esse ait; literis ejus accitum venisse: quæ si falsæ fuerint, nec usus sui sit in Etruria, extemplo conversis signis abiturum. « Tu vero abeas, inquit, neque te quisquam moratur: « etenim minime consentaneum est, quum bello 9 tuo « forsitan vix sufficias, hic te ad opem ferendam aliis « gloriari venisse. » Bene, Hercules 10, verteret, dicere Volumnius: malle frustra operam 11 insumptam, quam quidquam incidisse, cur non satis esset Etruriæ unus consularis exercitus.

XIX. Digredientes jam consules legati tribunique ex Appiano exercitu circumsistunt: pars imperatorem

8. Ut provincia tua excederes; vide ad lib. II, c. 40, n. 9. Nota Dukeri ad XXVII, 43 est hæc: « Non licebat injussu senatus de provincia exire et exercitum educere. Cf. X, 37; XXIII, 41; XXVIII, 42; XXIX, 7, n. 19; XXX, 24; XXXI, 48; XXXVI, 39, 40; XLI, 7; XLIII, 1; Dio Cass. lib. XXXIX, pag. 116; Suetou. Cæs. XXXI, et loc. class. Cicer. in Pison. XXI, mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum injussu populi aut senatus accedere: quæ quum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia majestatis, Julia de pecuniis repetundis planissime vetant. Quando autem et a quibus latæ fuerint veteres leges, quas dicit Cicero, non constat; nullas certe de ea re memorat Livius. Sed verosimile est, jam pluribus factis provinciis, quæ suum quæque præsidem habebant, latas fuisse. Nam senatus, provincias decernens, simul suos cuique fines designabat. Sed quum nihilo minus multi, spreta senatus auctoritate, finibus provinciæ suæ egredi auderent, eorum sive gloriæ, sive prædæ cupiditas legibus coercita fuisse videtur.»

9. Quum bello tuo, tibi mandato, forsitan vix sufficias, par sis, illud bene gerere et perficere possis: ut passim sufficere pro parem esse, satis valere, vel satis virium habere. Conf. X, 25, n. 9; XXI, 8, n. 2; XXIX, 16, n. 2, XXIX, 17, n. 5; XXXXVI, 45, n. 2. — Hic te...gloriari venisse. Magis placeret huc, quod præferunt unus Hearnii codex, unus e nostris, Campanus et quidam al. Ed.

10. Bene, Hercules, verteret; cf. ad I, 28, n. 1, et VII, 39, n. 5.

11. Insumptam; insumere operam est impendere. Cic. de Invent. II, 38, quid sumptus in eam rem, aut laboris insumpserit. En. — Quam quidquam incidisse; vide ad I, 46, n. 7. — Aecidisse Lovel. 4, quod ex vulgatæ lectionis interpretatione natum putamus. Sæpissime enim incidere, pro accidere ap. Livium est. Cf. Drak. ad h. l. Ep.

suum orare, ne collegæ auxilium, quod acciendum ultro fuerit, sua sponte oblatum sperneretur: plures abeunti Volumnio obsistere atque obtestari, ne pravo cum collega certamine rempublicam prodat2: si qua clades incidisset, desertori magis, quam deserto, noxiæ fore: eo rem adductam, ut omne rei bene, aut secus gestæ in Etruria decus dedecusque ad L. Volumnium sit delegatum³: neminem quæsiturum, quæ verba Appii, sed quæ fortuna exercitus fuerit : dimitti ab Appio eum, sed a republica et ab exercitu retineri; experiretur modo voluntatem militum. Hæc monendo obtestandoque, prope restitantes 4 consules in concionem pertraxerunt : ibi orationes longiores habitæ in eamdem ferme sententiam, in quam inter 5 paucos certatum verbis fuerat. Et quum Volumnius, causa superior, ne infacundus quidem adversus eximiam eloquentiam collegæ visus esset; cavillansque Appius, sibi acceptum referre⁶, diceret, debere, quod ex muto atque elingui facundum etiam consulem haberent; priore

CAP. XIX. 1. Sua sponte oblatum sperneretur: loquuntur tanquam credentes Appio, neganti accitum esse; sed malim sperneret, vel aspernaretur: nemo enim spernebat præter ipsum imperatorem; Gronovius. Recte, opinor, etsi ad hunc quoque verbum referri potest.

2. Rempublicam prodat; vid. ad II, 43, n. 5. — Si qua, aliqua clades incidisset; vide I, 46, n. 7. — Noxice forè, crimini, culpæ, vel damno, vel pœnæ: quæ omnia et apta sunt h.l. et hoc verbo designantur. Al. noxæ. Cf. Duk. ad XLI, 23, n. 15, ubi monet, Livium aliosque pro damno, injuria, malo magis dioere noxam, quam noxiam. Alii putant, noxam et noxiam (scilic. rem) nihil differre, et

errare grammaticos, qui noxam crimen, noxiam vero pœnam dici existiment. Conf. Drakenb. et ad II, 59, n. 3; VIII, 18, n. 3; VIII, 28, n. 7; Periz. ad Sanct. Min. IV, 4, 22. Mox rem et deinde rei; v. ad I, 3, n. 8.

3. Dedecus ad L. Volumnium sit delegatum; vide ad VI, 28, n. 4.

4. Prope restitantes, resistentes, ut VII, 39, n. 5; vel subinde subsistentes, non progredientes. Conf. XXX, 31 f.

5. In quam inter paucos, inter comites et proximos utriusque (inter consules, legatos tribunosque), certatum verbis fuerat, brevibus dictis alternis et altercatione; Gron.

6. Sibi acceptum referre, tribuere (verdanken), debere, scilic. milites;

consulatu, primis utique mensibus, hiscere eum nequisse, nunc jam populares orationes i serere: «Quam « mallem, inquit Volumnius, tu a me strenue facere. « quam ego abs te scite loqui didicissem. » Postremo conditionem ferre, quæ decretura sit, non orator (neque enim id desiderare rempublicam), sed imperator uter sit melior. Etruriam et Samnium provincias esse: utram mallet, eligeret. Suo exercitu se vel in Etruria, vel in Samnio gesturum. Tum militum clamor ortus, ut simul ambo bellum etruscum susciperent: quo animadverso consensu Volumnius, «Quoniam in collegæ « voluntate interpretanda, inquit, erravi; non com-« mittam, ut, quid vos velitis, obscurum sit. Manere, « an abire me velitis, clamore significate.» Tum vero tantus est clamor exortus, ut hostes e castris exciret: armis arreptis in aciem descendunt : et Volumnius signa canere, ac vexilla efferri e castris jussit. Appium addubitasse ferunt, cernentem, seu pugnante, seu quieto se, fore collegæ victoriam: deinde veritum, ne suæ quoque legiones Volumnium sequerentur, et ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra parte satis commode instructi⁸ fuerunt: nam et Samnitium dux Gellius Egnatius pabulatum cum cohortibus paucis ierat, suoque impetu magis milites, quam cujusquam ductu, aut imperio, pugnam capessebant; et romani exercitus nec pariter ambo ducti, nec satis temporis

nisi potius leg. referri. Acceptum, vel in acceptum ferre et referre alicui proprie dicitur debitor, qui pecuniam, a creditore acceptam, refert in tabulas accepti. Confer ad XXIV, 45, n. 3. — Utique; vide ad II, 30, n. 1.

7. Populares orationes (vide ad II, 8, n. 1, et II, 24, n. 2) serere, nectere, componere. — Postremo conditionem ferre, se proponere rem (ut

singuli duces administrarent singula bella), quæ decretura sit, extra dubitationem positura, uter sit melior, etc. Doer. — Appium addubitasse ferunt; fertur Lovel. 2 non male; sed uni codici credere temerarium foret. Vid. ad II, 4. Ed.

8. Commode instructi, ut mox ad instruendum; vide ad III, 8, n. 5. ->
Prius concurrit cum hoste, dimicat.

ad instruendum fuit. Prius concurrit Volumnius, quam Appius ad hostem perveniret; itaque fronte inæquali concursum est; et, velut forte 9 quadam mutante assuetos inter se hostes, Etrusci Volumnio, Samnites, parumper cunctati, quia dux aberat, Appio occurrere. Dicitur Appius in medio pugnæ discrimine 10, ita ut inter prima signa manibus ad cælum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: Bellona, si hodie nobis victoriam duis, ast ego templum tibi voveo. Hæc precatus, velut instigante dea, et ipse collegæ et exercitus virtutem æquavit. Duces imperatoria opera exsequuntur; et milites, ne ab altera parte prius victoria incipiat, annituntur: ergo fundunt fugantque hostes; majorem molem haud facile sustinentes, quam cum qua manus conserere assueti fuerant. Urgendo cedentes insequendoque effusos compulere ad castra; ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum, paulisper recruduit pugna: iis quoque mox fusis, jam a victoribus castra oppugnabantur; et, quum Volumnius ipse portæ signa inferret, Appius, Bellonam victricem identidem celebrans, accenderet militum animos, per vallum, per fossas irruperunt: castra capta direptaque: præda ingens parta et militi con-

9. Velut forte, fato (al. sorte; cf. ad I, 9, n. 10) quadam mutante assuetos inter se hostes: nam Volumnius antea adversus Samnites, et Appius adversus Etruscos bellum gesserat.

10. In medio pugnæ discrimine; v. ad VI, 17, n. 1. — Duis ἀρχαϊκῶς pro des, ut duit XXII, 10 pr. pro det. — Ast ego (vide ad I, 28, n. 6) templum tibi, Bellona, voveo: quod templum etiam exstruxit et majorum snorum imaginibus ornavit; v. Plin. XXXV, 3. Fuit extra Urbem in IX regione, inter portam Carmentalem

circumque Flaminium (vid. Nardini Roma ant.VI, 2), et proximum templo Apollinis, de quo vid. ad III, 63, n. 5; inter utramque vero ædem columna bellica; vide Ovid. Fast. VI, 201 sq.—Et ipse collegæ et exercitus virtutem adæquavit, ipse quoque parem virtuti collegæ, parem virtuti exercitus virtutem præstiti. Et collega Appli, et exercitus virtute insigni erant; ipse huc usque timidus ac seguis visus fuerat; tum dignam et collegæ et exercitus virtute fortitudinem ostendit. Ed.

cessa est. Septem millia ac trecenti hostium occisi, duo millia et centum viginti capti.

XX. Dum ambo consules omnisque romana vis in etruscum bellum magis inclinat, in Samnio novi exercitus, exorti ad depopulandos imperii romani fines, per Vescinos in Campaniam falernumque agrum transscendunt, ingentesque prædas faciunt. Volumnium, magnis itineribus in Samnium redeuntem (jam enim Fabio Decioque prorogati imperii finis aderat), fama de Samnitium exercitu populationibusque campani agri ad tuendos socios convertit. Ut in calenum agrum venit, et ipse cernit recentia cladis vestigia, et Caleni narrant, tantum jam prædæ hostes trahere, ut vix explicare agmen possint. Itaque jam propalam duces loqui, extemplo eundum in Samnium esse, ut, relicta ibi præda, in expeditionem redeant, nec tam oneratum agmen dimicationi committant. Ea, quanquam similia veris erant, certius tamen exploranda ratus, dimittit equites, qui vagos prædatores in agros palantes excipiant : ex quibus inquirendo cognoscit, ad Vulturnum flumen sedere hostem; inde tertia vigilia moturum²: iter in Samnium esse. His satis exploratis profectus, tanto intervallo ab hostibus consedit, ut nec adventus suus propinquitate nimia nosci posset, et egredientem e castris hostem opprimeret. Aliquanto ante lucem ad castra accessit; gnarosque oscæ linguæ³, exploratum quid agatur, mittit: intermixti hostibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoscunt, infrequentia armatis signa 4 egressa, prædam

CAP. XX. 1. Per Vescinos; vide ad VIII, 11, n. 3. — Explicare agmen possint; explicari agmen possit Lovel. 3, Harlei. et Gaertn. quod non displicet; et sic etiam lib. II, cap. 59, et XLII, cap. 66. Ep.

^{2.} Inde tertia vigilia moturum; v. ad II, 3, n. 2.

^{3.} Gnarosque oscæ linguæ; vid. ad VII, 2, n. 12.

^{4.} Infrequentia armatis signa; cf. ad VII, 8, n. 4.

prædæque custodes exire, ignobile agmen⁵, et sua quemque molientem⁶, nullo inter alios consensu, nec satis certo imperio. Tempus aggrediendi? aptissimum visum est : et jam lux appetebat; itaque signa canere jussit; agmenque hostium aggreditur. Samnites, præda impediti, infrequentes armati, pars addere gradum, ac præ se agere prædam, pars stare, incerti utrum progredi, an regredi in castra tutius foret, inter cunctationem opprimuntur; et Romani jam transcenderant vallum, cædesque ac tumultus erat in castris. Samnitium agmen, præterquam hostili tumultu, captivorum etiam repentina defectione turbatum erat; qui partim ipsi soluti vinctos solvebant, partim arma in sarcinis deligata rapiebant, tumultumque, prælio ipso terribiliorem, intermixti agmini præbebant. Memorandum deinde edidere facinus : nam Staium Minacium ducem⁸, adeuntem ordines hortantemque, invadunt, dissipatis inde equitibus, qui cum eo aderant, ipsum circumsistunt, insidentemque equo captum ad consulem romanum rapiunt: revocata eo tumultu prima signa Samnitium: præliumque jam profligatum 9 integratum est, nec diutius sustineri potuit. Cæsa ad sex millia hominum: duo millia et quingenti capti: in eis tribuni militum quatuor; signa

- 5. Ignobile agmen, non tam armis ornatum, quam præda oneratum, pugnæque et fortium factorum immemor; Gronovius. Contra cap. 25, nobilierem exercitum, magis strenuum et tolerantem; Ern.
- Sua quemque molientem, spectantem et facientem ex arbitrio ea, quæ sibi utilia viderentur, sua consilia sequentem.
- Tempus aggrediendi, etc., pro id, seu hoc tempus, ut multa abrupta
- et male nexa in Livio; Duker. Conf. Gron. ad I, 32.—Jam lux appetebat; vide ad V, 19, n. 2.—Signa canere; vide ad VII, 40, n. 3.— Præda impediti; vide ad V, 16, n. 2.
- 8. Staium Minacium ducem Samnitium. Hoc nomen legitur in Inscriptt., illud in Pers. Sat. II, et al. Conf. ad Tac. Ann. IV, 27, 5. Al. Statium Minatium et Egnatium.
- 9. Præliumque jam profligatum; ▼. ad III, 50, n. 5.

militaria triginta: et, quod lætissimum victoribus fuit, captivorum recepta septem millia et quadringenti; præda ingens sociorum: accitique edicto domini ad res suas noscendas o recipiendasque. Præstituta die, quarum rerum non exstitit dominus, militi concessæ, coactique vendere prædam, ne alibi, quam in armis, animum haberent.

XXI. Magnum ea populatio campani agri tumultum Romæ præbuerat : et per eos forte dies ex Etruria allatum erat, post deductum inde Volumnianum exercitum Etruriam concitam in arma, et Gellium Egnatium, Samnitium ducem, et Umbros ad defectionem vocari, et Gallos pretio ingenti sollicitari¹. His nuntiis senatus conterritus justitium indici, delectum omnis generis hominum haberi jussit; nec ingenui modo, aut juniores sacramento adacti, sed seniorum etiam cohortes factæ, libertinique centuriati2: et defendendæ Urbis consilia agitabantur; summæque rerum prætor P. Sempronius præerat. Cæterum parte curæ exonerarunt senatum L. Volumnii consulis literæ, quibus cæsos fusosque populatores Campaniæ cognitum est; itaque et supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt; justitium remittitur³, quod fuerat dies decem et octo, supplicatioque perlæta fuit. Tum

CAP. XXI. I. Et Gellium Egnatium S. ducem, et Umbros ad defectionem vocare, et Gallos pretio ingenti sollicitare legendum: nam Gellium Egnatium dudum defecerat; Gron. et Drak. Ad rem augendam addi nuntio de Umbris Gallisque, quod jam diu cognitum fuerit, putabat Stroth. To vocare pro-

babat Dukerus, sed rò sollicitari ad Etruscos referebat col. c. 10, 13, 18.

^{2.} Libertini centuriati et seniores; vide ad VI, 2, n. 4.

^{3.} Justitium remittitur; vide ad III, 3, n. 2; et de supplicatione, ad III, 63, n. 2. — Decem et octo, forte decem octo, vel octodecim; Drakenb. coll. Priso. l. XVIII, p. 1170, Græci quoque πίντε καὶ δίκα, δίκα καὶ πίντε. Nos contra quindecim et dec. quinque. Livius tamen frequenter etiam sine con-

de præsidio regionis depopulatæ ab Samnitibus agitari cœptum; itaque placuit, ut duæ coloniæ circa vescinum et falernum agrum deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata; altera in saltu vescino, falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur græca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis romanis appellata. Tribunis plebis negotium datum est, ut plebeiscito juberetur P. Sempronius prætor triumviros in ea loca colonis deducendis creare: nec, qui nomina darent4 facile inveniebantur, quia in stationem se prope perpetuam infestæ regionis; non in agros, mitti rebantur. Avertit ab eis curis senatum Etruriæ ingravescens bellum, et crebræ literæ Appii, monentis, ne regionis ejus motum negligerent: quatuor gentes conferre arma, Etruscos, Samnites, Umbros, Gallos. Jam castra bifariam facta esse, quia unus locus capere tantam multitudinem non possit. Ob hæc, et (jam appetebat⁵ tempus) comitiorum causa L. Volumnius consul Romam revocatus: qui prius, quam ad suffra-

junctione septem decem et decem septem dixit. - Dies decem et octo; quidam per dies, etc. Et ita nonnunquam Livium locutum esse docuit Sigon. ad lib. XXXIX, 22. Sed plurimi, et optimi quidem codd. efficiunt ut Gron. præpositionem delenti accedamus; et eam innumeris locis Livius omisit. Cf. Drak. ad hunc locum; Gronovium ad Hb. XXIII, 20; Cort. ad Sall. Jugurt. cap. 24. Ed. - De vescino agro et saltu vide ad VIII, 11, n. 3; de Minturnis et Sinuessa, coloniis romanis, Vellei. I, 14; Plin. III, 5, seu 9, et ad Sil. VIII, 527. - Quæ Minturnæ appellata; jam Minturnarum mentionem fecit Livius supra VIII, 10, et IX, 25. Itaque non nova hoc loco urbs conditur, sed necesse est jam ante ibi

oppidum fuisse, quod tamen alio nomine ante hanc coloniam deductam appellaretur, quemadmodum mox memoratur Sinope, urbs græca, Sinuesse nomen a colonis accepisse. Ubi autem Livius appellavit antea Minturnas, intelligenda scilicet ea est urbs, cui postea Minturnæ nomen fuit. Sic et Sinuessam nuncupavit, VIII, 11, eam urbem, quæ tunc temporis Sinope, postea Sinuessa appellata est. Es.

4. Qui nomina darent; vide ad I, 11, n. 3. — In stationem prope perpetuam infestæ regionis, in præsidium et custodiam regionis perpetuo fere infestis hostium incursionibus expositæ; Doer.

5. Jam appetebat tompus; vide ad V, 19, n. 2. Ob hose (et jam appet. t.

gium centurias vocaret, in concionem advocato populo, multa de magnitudine belli etrusci disseruit. Jam tum, quum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit, fuisse tantum bellum, ut nec duce uno, nec exercitu geri potuerit: accessisse postea dici Umbros, et ingentem exercitum Gallorum. Adversus quatuor populos duces 6 consules illo die deligi meminissent. Se, nisi confideret, eum consensu populi romani consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, dictatorem fuisse extemplo dicturum.

XXII. Nemini dubium erat, quin Q. Fabius omnium consensu destinaretur; eumque et prærogativæ¹, et primo vocatæ omnes centuriæ consulem cum L. Volumnio dicebant. Fabii oratio fuit, qualis biennio ante 2: deinde, ut vincebatur consensu, versa postremo ad collegam P. Decium poscendum. Id senectuti suæ adminiculum³ fore: censura duobusque consulatibus simul gestis expertum se, nil concordi collegio firmius ad rempublicam tuendam esse. Novo imperii socio vix jam assuescere senilem animum posse : cum moribus notis 4 facilius se communicaturum consilia.

novius.

6. Adversus quatuor populos duces consules, etc. Al. duos consules: sed ita non omnibus quatuor minaretur unum dictatorem, et puerili hoc antitheto lusuque frangitur vis sententiæ, cujus omne pondus est in voce duces, scil. iis pares; Gronov. Hinc et mox eum consulem, qui haud dubie tum primus omnium ductor habeatur, seil. Q. Fabium; duces, non consules conj. Jac. Periz. in Orig. Babyl. c. 6, h. e. qui non tam gesturi essent consulatum in Urbe, quam duces futuri exercituum contra quatuor hostes populos; atque idcirco deligendos esse memi-

comitiorum) L. Volumnius edidit Gro- nissent his comitiis tales consules, qui magis sint idonei, ut reipublicæ præsint belli forisque, quam domi et in

> CAP. XXII. 1. Lt prærogativæ (imoprærogativa) et primo vocatæ centurice; vide ad III, 51, n. 3.

- 2. Qualis biennio ante; conf. c. 13 et 15. - Ad collegam P. Decium poscendum....censura (vide IX, 46) duobusque consulatibus.....concordi collegio; cf. c. 13. - Nihil firmius, quam si concordi animo collegæ rem gerant. En.
- 3. Senectuti suæ adminiculum; v. ad VI, 1, n. 3.
 - 4. Cum moribus notis, cum eo, cujus

Subscripsit orationi ejus consul, quum meritis P. Decii laudibus, tum, quæ ex concordia consulum bona, quæque ex discordia mala in administratione rerum militarium evenirent, memorando, quam prope ultimum discrimen suis et collegæ certaminibus nuper ventum foret: admonendo Decium Fabiumque, ut uno animo, una mente viverent. Esse præterea 5 viros natos militiæ, factis magnos, ad verborum linguæque certamina rudes: ea ingenia consularia esse: callidos solertesque, juris atque eloquentiæ consultos, qualis Ap. Claudius esset, Urbi ac foro præsides habendos, prætoresque ad reddenda jura creandos esse. His agendis dies est consumptus : postridie ad præscriptum consulis et consularia et prætoria comitia habita. Consules creati⁶ Q. Fabius et P. Decius : Ap. Claudius prætor; omnes absentes: et L. Volumnio ex senatusconsulto et scito plebis prorogatum in annum imperium est.

XXIII. Eo anno prodigia multa fuerunt: quorum averruncandorum causa supplicationes in biduum senatus decrevit: publice vinum ac tus præbitum. Supplicatum iere frequentes viri feminæque: insignem supplicationem fecit certamen in sacello Pudicitiæ pa-

ingenium et mores sibi noti et perspecti sint; Doer. — Subscripsit orationi ejus, illam adjuvit, consul, Volumnius, quum Decii laudibus, eum laudando, tum memorando, etc. Subscribere, præter alios, dicitur accusator secundarius, vel accusatoris adjutor, qui, quum accusator rei nomen defert, suum quoque nomen libello subscribit; unde subscriptor vocatur, et subscribere est assentiri, vel adjuvare. Hinc subscribere odüs accusationibusque Hannibalis, ac, velut accusatores, nomen deferre XXXIII, 47.

- 5. Rsse præterea; Fabium et Decium, præterquam quod concordia inter se clari sint, esse etiam viros, etc. Eb. Viros natos (al. gnæros) militiæ; vide ad V, 37, n. 6. Urbi ac foro præsides habendos; vide ad cap. 17, n. 3.
- 6. Consules creati...omnes absentes; vide ad IV, 42, n. 1. Fabius et Decius Campo Martio aberant, Claudius etiam Urbe. Ap. Claudius prætor creatus, qui anno præc. consul fuerat, ut Papirius c. 47. Conf. Pigh. Ann. ad ann. 469, p. 413.

triciæ¹, quæ² in foro boario est ad ædem rotundam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam, Auli filiam, patriciam plebeio nuptam L. Volumnio consuli, matronæ, quod e Patribus enupsisset³, sacris arcuerant: brevis altercatio inde ex iracundia muliebri in contentionem animorum exarsit; quum se Virginia et patriciam et pudicam in patriciæ Pudicitiæ templum ingressam, et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit 4, nec se viri, honorumve ejus ac rerum gestarum pœnitere, vero gloriaretur. Facto deinde egregio magnifica verba adauxit : in vico Longo, ubi habitabat, ex parte ædium⁵, quod satis esset loci modico sacello, exclusit; aramque ibi posuit; et, convocatis plebeiis matronis, conquesta injuriam patriciarum: « Hanc « ego aram, inquit, Pudicitiæ plebeiæ dedico: vosque « hortor, ut, quod certamen virtutis viros in hac civi-« tate tenet, hoc pudicitiæ inter matronas sit; detis-« que operam, ut hæc ara, quam illa, si quid potest, « sanctius et a castioribus coli dicatur. » Eodem ferme ritu et hæc ara, quo illa antiquior, culta est, ut nulla, nisi spectatæ pudicitiæ matrona, et quæ uni viro nupta

CAP. XXIII. 1. In sacello Pudicitiæ patriciæ; conf. Festus.

- 2. Quæ (f. quod) in foro boario inter circum maximum et Tiberim, in II regione Urbis. In hoc foro erat ædes Herculis Victoris et ara maxima.
- 3. Quod e Patribus enupsisset; vide ad IV, 4, n. 4.
- 4. Et uni nuptam, ad quem virgo deducta sit: univiram esse laudi erat mulieribus romanis (vide ad Juvenal. VI, 229), et amor primus fortior putabatur secundo; vide ad Silium, III, 64; XVII, 73, 361. Deduci autem propr. dicuntur sponsæ die nuptiarum domos sponsorum, hinc et muptiæ XLII, 12, n. 2; nisi nuptas ibi leg.

pro nuptias. — Pænitere se; vide ad II, 54, n. 16.

5. Ex parte ædium id, seu tantum loci, quod...exclusit, secrevit. Conf. Gronov. Obss. III, 13. Mox pro matronis quidam MSS matrimoniis, h. e. uxoribus. Conf. ad Tac. Ann. II, 13, n. 9. — Conquesta injuriam; al. de injuria. Sed vulgatum præferimus; infra XXV, 12, Thoas prætor eorum conquestus injurias Rom.; XXXIX, 5, id Cenomani conquesti Romæ apud senatum; XXIX, 9, quos ad conquerendas Philippi injurias in tot socias nobis urbes venissem, pro ad conquerendum injurias. Et ita sæpius etiam Livium queri injuriam, necem, et si-

senatus arbitrio 6 se fuisse, et in potestate populi futurum. P. Decius senatus injuriam querebatur; quoad potuerint, Patres adnisos, ne plebeiis aditus ad magnos honores esset: postquam ipsa virtus pervicerit, ne in ullo genere hominum inhonorata esset, quæri, quemadmodum irrita sint non suffragia modo populi, sed arbitria etiam fortunæ, et in paucorum potestatem vertantur. Omnes ante se consules sortitos provincias esse; nunc extra sortem Fabio senatum provinciam dare. Si honoris ejus causa; ita eum de se deque republica meritum esse, ut faveat Q. Fabii gloriæ8, qua modo non sua contumelia splendeat. Cui autem dubium esse, ubi unum bellum sit asperum ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter consul pro supervacaneo atque inutili habeatur? Gloriari Fabium rebus in Etruria gestis: velle et P. Decium gloriari, et forsitan, quem ille obrutum ignem reliquerit9, ita ut toties novum ex improviso incendium daret, eum se exstincturum. Postremo se collegæ honores præmiaque concessurum 10 verecundia ætatis ejus majestatisque; quum periculum, quum dimicatio proposita sit, neque cedere sua sponte, neque cessurum; et, si nihil aliud ex eo certamine tulerit, illud certe laturum, ut, quod populi sit, populus jubeat potius, quam pa-

querit, incendium belli, ab illo tantum sopitum, eum se plane exstincturum esse, h. e. se bellum, quod ille tantum ad tempus represserit, profligaturum esse; Doer. Conf. not. 3; ad VII, 30, n. 5, et XXIX, 31, n. 1.

10. Se collegæ honores præmiaque concessurum, passurum se vinci in petendis honoribus, ut XXXVII, 31, et al. mare concessum dicitur; Gron.—Quum periculum, quum dimicatio, ut mox certamen, scil. de iisdem hono-

In senatus arbitrio (seu potestate) se fuisse, se cessisse voluntati Patrum, qui Etruriam sibi extra ordinem dari velint.

^{7.} Arbitria etiam fortunæ, sortem. Cf. segg.

^{8.} Ut faveat Q. Fabii gloriæ, quæ modo, dummodo ea, non sua contumelia splendeat, augeatur, ex ea quasi incrementum capiat; ut splendere aliena invidia XXXVIII, 53.

^{9.} Quem ille obrutum ignem reli-

tres gratificentur. Jovem optimum maximum deosque immortales se precari, ut ita sortem æquam sibi cum collega dent, si eamdem virtutem felicitatemque in bello administrando daturi sint. Certe id et natura æquum, et exemplo utile esse, et ad famam populi romani pertinere, eos consules esse, quorum utrolibet duce bellum etruscum geri recte possit. Fabius, nihil aliud precatus populum, quam ut prius, quam intro vocarentur ad suffragium tribus¹¹, Ap. Claudii prætoris allatas ex Etruria literas audirent, comitio¹² abit: nec minore populi consensu, quam senatus, provincia Etruria extra sortem Fabio decreta est.

XXV. Concursus inde ad consulem factus omnium ferme juniorum: et pro se quisque nomina dabant: tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circumfusus turba, « Quatuor millia, inquit, peditum et sexcentos equites duntaxat scribere in animo est: « hodierno et crastino die qui nomina dederitis, me- cum ducam. Majori mihi curæ est, ut omnes locu- pletes reducam, quam ut multis rem geram militi- bus.» Profectus apto exercitu², et eo plus fiduciæ ac spei gerente, quod non desiderata multitudo erat, ad oppidum Aharnam, unde haud procul hostes erant, ad castra Appii prætoris pergit. Paucis citra millibus

ribus præmiisque. Forte et ad *pericula* belli gravioris respicitur.

11. Intro vocarentur ad suffragium tribus, vide ad X, 13, n. 9.

12. Comitio abit; vide I, 36, n. 6. CAP. XXV. 1. Nomina dabant; v. ad I, 11, n. 3. — Majori mihi curæ est; major mihi curæ est Klock. potior vulgata lectio. Cic. ad Famil. X, 1, mihi maximæ curæ est, non de mea quidem vita; sed me patria sollicitat; ad Att. I, 1, Petitionis nostræ, quam

tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est; post redit. ad Quir. 9, mihi majori curæ est, quemadmodum vobis gratiam referam. Ita esse prædæ Liv. supra dixit III, 24. Ep.

2. Profectus cum apto exercitu, expedito; Doering. parato ad expeditionem, Schæf. forti et laudis cupido; Ern. Malim: idoneo et consiliis speique ducis respondente.

3. Paucis citra (Aharnam oppid.) millibus, scil. passuum.

lignatores ei cum præsidio occurrunt; qui, ut lictores prægredi viderunt Fabiumque esse consulem accepere, læti atque alacres diis populoque romano grates agunt, quod eum sibi imperatorem misissent. Circumfusi deinde quum consulem salutarent, quærit Fabius, quo pergerent; respondentibusque, lignatum se ire, «ain' « tandem 4, inquit, num castra vallata non habetis?» Ad hoc quum succlamatum esset, duplici quidem vallo et fossa, et tamen in ingenti metu esse: «Habetis igitur, « inquit, affatim lignorum. Redite, et vellite vallum.» Redeunt in castra, terroremque ibi, vellentes vallum, et iis, qui in castris remanserant, militibus, et ipsi Appio fecerunt: tum pro se quisque alii aliis dicere, consulis se Q. Fabii facere jussu. Postero inde die castra mota, et Appius prætor Romam dimissus. Inde nusquam stativa Romanis fuere: negabat utile esse 5, uno loco sedere exercitum: itineribus ac mutatione locorum nobiliorem ac salubriorem esse : fiebant autem itinera, quanta fieri sinebat hiems haud dum 6 exacta Vere inde primo, relicta secunda legione ad 7 Clusium,

4. Ain' tandem? admirantis deque rei veritate dubitantis interrogatio est, quæ refertur semper ad aliquid, quod præcesserit, h. l. ad lignatum se ire, ut nos: Was sagst du? tono τοῦ Was acriter intenso; Stroth.

5. Negabat utile esse, scil. Fabius.

— Nobiliorem esse, strenuiorem, laborum tolerantiorem, sive minus desidem, minus ignavum, ut solet, quum diu uno loco sedet, otio corrumpi miles; nisi cum Clerico Art. crit. III, 1, 4, 4, leg. mobiliorem, expeditiorem, ad bella promptiorem: nam qui diu in iisdem stativis sedent, sarcinas omnes et impedimenta explicare solent, quibus colligendis deinde, itinere denuntiato, plusculum temporis opus est:

at qui se non diu eodem loco mansuros sciunt vel putant, non nisi omnino ne cessaria ad usum expediunt, quibus, quum iter faciendum est, nullo negotio collectis, ipsi facilius movere se possunt; Duk. Nobiliorem majorem de se famam adeoque majorem apud hostes terrorem excitare; salubriorem, magis corporum sanitati consulere, Doer. Cf. ad cap. 20, n. 5. — Nostri codd. habent nobiliorem. Ed.

6. Hiems haud dum exacta, finita.

— Secunda legione, de qua Glareanus ex capitib. 18 et 27 difficultatem haud levem movit; Stroth.

7. Ad Clusium, quod Camars, vel Camers olim appellabant; cf. Polyb. II, 19, n. 5; supr. ad II, 9, n. 1; et quod Camars olim appellabant, præpositoque castris L. Scipione proprætore, Romam ipse ad consultandum de bello rediit; sive ipse sponte sua, quia bellum ei majus 8 in conspectu erat, quam quantum esse famæ crediderat, sive senatusconsulto accitus: nam in utrumque auctores sunt. Ab Ap. Claudio prætore retractum quidam videri volunt; quum in senatu, et apud populum (id quod per literas assidue fecerat) terrorem belli etrusci augeret: non suffecturum ducem9 unum, nec exercitum unum, adversus quatuor populos. Periculosum esse, sive juncti unum premant, sive id diversi gerant bellum, ne ad omnia simul obire unus non possit. Duas se ibi legiones romanas reliquisse; et 10 minus quinque millia peditum equitumque cum Fabio vemisse. Sibi placere, P. Decium consulem primo quoque tempore in Etruriam ad collegam proficisci: L. Volumnio Samnium provinciam dari. Si consul malit in suam provinciam ire, Volumnium in Etruriam ad consulem cum exercitu justo consulari proficisci. Quum magnam partem moveret oratio prætoris, P. Decium censuisse ferunt, ut omnia integra ac libera Q. Fabio

ad Sil. VIII, 461. — L. Scipione proprætore; vide ad XXII, 8, n. 1. Mox alterum ipse post sive forte delendum. Cf. tamen ad I, 3, n. 8.

- 8. Bellum ei majus in conspectu erat, majus videbatur coram res conspicienti. Auctores; confer ad II, 58, n. r.
- 9. Non suffecturum ducem unum, nec exercitum unum: alterutrum commode poterat abesse: sed amat Livius tales repetitiones; Ern. coll. XXIII, 11; XXVIII, 9; XXV, 28, 38, 43; XXIX, 5; XXXII, 21; XXXIII, 43.—Periculosum esse: forte leg. periculum esse. Sup. c. 7, id esse periculum ne suas preces minus audirent dii;

XL, 1, Apuanos ad rebellionem spectare, periculumque esse, ne impetum in agrum pisanum facerent; Gronov. XLV, 23, id enim vero periculum erat ne Romanos Rhodii contemnerent. Et sane, quemadmodum Gronov. conj. Leid. 2 et Lovel. 1 præferunt; magisque ex more liviano esset. En. — Ad omnia simul obire, ut XXXI, 21; ad omnes hostium subitos conatus obire, quasi circumire, h. e. ubivis præsentem esse, ad omnia attendere, iisque repente consulere.

10. Minus (quam) quinque millia peditum equitumque; conf. pr. cap.— Si consul, Decius, malit in suam, sibl mandatam, provinc., in Samnium, ire.

servarentur, donec vel ipse, si per commodum 11 reipublicæ posset, Romam venisset, vel aliquem ex legatis misisset; a quo disceret senatus, quantum in Etruria belli esset, quantisque administrandum copiis, et quot per duces esset.

XXVI. Fabius, ut Romam rediit, et in senatu, et productus ad populum mediam orationem i habuit, ut nec augere, nec minuere videretur belli famam, magisque in altero assumendo duce aliorum indulgere timori, quam suo aut reipublica periculo consulere. Cæterum, si sibi adjutorem belli 2, sociumque imperii darent, quonam modo se oblivisci P. Decii consulis per tat collegia experti posse? Neminem omnium secum conjungi malle : et copiarum satis sibi cum P. Decio, et numquam nimium hostium fore: sin collega quid aliud malit, at sibi L. Volumnium darent adjutorem. Omnium rerum arbitrium et a populo, et a senatu, et ab ipso collega, Fabio permissum est: et quum P. Decius se in Samnium, vel in Etruriam proficisci paratum esse ostendisset, tanta lætitia ac gratulatio fuit, ut præciperetur³ victoria animis, triumphusque, non bellum decretum consulibus videretur. Invenio apud quosdam, extemplo, consulatu inito, profectos in Etruriam Fabium Deciumque, sine ulla mentione sortis provincia-

^{11.} Per commodum reipubl., belli, commode per bellum; Doer. Sine detrimento reipublicæ, vel ita, ut huic iter magis prosit quam noceat.

CAP. XXVI. 1. Mediam orationem explicat ipse Livius: quæ nec augebat nec minuebat belli famam. Conf. ad I, 32, n. 5.

^{2.} Cæterum, si sibi adjutorem belli, ...passe, hæc ad verbum ex Hom. II. K, 242, v. 3 expressa, ap. quem Diomedes: Εἰ μὲν δὴ ἔταρόν γε κελεύετέ

μ' αὐτὸν ἱλέσθαι, Πῶς ἄν ἔπειτ' Οδυσῆς ἐγὰ θείσιο λαθείμην; Gron. consulis per tot collegia experti; conf. ad II, 29, n. 1; X, 13, n. 11; X, 24, n. 1. Vox consulis nonnihil suspecta Dukero.

^{3.} Ut præciperetur victoria animis; vide ad VII, 26, n. 5.—Perciperetur al. male. Sup. IX, 5, omnia tristiora experiundo factura, quam quæ præceperant animis; lib. XXXI, cap. 49, non id, quod animis præceperant.

rum certaminumque inter collegas, quæ exposui: sunt, quibus ne hæc quidem certamina exponere satis fuerit. Adjecerunt et Appii criminationes de Fabio absente ad populum, et pertinaciam adversus præsentem consulem prætoris, contentionemque aliam inter collegas, tendente Decio 4, ut suæ quisque provinciæ sortem tueretur. Constare res incipit 5 ex eo tempore, quo profecti ambo consules ad bellum sunt. Cæterum, antequam consules in Etruriam pervenirent, Senones Galli multitudine 6 ingenti ad Clusium venerunt, legionem romanam castraque oppugnaturi. Scipio, qui castris præerat, loco adjuvandam paucitatem suorum militum ratus, in collem, qui inter urbem et castra erat, aciem erexit; sed, ut in re subita, parum explorato itinere ad jugum perrexit, quod hostes ceperant, parte alia egressi: ita cæsa ab tergo legio, atque in medio, quum hostis undique urgeret, circumventa. Deletam quoque ibi legionem; ita ut nuntius non superesset, quidam auctores 7 sunt; nec ante ad consules, qui jam haud procul a Clusio aberant, famam ejus cladis perlatam, quam in conspectu fuere Gallorum equites 8, pectori-

questus est; lib. XXXVIII, cap. 20, non cominus pugnam, sed procul locis oppugnandis futuram, præceperat animo. Ep.

4. Tendente Decio; vide ad IV, 7, n. 6. — Provinciæ sortem pro simpl. provinciam, et quidern h. l. sine sorte datam, quia plerumque non nisi sorte dabantur provinciæ. Conf. ad III, 2, n. 1. Similiter sors Macedoniæ XLII, 31, n. 3, et sors imperii XXII, 45, n. 3, de provincia et imperio consulum, quod alteri sorte evenit; sors comitiorum III, 64, n. 2; potestas comitia habendi, sorte tribuendà, comitia sortis consulum XXXVI, 6 pr. et XXXIX, 6 pr. numeris, quod al-

teri sorte evenit. Confer ad Tac. Ann. III, 32, n. 2.

- 5. Constare res incipit; vide ad IX, 2, n. 1.
- 6. Senones Galli multitudine, etc.; conf. Polyb. II, 19. Mox in collem... aciem erexit, ut IX, 31 al., pro colle ex 2 MSS recepi exemplo Creverii et Strothii.
- 7. Quidam auctores sunt; vide ad II, 58, n. 1.

8. Gallorum equites, pectoribus equorum suspensa gestantes capita cesorum Romanorum; cf. Strab. IV, 4, 5, pag. 197, al. 602. Similia exhibet de Gallis Diod. Sic. lib. V, 29, τῶν δὰ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφα-

bus equorum suspensa gestantes capita, et lanceis infixa, ovantesque moris sui carmine. Sunt, qui Umbros fuisse, non Gallos, tradant; nec tantum cladis acceptum: et circumventis pabulatoribus cum L. Manlio Torquato legato Scipionem proprætorem subsidium e castris tulisse, victoresque Umbros, redintegrato prælio, victos esse, captivosque eis ac prædam ademptam. Similius vero est, a Gallo hoste, quam Umbro, eam cladem acceptam; quod, quum sæpe alias, tum eo anno, gallici tumultus 9 præcipuus terror civitatem tenuit. Itaque præterquam quod ambo consules profecti ad bellum erant cum quatuor legionibus, et magno equitatu romano, campanisque mille equitibus delectis, ad id bellum missis, et sociorum nominisque la tini majore exercitu, quam romani 10; alii duo exercitus haud procul Urbe Etruriæ oppositi, unus in falisco, alter in vaticano agro. Cn. Fulvius et L. Postumius Megellus, proprætores ambo, stativa in eis locis habere jussi.

XXVII. Consules ad hostes, transgresso ¹ Apennino, in agrum sentinatem ² pervenerunt. Ibi quatuor mil-

λάς ἀφαιρούντες περιάπτουσι τοὺς αὐχένας των ιππων τὰ δὲ σχῦλα τοῖς θεράπουσι παραδόντες ήμαγμένα λαφυραγωγούσι παιανίζοντες καὶ ἄδοντες υμνον έπινίκιον. Ed. — Ovantes moris sui carmine, Galli aliique barbari victores in prælio ἐπινίκιον, vel pæana canunt; prælium vero ineunt cum cantu, ululatu, tripudiis, horrendo erepitu armorum, scutorumque quassatione. Cf. XXI, 28 pr. et 42; XXXVIII, 17; Polyb. II, 29; III, 43; ad VI, 24, n. 1; ad Sil. III, 346; IV, 215; X, 230. Similia Hispanorum tripudia memorantur inf. XXIII, 26, n. 5, et XXV, 17, n. 4.

9. Gallici tumultus; v. II, 26, n. 1.

10. Nominisque latini majore exercitu. quam romani; conf. ad I, 10, n. 2. Verba quam romani vehementer suspecta erant J. Fr. Gron. etiam romani alii duo exercitus conj. Jac. Gronovius, et quam romano Duk. — Proprætores ambo, quibus a populo imperium extra ordinem datum videtur; Dukerus.

CAP. XXVII. 1. Transgresso Apennino, pass., nisi leg. transgressos Apenninum (cum Gron.), vel Apennino, vide ad V, 35, n. 5. Consules erant in agro clusino (vide cap. præc.), et ex eo in sentinatem non venire poterant, nisi superato Apennino; Duk.

2. In agrum sentinatem, ut mox et

lium ferme intervallo castra posita. Inter hostes deinde consultationes habitæ; atque ita convenit, ne unis castris miscerentur omnes, neve in aciem descenderent simul. Samnitibus Galli, Etruscis Umbri adjecti : dies indicta pugnæ; Samniti Gallisque delegata pugna: inter ipsum certamen Etrusci Umbrique jussi castra romana oppugnare. Hæc consilia turbarunt transfugæ Clusini tres, clam nocte ad Fabium consulem transgressi; qui, editis hostium consiliis, dimissi cum donis, ut subinde³, ut quæque res nova decreta esset, exploratam perferrent. Consules Fulvio, ut ex Falisco, Postumio, ut ex Vaticano exercitum ad Clusium admoveant, summaque vi fines hostium depopulentur, scribunt. Hujus populationis fama Etruscos ex agro sentinate ad suos fines tuendos movit. Instare inde consules 4, ut absentibus iis pugnaretur; per biduum lacessiere prælio hostem: biduo nihil dignum dictu actum. Pauci utrimque cecidere; magisque irritati sunt ad justum certamen animi, quam ad discrimen summa rerum adducta 5: tertio die descensum in campum omnibus copiis est. Quum instructæ acies starent, cerva fugiens lupum e montibus exacta per campos inter duas acies decurrit : inde diversæ feræ,

cap. 30. Al. sentinatum, ut iv τῷ τῶν Σεντινατῶν χώρα apud Polyb. II, 19, ubi de eadem re agitur. Sentinum Umbriæ oppidum ad Apennini radices, hod. Sentina. — Quatuor millium; v. ad IX, 24, n. 2.

d l

115

pa:

150

550 F

(50) B

tree

5 ere

 $\mathbf{c}\cdot\rangle^{t}$

3. Ut subinde, ut quæque res, etc.; vid. V, 20, n. 4. — Ex Falisco et Vaticano, scil. agro; vide ad VIII, 12, n. 11.

4. Instare inde consules, urgent, adhortantur milites, vel postulant, vel operam dant. Confer XXIV, 14 extr. et ad XXXII, 11, n. 4.

5. Ad discrimen summa rerum adducta; vide ad III, 5, n. 6, et VI, 17, n. 1. — Exacta, exturbata; Doer. — E montibus acta editi ante Aldum. Verum, Livius verbis cum præpositione compositis eamdem præpositionem in regimine addere solet. Sic Plaut. Capt. act. IV, sc. 1, v. 61, Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mærorum tibi. Cicero de Oratorlib. II, cap. 48, neque reges ex hac civitate exigi...sine nobilium dissensione potuisse. Ed. — Diversæ; vide III, 60, n. 1.

cerva ad Gallos, lupus ad Romanos cursum deflexit: lupo data inter ordines via; cervam Galli confixere. Tum ex antesignanis romanus miles: Illac fuga, inquit, et cædes vertit⁶, ubi sacram Dianæ feram jacentem videtis. Hinc victor martius lupus⁷, integer et intactus, gentis nos martiæ et conditoris nostri admonuit. Dextro cornu Galli, sinistro Samnites⁸ constiterunt: adversus Samnites Q. Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu; adversus Gallos pro sinistro Decius quintam et sextam instruxit; secunda et quarta cum L. Volumnio proconsule in Samnio gerebant bellum. Primo concursu adeo æquis viribus gesta res est, ut, si adfuissent Etrusci et Umbri, aut in acie, aut in castris, quocumque se inclinassent, accipienda clades fuerit.

XXVIII. Cæterum, quamquam communis adhuc Mars, belli erat, necdum discrimen fortuna fecerat, qua datura vires, esset, haudquaquam similis pugna in dextro lævoque cornu erat. Romani apud Fabium arcebant magis, quam inferebant, pugnam; extrahebaturque in quam maxime serum diei certamen: quia ita persuasum erat duci, et Samnites et Gallos primo impetu feroces, esse, quos sustineri satis sit; longiore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque æstus fluere; primaque eorum prælia plus

^{6.} Illac (ad hostes) fuga et cædes vertit; vide ad II, 3, n. 2.

^{7.} Martius lupus, ei sacer, ut apud Virg. En. IX, 566, et martialis lupus apud Horat. Od. I, 17, v. 9. — Gentis martiæ, romanæ. Epitheton tam ad originem, quam ad virtutem Romanorum referri potest, ut ἀνδρες ἀρποι, Martius miles, etc. Conf. ad XXXVIII, 17, n. 8.

^{8.} Dextro cornu Galli, sinistro Samnites, etc.; vide ad lib. XXII, cap. 45, n. 4.

CAP. XXVIII. 1. Communis Mars belli; vide ad V, 12, n. 1.

^{2.} Qua datura vires esset; vide ad cap. 12, n. 2.

^{3.} Gallos primo impetu feroces esse ... Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque estus

quam virorum, postrema minus quam feminarum esse. In id tempus igitur, quo vinci solebat hostis, quam integerrimas vires militi servabat. Ferocior Decius et ætate et vigore animi, quantumcunque virium habuit, certamine primo effudit4; et, quia lentior videbatur pedestris pugna, equitatum in pugnam concitat, et ipse, fortissimæ juvenum turmæ immixtus, orat proceres juventutis, in hostem ut secum impetum faciant: duplicem illorum gloriam fore, si ab lævo cornu et ab equite victoria incipiat : bis avertere gallicum equitatum. Iterum longius evectos, et jam inter media equitum agmina prælium cientes, novum pugnæ conterruit genus: essedis carrisque⁵ superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque advenit, et insolitos ejus tumultus Romanorum conterruit equos. Ita victorem equitatum velut 6 lymphaticus pavor dissipat : sternit inde ruentes equos virosque improvida fuga. Turbata hinc etiam signa legionum; multique impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antesignani; et insequuta, simul territos hostes vidit, gallica acies nullum spatium re-

flaere, etc.; confer XXXVIII, 17; ad V, 44, 4, et VII, 29, n. 3.

τοις πολέμοις σαυνιάζουσι (sminio, jaculo petunt) τους έναντίους, και καταδάντες είς την άπο του ξίφους συνίστανται μάχην, Diodot. V, 29.

Insolitos tumultus; vide IV, 9, n. 4.

6. Velut lymphatieus pavor; vide ad VII, 17, n. 2. — Lymphatus pavor, al. Ita lymphatus cursus Sil. I, 458, « ruit ocius amens Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus.» Sed præstat ut vulgatum servemus, quod optimi tuentur. Apul.VIII, pag. 214, « Incitante tibiæ cantu lymphaticum tripudium.» Plin. XXVI, 8, « Semen ejus potum lymphatica somnia facere dicitur. » ED.

^{4.} Certamine primo effudit vires; conf. ad Sil. XVI, 339.

^{5.} Essedis carrisque, forte carpentisque: nam Gallos carris ad impedimenta vehenda, non ad pugnandum usos esse aliumde constat; Duk. Cf. cap. 30, essedis carrisque superstans armatus hostis: nam Galli præter peditatum equitatumque in pugna etiam suverpion, carpentis, bigis, essedis, atuntur: ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, καὶ ταῖς μάχαις χρῶνται συνωρίσιν, ἔχοντος τοῦ ἄρματος ἡνίοχον καὶ παραδάτην. Απαντῶντες δὲ τοῖς ἐριππεύουσιν ἐν

spirandi recipiendique? se dedit. Vociferari Decius. Quo fugerent? quante in fuga spem haberent? obsistere cedentibus, ac revocare fusos. Deinde, ut nulla vi perculsos sustinere 8 poterat, patrem P. Decium nomine compellans, « Quid ultra moror, inquit, fa-« miliare fatum? Datum hoc nostro generi est, ut « luendis periculis publicis piacula simus. Jam ego « mecum hostium legiones mactandas Telluri ac diis « Manibus dabo 9. » Hæc loquutus M. Livium pontificem, quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi romani Quiritium devoveret: devotus inde eadem precatione, eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veserim bello latino se jusserat devoveri. Quum secundum solemnes precationes adjecisset, præ se agere sese formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cælestium 10, inferorum iras; contacturum funebribus diris signa, tela, arma hostium; locumque eumdem suce pestis et Gallorum ac Samnitium fore: hæc exsecratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis est interfectus.

XXIX. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amisso, quæ res terrori alias esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare

^{7.} Respirandi recipiendique se; vide ad VI, 24, n. 3.

^{8.} Perculsos sustinere, retinere. Cf. ad II, 44, n. 6.

^{9.} Jam ego meenm hostium legiones mactandas Telluri ac düs Manibus dabo...M. Livium pontificem...praire jussit verba; vide V. 41, n. 4.—
Lodem habitu, quo pater P. Decius ad Veserim, etc.; conf.VIII, 8, n. 9.
Decium patrem eum Latinis, filium

cum Etruscis, et nepotem cum Pyrrho decertantem se devovisse dicit Cicer. Tusc. Qu. I, 37, et Fin. II, 19. Alii de patre tantum filioque iil tradunt, et ipse Cic. Parad. I, 3.

^{10.} Carlestium (et) inferorum 'deorum) iras; contacturum...pestis Sammitium fore; vide ad II, 5, n. 3, et II, 44, n. 5. — Hace exsecratus in se hostesque; vide ad librum I, cap. 51, n. 1.

pugnam¹. Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus, velut alienata mente, vana incassum jactare tela: torpere quidam, et nec pugnæ meminisse, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusseratque proprætorem esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos 3 consulis fato. Gallos Samnitesque Telluris matris ac deorum Manium esse: rapere ad se ac vocure Decium devotam secum aciem; furiarumque ac formidinis plena omnia ad4 hostes esse. Superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio et C. Marcius, cum subsidiis ex novissima acie jussu Q. Fabii consulis ad præsidium collegæ missi. Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda: itaque quum Galli structis ante se scutis conferti starent, nec facilis pede collato 5 videretur pugna,

CAP. XXIX. 1. Novam de integro instaurare pugnam, ut XXXVII, 19. Conf. ad II, 36, n. 1. — Velut alienata mente, scil. a recta ratione, h. e. vesana, ut III, 48, n. 1, et XLII, 28 ext. — Vana tela, irrita, ut vani ictus XXXIV, 39, et vanum teli genus, non efficax, XXXI, 39.

2. Jusseratque pro prætore esse, vulgo proprætorem. Sed Livius amat dicere pro prætore, pro consule, pro quæstore (XLI, 10), pro dictatore: quæ passim recte restituerunt Gronov. et Drakenb. pro vulg. proconsul, etc., quæ tamen forma sæpe etiam in omnibus libris legitur, v. grat. XXIII, 31; XXXVII, 46; XXXIX, 29, al., et late defenditur a Manut. ad Cic. Ep. ad Div. I, 1.

3. Defunctos consulis fato; vide ad II, 35, n. 2. — Liberatos jam, nec quidquam amplius cælestibus inferisve diis debentes, post consulis mortem.

En. — Furiarumque, ingentis terroris anxietatisque, ut apud Ciceronem, Mil. 33.

4. Ad hostes esse; vide ad II, 10, n. 10. - Ex novissima acie. Gellius credidit Ciceronem verbis novissimus et novissime, tanquam non latinis, abstinuisse. Certatim tamen viros doctos eum erroris arguisse, et tria ex Cicerone loca quibus usus est, laudasse observavit J. Gronov. ad Gellium. Similiter novissimus sæpe apud Livium occurrit; II, 42, invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem; cap. 52, Volsci novissimos adoriuntur; III, 41, perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem; XXII, 2, jussit novissimos ire equites; XXXI, 27, revertentem in transitu fluminis a novissimo agmine adortus; XLII, 57, abeuntium novissimum agmen aggrederentur. Ed.

5. Pede collato; vide VI, 12, n. 7.

jussu legatorum collecta humi pila, qua strata inter duas acies jacebant, atque in testudinem hostium conjecta. Quibus plerisque in scuta6, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus", ita ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent : hæe in sinistro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabins in dextro primo ut ante dictum est) cunctando8 extraxerat diem: deinde, postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eamdem vim habere visa; prafectis equitum jussis ad latus Samuitium circumducere alas, ut signo dato in transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent; sensim suos signa inserre jussit, et commovere hostem. Postquam non resisti vidit, et haud dubiam lassitudinem esse; tum, collectis omnibus subsidiis, quæ ad id tempus reservaverat, et legiones concitavit, et signum ad invadendos hostes equitibus dedit: nec sustinuerunt Samnites impetum; præterque aciem ipsam Gallorum, relictis in dimicatione sociis, ad castra effuso cursu ferebantur. Galli, testudine facta9, conferti stabant; tum Fa-

[—] Collecta humi, forte ut apud Plin. VIII, 42; nisi leg. collecta pila, qua humi strata, etc. Duk. et Drak. — In testitudinem; vido ad V, 5, n. 3.

^{6.} Quibus plerisque in seuta, verutis in corpora ipsa fixis: sensus est, partem hæsisne in scutis, partem, quæ teretiore essent mucrone, et facilius penetrarent, veruta quippe, ipsa etiam corpora attigisse; Grondv. In 2 MSS optimis est rarisque verutis, in aliis et edd. antt. plerisque in scuta, plerisque verutis, etc.; unde Stroth. non male dedit plerisque in scuta, rarisque verutis, etc. Cæterum verutum (forte telum), vel veru parvi jaculi genus, et Samnitibus proprium, quod iis ozónto vocatum, et a quo ipsi Saumitæ,

Samuitz, Samuites dicti foruntur; vid. Vegetium, II, 15; Lips. Pol. IV, 4, et Heynium ad Virgilii Ænelda, lib. VII, v. 665.

^{7.} Sternitur cuneus; vide ad II, 50, n. 8.

^{9.} Canctando extraxerat diem; vid. ad IV, 43, n. 6. — Exhauserat couj. Gebhard., sed ne unum quidem examplum attudit. Verum XXVIII, 15, ad id sedulo diem extraxerat Scipio, nt sera pugna esset. Ut autem hic canctando extrahere; ita morando extrahere; XXXVIII, 44, quam Æmilius tempus eum morando extracturum diceret. En.

^{9.} Testudine facta; vide ad V. 5, n. 3, et V. 43, n. 2.

bius, audita morte collegæ, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet, et circumvectos ab tergo gallicam invadere aciem: tertiæ deinde legionis subsequi principes, et, qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum, instare ac territos cædere. Ipse ædem Jovi Victori, spoliaque hostium quum vovisset, ad castra Samnitium perrexit; quo multitudo omnis consternata agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est : ibi Gellius Egnatius, imperator Samnitium, cecidit. Compulsi deinde intra vallum Samnites, parvoque certamine capta castra, et Galli ab tergo circumventi: cæsa eo die hostium viginti quinque millia 10, octo capta; nec incruenta victoria fuit; nam ex P. Decii exercitu cæsa septem millia; ex Fabii mille ac ducenti. Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus, spolia hostium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit; postero die inventum relatumque est cum multis militum lacrymis. Intermissa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus omni honore, laudibusque meritis celebrat.

XXX. Et in Etruria per eosdem dies ab Cn. Fulvio proprætore res ex sententia gesta; et, præter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est: Perusinorumque et Clusinorum cæsa amplius millia tria, et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen, quum per pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis est. Ex millibus quinque ad mille cæsi. Magna ejus diei, quo in

^{10.} Cæsa co die hostium viginti fama est, h. e. rerum, eo die gestaquinque millia, etc.; v. IX, 43, n. 8. rum, ingentiumque copiarum, quæ CAP. XXX. 1. Magna ejus diei... utrimque pugnarunt, etiam vero stan-

sentinati agro bellatum, fama est, etiam vero stanti. Sed superjecere quidam augendo fidem; qui in hostium exercitu peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex millia, mille carpentorum scripsere fuisse: scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnæ adfuisse; et, ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium pro consule ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt : in pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria, suis legionibus deductis ad Urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit. Milites triumphantem sequuti sunt; celebrata inconditis carminibus militaribus² non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii est: excitataque memoria parentis, æquata³ eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex præda militibus æris octogeni bini, sagaque et tuni-

ti, etiam apud eos scriptores, qui rei veritate acquiescunt, nec fidem excedunt. (Conf. III, 36, n. 11.) Sed superjecere, excessere, transgressi sunt, quidam fidem augendo, scilic. rem et numerum copiarum. Sic, quod Gron. jam monuit, paternas superjecisse laudes plerique MSS pro vulg. superasse XXXVIII, 58; superjacere beneficia parentum dixit Sen. de Ben. III, 32; hæc hyperbole est ementiens superjectio Quintil. VIII, 6, et ὑπεραχοντίζειν τινά ταις μπηαναίς, etc. apud Aristophanem in Avib. 367, in Plut. III, 2; Theophyl. in Matt. 24, et ὑπερδάλλειν passim. Mox post affuisse repetendum scripsere. - Peditum quadraginta millia, etc. Emendavit Sigon. quomodo

nunc habetur; dubitamus tamen, an locum persanaverit. Omnino aliquis in his numeris error esse videtur; neque enim satis apparet, cur hic, quem nunc libri præferunt, numerus fidem excedere Livio videretur, quum et c. præcdixerit XXV millia hostium cæsa, octo capta; et ex cap. 26 supra colligi possit Romanos ipsos non pauciores fuisse quadraginta hominum millibus. Ep.

- 2. Inconditis carminibus militaribuş; vide ad IV, 20, n. 1. — Deficit in Pall. tribus tò carminibus. Ed.
- 3. Æquata eventu publico privatoque filii laudibus, comparata tam quosd victoriam partam, quam quosd mortem spontaneam glorioso filii facto; Strothius.

cæ; præmia illa tempestate militiæ haudquaquam spernenda.

XXXI. His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat: nam et, Perusinis auctoribus, post deductum ab consule exercitum rebellatum fuerat; et Samnites prædatum in agrum 1 vescinum formianumque, et parte alia in Æserninum², quæque Vulturno adjacent flumini, descendere: adversus eos Ap. Claudius prætor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Etruria rebellante denuo quatuor millia et quingentos Perusianorum occidit: cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti singuli æris trecentis decem; præda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones, quum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius pro consule sequeretur, in agrum stellatem³ convenerunt: ibi et Samnitium legiones omnes considunt, et Appius Volumniusque castra conjungunt. Pugnatum infestissimis animis, hinc ira stimulante adversus rebellantes toties, illinc ab ultima jam dimicantibus 4 spe : cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti; ex romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia ⁵ gravis, prodigiisque sollicitus: nam, et terram multifariam pluisse 6, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos 7,

CAP. XXXI. 1. In agrum vescinum; vide ad VIII, 11, n. 3. — Formianum; vide ad XXII, 16, n. 4.

- 2. In æserninum agrum. Æsernia apud Strabonem, et al. Esernia, hod. Isernia, seu Sergna, non longe a læva Vulturni ripa; vide ad Sil. VIII, 566. Quæque pro vulg. quæ ex optimis MSS recepi exemplo Crev. et Stroth. Idem vel qua adjacet legendum putahat Gronov.
- 3. In agrum stellatem; vide ad IX, 44, n. 2.
- 4. Illinc ab ultima jam spe dimicantibus Samnitibus; confer ad I, 1, n. 5. — Cæsa ergo Samnitium, etc.; vide ad IX, 43, n. 8.
- 5. Pestilentia gravis annus; vide ad III, 6, n. 2 et 3.
- 6. Terram multifariam pluisse; vide ad I, 31, n. 1.
 - 7. Plerosque fulminibus ictos; vide

nuntiatum est: librique ob hæc aditi8. Eo anno Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit9: ex quo mulctaticio ære Veneris ædem, quæ prope Circum est, faciendam curavit. Supersunt etiam nunc Samnitium bella 10, quæ continua per quartum jam volumen, annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus: et ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa pectora vinci; proximo anno Samnites in sentinati 11 agro, Pelignis, ad Tifernum, stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis, ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus romanis cæsi fuerant, imperatorem clarissimum 12 gentis suæ amiserant; socios belli, Etruscos, Umbros, Gallos, in

ad cap. 13, n. 12. Itaque intemperies aeris, gravi tempestatum vi turbati, pestilentiam, seu febres epidemicas genuisse videtur.

8. Librique ob hæc aditi, scil. sibyllini. Conf. ad III, 10, n. 6.

9. Matronas ad popul. stupri damnatas pecunia mulctavit; vide ad lib. VII, cap. 16, n. 6, et lib. VIII, cap. 22, n. 2.

10. Samnitium bella, quæ continua (vide ad IV, 22, n. 4) per quartum jam volumen (inde a lib. VII, 32), annumque XLVI a M. Valerio Corvo et A. Cornelio Cosso consulibus, ab an. Urb. 412, quo hi consules fuere (ut passim consules pro consulatu, vel anno ejus; conf. ad XXI, 53, n. 3; XXXIX, 56, n. 3, et ad Tac. Ann. III, 52, n. 1), agimus, h. e. enarrando persequimur, describimus, exponimus, tractamus, ut apud Cic. Verr. I, 13; IV, 22. — Annumque sextum et quadragesimum. Intelligit Livius an-

num eum, quo L. Postumius et M. Atilius consules fuerunt, ut patet ex eo quod annum, quo Samnites in Sentinati...cæsi fuerant, id est, eum quo Fabius quintum, Decius quartum fuere consules, vocet paulo infra proximum, sive proxime præcedentem annum. Annus autem quo L. Postumius, M. Atilius consulatum gessere, est quidem ex calculo quem sequimur, septimus et quadragesimus samnitici belli, ob unum nimirum annum, quem Livius non videtur agnoscere, adjectum. Ep.

11. Samnites in sentinati agro victos tradidit Livius cap. 27 29, in Pelignis (h. e. eorum regione) et ad Tifernum montem c. 30, et in stellatibus campis hoc cap. 31. — Et suis ipsi legionibus, suis tantum viribus copiisque usi ac freti, et mixti cum alienis, auxiliis aliorum populorum.

12. Imperatorem clarissimum, Gellium Egnatium; vide ad caput 29.—

A. C. 294. U. C. 458. LIB. X. CAP. XXXI. XXXII.

191

eadem fortuna videbant, qua ipsi erant: nec suis, nec externis viribus jam stare poterant; tamen bello non abstinebant. Adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat: et vinci, quam non tentare victoriam, malebant. Quinam sit ille 13, quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

XXXII. Q. Fabium, P. Decium, L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules sequuti sunt. Samnium ambobus decreta provincia est; quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Postumium valetudo adversa Romæ tenuit: Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret. Velut ex composito ibi obvium habuere hostem; ubi et intrare, nedum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et egredi inde in pacata, sociorumque populi romani fines Samnitem prohiberent. Quum castra castris collata essent, quod vix Romanus toties victor auderet, ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra romana oppu-

Viribus jam stare; vide ad V, c. 44,

r3. Quinam sit ille, quomodo esse et fingi aliquis possit, quem pigeat longinquitatis, diuturnitatis (ut IX, 24, 33) horum bellorum scribendo legendoque, qui ea vel scribens, vel legens fatigetur, quæ gerentes non fatigaverunt Samnites et Romanos? In edd. recentt. ante pigeat insertum mon, quod ab antt. et MSS optimis abest. Expunxit illud Stroth.; at, si adsit, fortiorem fere antithesin esse putat: bella, quæ legentes fatigant, gerentes non fatigaverunt. Enimvero

recte Doering. monet, Livium, bella Samnitium ulterius persequuturum, vereri, ne tædium tandem illorum longinquitas creet lectoribus, et hinc eorum benevolentiam hoe quasi epiphonemate captare: si bella gerentes non fatigati sunt, sane scribentes et legentes non fatigari debent.

CAP. XXXII. 1. 1bi obvium habuerc hostem, scil. Romani: vel et Romani et Samnites suum uterque exercitus hostem; Gronov. — In pacata loca; vide II, 59, n. 5, et VIII, 12, n. 11. 2. Desperatio ultima; vide ad III,

58, n. 11.

spirandi recipiendique 7 se dedit. Vociferari Decius. Quo fugerent? quamve in fuga spem haberent? obsistere cedentibus, ac revocare fusos. Deinde, ut nulla vi perculsos sustinere 8 poterat, patrem P. Decium nomine compellans, « Quid ultra moror, inquit, fa-« miliare fatum? Datum hoc nostro generi est, ut « luendis periculis publicis piacula simus. Jam ego « mecum hostium legiones mactandas Telluri ac diis « Manibus dabo 9. » Hæc loquutus M. Livium pontificem, quem, descendens in aciem, digredi vetuerat ab se, præire jussit verba, quibus se legionesque hostium pro exercitu populi romani Quiritium devoveret: devotus inde eadem precatione, eodemque habitu, quo pater P. Decius ad Veserim bello lating se jusserat devoveri. Quum secundum solemnes precationes adjecisset, præ se agere sese formidinem ac fugam, cædemque ac cruorem, cælestium 10, inferorum iras; contacturum funebribus diris signa, tela, arma hostium; locumque eumdem suæ pestis et Gallorum ac Samnitium fore: hæc exsecratus in se hostesque, qua confertissimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum: inferensque se ipse infestis telis est interfectus.

XXIX. Vix humanæ inde opis videri pugna potuit. Romani, duce amisso, quæ res terrori alias esse solet, sistere fugam, ac novam de integro velle instaurare

^{7.} Respirandi recipiendique se; vide ad VI, 24, n. 3.

^{8.} Perculsos sustinere, retinere. Cf. ad II, 44, n. 6.

^{9.} Jam ego mecum kostium legiones mactandas Telluri ac diis Manibus dabo...M. Livium pontificem...præire jussit verba; vide V, 41, n. 4.—
Eodem habitu, quo pater P. Decius ad Veserim, etc.; conf.VIII, 8, n. 9.
Decium patrem eum Latinis, filium

cum Etruscis, et nepotem cum Pyrrho decertantem se devovisse dicit Cicer. Tusc. Qu. I, 37, et Fin. II, 19. Alii de patre tantum filioque id tradunt, et ipse Cic. Parad. I, 3.

^{10.} Cælestium (et) inferorum (deorum) iras; contacturum...pestis Samnitium fore; vide ad II, 5, n. 3, et II, 44, n. 5. — Hæc exsecratus in se hostesque; vide ad librum I, cap. 51, n. 1.

pugnam¹. Galli, et maxime globus circumstans consulis corpus, velut alienata mente, vana incassum jactare tela: torpere quidam, et nec pugnæ meminisse, nec fugæ. At ex parte altera pontifex Livius, cui lictores Decius tradiderat, jusseratque proprætorem esse, vociferari, vicisse Romanos, defunctos 3 consulis fato. Gallos Samnitesque Telluris matris ac deorum Manium esse: rapere ad se ac vocare Decium devotam secum aciem; furiarumque ac formidinis plena omnia ad4 hostes esse. Superveniunt deinde his restituentibus pugnam L. Cornelius Scipio et C. Marcius, cum subsidiis ex novissima acie jussu Q. Fabii consulis ad præsidium collegæ missi. Ibi auditur P. Decii eventus, ingens hortamen ad omnia pro republica audenda: itaque quum Galli structis ante se scutis conferti starent, nec facilis pede collato 5 videretur pugna,

CAP. XXIX. 1. Novam de integro instaurare pugnam, ut XXXVII, 19. Conf. ad II, 36, n. 1. — Velut alienata mente, scil. a recta ratione, h. e. vesana, ut III, 48, n. 1, et XLII, 28 ext. — Vana tela, irrita, ut vani ictus XXXIV, 39, et vanum teli genus, non efficax, XXXI, 39.

2. Jusseratque pro prætore esse, vulgo proprætorem. Sed Livius amat dicere pro prætore, pro consule, pro quæstore (XLI, 10), pro dictatore: quæ passim recte restituerunt Gronov. et Drakenb. pro vulg. proconsul, etc., quæ tamen forma sæpe etiam in omnibus libris legitur, v. grat. XXIII, 31; XXXVII, 46; XXXIX, 29, al., et late defenditur a Manut. ad Cic. Ep. ad Div. I, 1.

3. Defunctos consulis fato; vide ad II, 35, n. 2. — Liberatos jam, nec quidquam amplius cælestibus inferisve diis debentes, post consulis mortem.

En. — Furiarumque, ingentis terroris anxietatisque, ut apud Ciceronem, Mil. 33.

4. Ad hostes esse; vide ad II, 10, n. 10. - Ex novissima acie. Gellius credidit Ciceronem verbis novissimus et novissime, tanquam non latinis, abstinuisse. Certatim tamen viros doctos eum erroris arguisse, et tria ex Cicerone loca quibus usus est, laudasse observavit J. Gronov. ad Gellium. Similiter novissimus sæpe apud Livium occurrit; II, 42, invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem; cap. 52, Volsci novissimos adoriuntur; III, 41, perruptis ordinibus elati ad novissimam aciem; XXII, 2, jussit novissimos ire equites; XXXI, 27, revertentem in transitu fluminis a novissimo agmine adortus; XLII, 57, abeuntium novissimum agmen aggrederentur. ED.

5. Pede collato; vide VI, 12, n. 7.

iussu legatorum collecta humi pila, quæ strata inter duas acies jacebant, atque in testudinem hostium conjecta. Quibus plerisque in scuta⁶, verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cuneus?, ita ut magna pars integris corporibus attoniti conciderent : hæc in sinistro cornu Romanorum fortuna variaverat. Fabius in dextro primo (ut ante dictum est) cunctando⁸ extraxerat diem: deinde, postquam nec clamor hostium, nec impetus, nec tela missa, eamdem vim habere visa; prafectis equitum jussis ad latus Samnitium circumducere alas, ut signo dato in transversos, quanto maximo possent impetu, incurrerent; sensim suos signa inferre jussit, et commovere hostem. Postquam non resisti vidit, et haud dubiam lassitudinem esse; tum, collectis omnibus subsidiis, quæ ad id tempus reservaverat, et legiones concitavit, et signum ad invadendos hostes equitibus dedit: nec sustinuerunt Samnites impetum; præterque aciem ipsam Gallorum, relictis in dimicatione sociis, ad castra effuso cursu ferebantur. Galli, testudine facta⁹, conferti stabant; tum Fa-

[—] Collecta humi, forte ut apud Plin. VIII, 42; nisi leg. collecta pila, quæ humi strata, etc. Duk. et Drak. — In testitudinem; vide ad V, 5, n. 3.

^{6.} Quibus plerisque in scuta, verutis in corpora ipsa fixis: sensus est, partem hæsisse in scutis, partem, quæ teretiore essent mucrone, et facilius penetrarent, veruta quippe, ipsa etiam corpora attigisse; Gronov. In 2 MSS optimis est rarisque verutis, in aliis et edd. antt. plerisque in scuta, plerisque verutis, etc.; unde Stroth. non male dedit plerisque in scuta, rarisque verutis, etc. Cæterum verutum (forte telum), vel veru parvi jaculi genus, et Samnitibus proprium, quod iis caúvicy vocatum, et a quo ipsi Saunitæ,

Sammitze, Sammitze dieti foruntur; vid. Vegetium, II, 15; Lips. Pol. IV, 4, et Heynium ad Virgilii Æneida, lib. VII, v. 665.

^{7.} Sternitur cuneus; vide ad II, 50, n. 8.

^{8.} Cunctando extraxerat diem; vid. ad IV, 43, n. 6. — Exhauserat conj. Gehhard., sed ne usum quidem exemplum attudit. Verettu XXVIII, 15, ad id sedulo diem extraxerat Scipio, at sera pugna esset. Ut autem hic cunctando extrahere; ita morando extrahere; XXXVIII, 44, quum Emilius tempus eum morando extracturum diceret. Ed.

^{9.} Testudine facta; vide ad V, 5, n. 3, et V, 43, n. 2.

bius, audita morte collegæ, Campanorum alam, quingentos fere equites, excedere acie jubet, et circumvectos ab tergo gallicam invadere aciem: tertiæ deinde legionis subsequi principes, et, qua turbatum agmen hostium viderent impetu equitum, instare ac territos cædere. Ipse ædem Jovi Victori, spoliaque hostium quum vovisset, ad castra Samnitium perrexit; quo multitudo omnis consternata agebatur. Sub ipso vallo, quia tantam multitudinem portæ non recepere, tentata ab exclusis turba suorum pugna est : ibi Gellius Egnatius, imperator Samnitium, cecidit. Compulsi deinde intra vallum Samnites, parvoque certamine capta castra, et Galli ab tergo circumventi: cæsa eo die hostium viginti quinque millia 10, octo capta; nec incruenta victoria fuit; nam ex P. Decii exercitu cæsa septem millia; ex Fabii mille ac ducenti. Fabius, dimissis ad quærendum collegæ corpus, spolia hostium conjecta in acervum Jovi Victori cremavit. Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit; postero die inventum relatumque est cum multis militum lacrymis. Intermissa inde omnium aliarum rerum cura, Fabius collegæ funus omni honore, laudibusque meritis celebrat.

XXX. Et in Etruria per eosdem dies ab Cn. Fulvio proprætore res ex sententia gesta; et, præter ingentem illatam populationibus agrorum hosti cladem, pugnatum etiam egregie est: Perusinorumque et Clusinorum cæsa amplius millia tria, et signa militaria ad viginti capta. Samnitium agmen, quum per pelignum agrum fugeret, circumventum a Pelignis est. Ex millibus quinque ad mille cæsi. Magna ejus diei¹, quo in

^{10.} Cæsa co die hostium viginti fama est, h. e. rerum, eo die gestaquinque millia, etc.; v. IX, 43, n. 8. rum, ingentiumque copiarum, quæ CAP. XXX. 1. Magna ejus diei... utrimque pugnarunt, etiam vero stan-

sentinati agro bellatum, fama est, etiam vero stanti. Sed superjecere quidam augendo fidem; qui in hostium exercitu peditum quadraginta millia trecentos triginta, equitum sex millia, mille carpentorum scripsere fuisse: scilicet cum Umbris Tuscisque, quos et ipsos pugnæ adfuisse; et, ut Romanorum quoque augerent copias, L. Volumnium pro consule ducem consulibus, exercitumque ejus legionibus consulum adjiciunt : in pluribus annalibus duorum ea consulum propria victoria est. Volumnius in Samnio interim res gerit, Samnitiumque exercitum, in Tifernum montem compulsum, non deterritus iniquitate loci, fundit fugatque. Q. Fabius, Deciano exercitu relicto in Etruria, suis legionibus deductis ad Urbem, de Gallis Etruscisque ac Samnitibus triumphavit. Milites triumphantem sequuti sunt; celebrata inconditis carminibus militaribus² non magis victoria Q. Fabii, quam mors præclara P. Decii est: excitataque memoria parentis, æquata³ eventu publico privatoque filii laudibus. Data ex præda militibus æris octogeni bini, sagaque et tuni-

ti, etiam apud eos scriptores, qui rei veritate acquiescunt, nec fidem excedunt. (Conf. III, 36, n. 11.) Sed superjecere, excessere, transgressi sunt, quidam fidem augendo, scilic. rem et numerum copiarum. Sic, quod Gron. jam monuit, paternas superjecisse laudes plerique MSS pro vulg. superasse XXXVIII, 58; superjacere beneficia parentum dixit Sen. de Ben. III, 32; hæc hyperbole est ementiens superjectio Quintil. VIII, 6, et ὑπερακοντίζειν τινά ταις μηγαναίς, etc. apud Aristophanem in Avib. 367, in Plut. III, 2; Theophyl. in Matt. 24, et ὑπερδάλλειν passim. Mox post affuisse repetendum scripsere. - Peditum quadraginta millia, etc. Emendavit Sigon. quomodo nunc habetur; dubitamus tamen, an locum persanaverit. Omnino aliquis in his numeris error esse videtur; neque enim satis apparet, cur hic, quem nunc libri præferunt, numerus fidem excedere Livio videretur, quum et c. præcdixerit XXV millia hostium cæsa, octo capta; et ex cap. 26 supra colligi possit Romanos ipsos non pauciores fuisse quadraginta hominum millibus. Ep.

- 2. Inconditis carminibus militaribus; vide ad IV, 20, n. r. — Deficit in Pall. tribus 70 carminibus. Ed.
- 3. Æquata eventu publico privatoque filii laudibus, comparata tam quoad victoriam partam, quam quoad mortem spontaneam glorioso filii facto; Strothius.

cæ; præmia illa tempestate militiæ haudquaquam spernenda.

XXXI. His ita rebus gestis, nec in Samnitibus adhuc, nec in Etruria pax erat: nam et, Perusinis auctoribus, post deductum ab consule exercitum rebellatum fuerat; et Samnites prædatum in agrum ¹ vescinum formianumque, et parte alia in Æserninum², quæque Vulturno adjacent flumini, descendere: adversus eos Ap. Claudius prætor cum exercitu Deciano missus. Fabius in Etruria rebellante denuo quatuor millia et quingentos Perusianorum occidit : cepit ad mille septingentos quadraginta: qui redempti singuli æris trecentis decem; præda alia omnis militibus concessa. Samnitium legiones, quum partim Ap. Claudius prætor, partim L. Volumnius pro consule sequeretur, in agrum stellatem³ convenerunt: ibi et Samnitium legiones omnes considunt, et Appius Volumniusque castra conjungunt. Pugnatum infestissimis animis, hinc ira stimulante adversus rebellantes toties, illinc ab ultima jam dimicantibus 4 spe: cæsa ergo Samnitium sexdecim millia trecenti, capta duo millia septingenti; ex romano exercitu cecidere duo millia septingenti. Felix annus bellicis rebus, pestilentia 5 gravis, prodigiisque sollicitus: nam, et terram multifariam pluisse 6, et in exercitu Ap. Claudii plerosque fulminibus ictos 7,

CAP. XXXI. 1. In agrum vescinum; vide ad VIII, 11, n. 3. — Formianum; vide ad XXII, 16, n. 4.

^{2.} In æserninum agrum. Æsernia apud Strabonem, et al. Esernia, hod. Isernia, seu Sergna, non longe a læva Vulturni ripa; vide ad Sil. VIII, 566. — Quæque pro vulg. quæ ex optimis MSS recepi exemplo Crev. et Stroth. Idem vel qua adjacet legendum putabat Gronov.

^{3.} In agrum stellatem; vide ad IX,

^{4.} Illinc ab ultima jam spe dimicantibus Samnitibus; confer ad I, 1, n. 5. — Cæsa ergo Samnitium, etc.; vide ad IX, 43, n. 8.

^{5.} Pestilentia gravis annus; vide ad III, 6, n. 2 et 3.

^{6.} Terram multifariam pluisse; vide ad I, 31, n. 1.

^{7.} Plerosque fulminibus ictos; vide

nuntiatum est: librique ob hæc aditi8. Eo anno Q. Fabius Gurges, consulis filius, aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mulctavit9: ex quo mulctaticio ære Veneris ædem, quæ prope Circum est, faciendam curavit. Supersunt etiam nunc Samnitium bella 10, quæ continua per quartum jam volumen, annumque sextum et quadragesimum, a M. Valerio, A. Cornelio consulibus, qui primi Samnio arma intulerunt, agimus: et ne tot annorum clades utriusque gentis laboresque actos nunc referam, quibus nequiverint tamen dura illa pectora vinci; proximo anno Samnites in sentinati 11 agro, Pelignis, ad Tifernum, stellatibus campis, suis ipsi legionibus, mixti alienis, ab quatuor exercitibus, quatuor ducibus romanis cæsi fuerant, imperatorem clarissimum 12 gentis suæ amiserant; socios belli, Etruscos, Umbros, Gallos, in

ad cap. 13, n. 12. Itaque intemperies aeris, gravi tempestatum vi turbati, pestilentiam, seu febres epidemicas genuisse videtur.

8. Librique ob hæc aditi, scil. sibyllini. Conf. ad III, 10, n. 6.

9. Matronas ad popul. stupri damnatas pecunia mulctavit; vide ad lib. VII, cap. 16, n. 6, et lib. VIII, cap. 22, n. 2.

10. Samnitium bella, quæ continua (vide ad IV, 22, n. 4) per quartum jam volumen (inde a lib.VII, 32), annumque XLVI a M. Valerio Corvo et A. Cornelio Cosso consulibus, ab an. Urb. 412, quo hi consules fuere (ut passim consules pro consulatu, vel anno ejus; conf. ad XXI, 53, n. 3; XXXIX, 56, n. 3, et ad Tac. Ann. III, 52, n. 1), agimus, h. e. enarrando persequimur, describimus, exponimus, tractamus, ut apud Cic.Verr. I, 13; IV, 22. — Annumque sextum et quadragesimum. Intelligit Livius an-

num eum, quo L. Postumius et M. Atilius consules fuerunt, ut patet ex eo quod annum, quo Samnites in Sentinati...cæsi fuerant, id est, eum quo Fabius quintum, Decius quartum fuere consules, vocet paulo infra proximum, sive proxime præcedentem annum. Annus autem quo L. Postumius, M. Atilius consulatum gessere, est quidem ex calculo quem sequimur, septimus et quadragesimus samnitici belli, ob unum nimirum annum, quem Livius non videtur agnoscere, adjectum. Ep.

11. Samnites in sentinati agro victos tradidit Livius cap. 27 29, in Pelignis (h. e. eorum regione) et ad Tifernum montem c. 30, et in stellatibus campis hoc cap. 31. — Et suis ipsi legionibus, suis tantum viribus copiisque usi ac freti, et mixti cum alienis, suxiliis aliorum populorum.

12. Imperatorem clarissimum, Gellium Egnatium; vide ad caput 29.—

eadem fortuna videbant, qua ipsi erant: nec suis, nec externis viribus jam stare poterant; tamen bello non abstinebant. Adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat: et vinci, quam non tentare victoriam, malebant. Quinam sit ille 13, quem pigeat longinquitatis bellorum scribendo legendoque, quæ gerentes non fatigaverunt?

XXXII. Q. Fabium, P. Decium, L. Postumius Megellus et M. Atilius Regulus consules sequuti sunt. Samnium ambobus decreta provincia est; quia tres scriptos hostium exercitus, uno Etruriam, altero populationes Campaniæ repeti, tertium tuendis parari finibus, fama erat. Postumium valetudo adversa Romætenuit: Atilius extemplo profectus, ut in Samnio hostes (ita enim placuerat Patribus) nondum egressos opprimeret. Velut ex composito ibi obvium habuere hostem; ubi et intrare, nedum vastare, ipsi Samnitium agrum prohiberentur, et egredi inde in pacata, sociorumque populi romani fines Samnitem prohiberent. Quum castra castris collata essent, quod vix Romanus toties victor auderet, ausi Samnites sunt (tantum desperatio ultima temeritatis facit) castra romana oppu-

Viribus jam stare; vide ad V, c. 44, n. 2.

13. Quinam sit ille, quomodo esse et fingi aliquis possit, quem pigeat longinquitatis, diuturnitatis (ut IX, a4, 33) horum bellorum scribendo legendoque, qui ea vel scribens, vel legens fatigetur, quæ gerentes non fatigaverunt Samnites et Romanos? In edd. recentt. ante pigeat insertum non, quod ab antt. et MSS optimis abest. Expunxit illud Stroth.; at, si adsit, fortiorem fere antithesin esse putat: bella, quæ legentes fatigant, gerentes non fatigaverunt. Enimvero

recte Doering. monet, Livium, bella Samnitium ulterius persequuturum, vereri, ne tædium tandem illorum longinquitas creet lectoribus, et hinc eorum benevolentiam hoe quasi epiphonemate captare: si bella gerentes non fatigati sunt, sane scribentes et legentes non fatigari debent.

CAP. XXXII. 1. Ibi obvium habuere hastem, seil. Romani: vel et Romani et Samnites suum uterque exercitus hostem; Gronov. — In pacata loca; vide II, 59, n. 5, et VIII, 12, n. 11.

2. Desperatio ultima; vide ad III, 58, n. 11.

gnare: et quanquam non venit ad finem tam audax inceptum, tamen haud omnino vanum fuit. Nebula erat ad multum diei densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu. Hac velut latebra insidiarum freti Samnites, vixdum satis certa luce, et eam ipsam premente caligine³, ad stationem romanam in porta segniter agentem vigilias perveniunt: improviso oppressis nec animi satis ad resistendum, nec virium fuit. Ab tergo castrorum decumana 4 porta impetus factus; itaque captum quæstorium: quæstorque ibi L. Opimius Pansa occisus; conclamatum inde ad arma.

XXXIII. Consul, tumultu excitus, cohortes duas sociorum¹, Lucanam Suessanamque, quæ proximæ forte erant, tueri prætorium jubet²: manipulos legionum principali via inducit. Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt: et clamore magis, quam oculis, hostem noscunt: nec, quantus numerus sit, æstimari potest. Cedunt primo incerti fortunæ suæ, et hostem introrsum in media castra accipiunt. Inde quum consul vociferaretur, expulsine extra vallum, castra

quæstorium primis temporibus fuisse in inferiore castrorum parte. Vide ad III, 5, n. 3. ED.

CAP. XXXIII. 1. Cohortes duas sociorum, Lucanam Suessanamque, ut turma lucana XXII, 42; Peligna XXV, 14; Placentina et Æsernina XLIV, 40; cohortes Marrucina, Peligna, Firmana, Festina, Cremonensis XLIV, 40.

^{3.} Eam ipsam lucem premente caligine; vide ad XXIX, 27, n. 6. — Ad stationem Romanorum, etc. Ex hoc loco, et cap. 33; XXV, 38, aliisque Schelius ad Polyb. cap. 2 adversus Lipsium probat, stationes etiam nocturnas fuisse.

^{4.} Ab tergo castrorum decumana porta.....itaque captum quæstorium.

— Quæstoris tabernaculum, et ejus apparatibus copiisque destinata sedes. Polyb. lib. VI quæstorium locat juxta prætorium in fronte castrorum: at ex hoc loco, et quibusdam aliis Lipsius colligit lib. V de Milit. rom. dial. 3

^{2.} Tueri prætorium jubet... principali via; vide ad III, 5, n. 3, et VII, 12, n. 6. — Quum consul vociferaretur... rogitans: Duk. suspectum est rogitans, quia, quum apud Livium,

deinde sua oppugnaturi essent, rogitans; clamore sublato connisi primo resistunt : deinde inferunt pedem, urgentque, et impulsos semel terrore eodem agunt, quo cœperunt. Expellunt extra portam vallumque: inde pergere ac persequi (quia turbida lux metum circa insidiarum faciebat) non ausi, liberatis castris contenti, receperunt se intra vallum trecentis ferme hostium occisis. Romanorum stationis primæ, vigilumque, et eorum, qui circa quæstorium oppressi, periere ad ducentos triginta. Animos inde Samnitibus non infelix audacia auxit; et non modo proferre inde castra ³ Romanum, sed ne pabulari quidem per agros suos, patiebantur: retro in pacatum soranum agrum pabulatores ibant. Quarum rerum fama, tumultuosior etiam, quam res erant, perlata Romam, coegit L. Postumium consulem, vixdum validum 4, proficisci ex Urbe. Prius tamen, quam exiret, militibus edicto Soram jussis convenire, ipse ædem Victoriæ⁵, quam ædilis curulis ex mulctaticia pecunia faciendam curaverat, dedicavit. Ita ad exercitum profectus, ab Sora in Samnium ad castra collegæ perrexit: inde postquam Samnites, diffisi duobus exercitibus resisti posse, recesserunt, diversi 6 consules ad vastandos agros urbesque oppugnandas discedunt.

tum apud alios, verbo vociferari nihil aliud additur, nec addi necesse est. Et quidem rogitans in uno Lovel. 4 deficit; servantibus vero aliis, e contextu cjicere non sustinuimus. Ep.

- 3. Proferre inde castra; vid. ad IV,
- 4. L. Postumium cos. vixdum validum; vide ad III, 8, n. 1.
- 5. Edem Victoriæ, quam ædilis curulis...dedicavit; confer ad I, 55, n. 3. Supra hujus ædilitatis nulla mentio fit: est enim hôc Livio familiare,

ut magistratus alicujus gesti, aut legis latæ (v. c. Oppiæ, quam abrogatam tantum refert XXXIV, 1 sq.), aut rei, non anno illo, quo de ea actum est, verum multos post annos (data occasione ως ἐν πάροδω) mentionem inferat; Sigon. Cf. IV, 30, n. 9; IX, 12, n. 4; IX, 28, n. 2; XXXVIII, 10, n. 4; Periz. Anim. hist. cap. 4, p. 160 sq.

6. Diversi consules ad vast. agros urbesque oppugnandas discedunt; vid. ad III, 60, n. 1.

XXXIV. Postumius Milioniam 1 oppugnare adortus vi primo atque impetu, dein, postquam ea parem procedebant, opere ac vineis demum injunctis moro cepit : ibi, capta jam urbe, ab hora quarta usque ad octavam sere horam 2 omnibus partibus urbis diu incerto eventu pugnatum est; postremo potitur oppido Romanus. Sammitium casi tria millia ducenti : capti gustuor millia ducenti, præter prædam sliam. Inde Ferentinum³ ductæ legiones: unde oppidani cum omnibus rebus suis, quæ ferri agique i potuerunt, nocte per aversam portam silentio excesserunt. Igitur, simul advenit consul, primo ita compositus instructusque mænibus successit, tanquam idem, quod ad Milioniam fuerat, certaminis foret : deinde, ut silentiam vastum 5 in urbe, nec arma, nec viros in turribus ac muris vidit, avidum invadendi deserta mœnia militem detinet, ne quam occultam in frandem incantus rueret. Duas turmas sociorum latini nominis 6 circumequitare moenia, atque explorare omnia jubet: equites portam unam alteramque eadem regione in propinquo patentes conspiciunt, itineribusque iis 7 vestigia nocturnæ hostium fugæ. Adequitant deinde sensim per-

CAP. XXXIV. 1. Milioniam; vide ad X, 3, n. 6. — Opere; vide ad V, 22, n. 6.

2. Ab hora quarta usque ad octavam fere horam, ut XLIV, 37, nisi ultima vox delenda. Confer tamen ad I, 3, n. 8.

3. Inde Ferentinum ductæ legiones:
quod oppidum, sive sit Latii, sive
Etrariæ, non habet hic locum: sed et
mirifice variant scripti: Feritrum, Fertorium, Foretrium, Feretrum: unde
suspicor Treventinum; Gron. Treventum, seu Triventium oppidum Samnii
(hod. Trivento) ad fines Frentanorum

et Trinium flumen, nunc Trigno: unde Treventinates; vide Plin. III, 12, et Frontin. Forentum minus apte cosj. Boujat.

4. Quæ ferri agique potuerunt; v. ad III, 37, n. 4. — Per aversam portam; vide ad III, 5, n. 3.

5. Silentium vastum, ingens, altum, horrendum: vel quale in loco vasto, h. e. deserto, esse solet. Confer ad III, 7, n. 1.

6. Sociorum latini nominis; vid. ad I, 10, n. 2.

7. Itineribusque iis, viis ex illis portis ducentibus; Doer.

tis, urbemque ex tuto rectis itineribus perviam conspiciunt : ad consulem referunt, excessum urbe; solitudine haud dubia id perspicuum esse, recentibus vestigiis fugæ, ac strage rerum in trepidatione nocturna passim relictarum. His auditis, consul ad eam partem urbis, qua adierant equites, circumducit agmen: constitutisque haud procul porta signis, quinque equites jubet intrare urbem; et, modicum spatium progressos, tres manere eodem loco, si tuta videantur; duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt, retuleruntque eo se progressos, unde in omnes partes circumspectus esset, longe lateque silentium ac solitudinem vidisse. extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit; cæteros interim castra communire jussit. Ingressi milites, refractis foribus, paucos graves ætate aut invalidos inveniunt, relictaque, quæ migratu8 difficilia essent : ea direpta; et cognitum ex captivis est, communi consilio aliquot circa urbes conscisse? fugam; suos prima vigilia profectos. Credere, eamdem in aliis urbibus solitudinem inventuros : dictis captivorum fides exstitit; desertis oppidis consul potitur.

'XXXV. Alteri consuli M. Atilio nequaquam tam facile bellum fuit. Quum ad Luceriam duceret legiones, quam oppugnari ab Samnitibus audierat, ad finem lucerinum ei hostis obvius fuit: ibi ira vires æquavit. Prælium varium et anceps fuit: tristius tamen eventu Romanis; et quia insueti erant vinci, et quia digredientes magis, quam in ipso certamine, senserunt, quantum in sua parte plus vulnerum ac cædis fuisset. Itaque is terror in castris ortus, qui si pugnantes cepisset, insignis accepta clades foret. Tum

^{8.} Quæ migratu difficilia essent; conscisse fugam; vide ad IV, 4, n. 6. CAP. XXXV. 1. Ad finem luceri-

^{9.} Communi consilio aliq. c. urbes num; vide ad IV, 58, n. 2.

quoque sollicita nox fuit jam invasurum castra Samnitem credentibus, aut prima luce cum victoribus conserendas manus. Minus cladis 2, cæterum non plus animorum, ad hostes erat : ubi primum illuxit, abire sine certamine cupiunt. Sed via una, et ea ipsa præter hostes, erat: qua ingressi, præbuere speciem recta tendentium ad castra oppugnanda. Consul arma capere milites jubet, et sequi se extra vallum: legatis, tribunis, præfectis sociorum imperat, quod apud quemque facto opus est. Omnes affirmant, se quidem omnia facturos, sed militum jacere 3 animos: tota nocte inter vulnera et gemitus morientium vigilatum esse : si ante lucem ad castra ventum foret, tantum pavoris fuisse, ut relicturi signa fuerint: nunc pudore a fuga contineri; alioquin pro victis esse 4. Quæ ubi consul accepit, sibimet ipsi circumeundos alloquendosque milites ratus, ut ad quosque venerat, cunctantes arma capere increpabat; Quid cessarent tergiversarenturque? Hostem in castra venturum, nisi illi extra castra exissent, et pro tentoriis suis pugnaturos, si pro vallo nollent. Armatis ac dimicantibus dubiam 5 victoriam esse; qui nudus atque inermis hostem maneat, ei aut mortem, aut servitutem patiendam. Hæc jurganti increpantique respondebant : Confectos se pugna hesterna esse: nec virium quidquam, nec sanguinis

2. Minus cladis...ad hostes erat; vide ad II, 10, n. 10. Mox pro qua (sc. via, vel parte, nempe præter hostes, viam) ingressi in multis libris antt. quam ingressi. — Hoc usitatius est, et m potuit intercidere ob sequens in; nec tamen alterum rejici debet. Cicer. Somn. Scip. cap. 8, a pueritia ingressus vestigiis patris tuisque; de Finib. V, 11, quacumque ingredimur; de Senect. cap. 2, tanquam aliquam

viam longam confeceris, qua nobis quoque ingrediendum est. En.

4. Alioquin pro victis esse; vide ad II, 7, n. 4.

5. Armatis ac dimicantibus dublam victoriam esse, Martem communem esse, et non omnem victoriæ spem sublatam: qui nudus atque inermis,

^{3.} Sed militum jacere animos, demissos, abjectos, imminutos esse: unde erigere animum dicitur.

superesse: majorem multitudinem hostium apparere, quam pridie fuerit. Inter hæc appropinquabat agmen; et, jam breviore intervallo certiora intuentes, vallum secum portare Samnitem affirmant, nec dubium esse, quin castra circumvallaturi sint. Tunc, enimvero⁶, consul, indignum facinus esse, vociferari, tantam contumeliam ignominiamque ab ignavissimo accipi hoste. « Etiamne circumsedebimur, inquit, in castris, ut « fame potius per ignominiam, quam ferro, si necesse « est, per virtutem, moriamur? » Dii bene verterent, facerentque, quod'se dignum quisque ducerent. Consulem M. Atilium vel solum, si nemo alius sequatur, iturum adversus hostes: casurumque inter signa Samnitium potius, quam circumvallari castra romana videat. Dicta consulis legati, tribunique, et omnes turmæ equitum, et centuriones primorum ordinum, approbavere. Tum pudore victus miles segniter arma capit, segniter e castris egreditur : longo agmine, nec continenti, mœsti ac prope victi procedunt adversus, hostem, nec spe, nec animo certiorem⁸. Itaque simul conspecta sunt romana signa, extemplo a primo Samnitium agmine ad novissimum fremitus perfertur, Exire, id quod timuerint, ad impediendum iter Ro-

MSS Pall. iners, et hoc probant opposita: nam nudus respondet armatis, et iners dimicantibus; Gron. Conf. ad III, 19, n. 9.

6. Tunc, enimvere, consul, etc.; v. ad I, 51, n. 5.

7. Dii bene verterent, facerentque, etc. « Copula ineptam videtur reddere sententiam : dii bene verterent, et facerent, quod quisque eorum, sc. deorum, se dignum ducerent. Legerem: dii bene verterent; facerent milites, quod, etc. » Duk. Recte, opinor, aut leg. quod dii bene verterent, facerent, quod, etc.

Drak. — Centuriones prim. ordinum. Hos qui et nonnunquam primi ordines appellantur, intelligit Lipsius primipilum, primum principem, primum hastatum: sive centuriones primi triariorum ordinis, primi principum, primi hastatorum. Vid. ad lib. II de Mil. rom. dialog. 8. Ep.

8. Adversus hostem, nec spe, nec animo certiorem, firmiorem fortioremque. Conf. Duk., Gron. Diat. in Stat. p. 415, et Intpp. Cic. ad Att. X, 11, et pro Quint. 24; Heyn. ad Virg. Æn. IX, 249.

manos: nullam inde ne fugæ quidem patere viam: illo loco aut cadendum esse, aut, stratis hostibus, per corpora eorum evadendum.

XXXVI. In medio r sarcinas conficiunt; armati suis quisque ordinibus instruunt aciem. Jam exiguum inter duas acies erat spatium, et stabant exspectantes, dum ab hostibus prius impetus, prius clamor inciperet. Neutris animus est ad pugnandum: diversique integri 2 atque intacti abissent, ni cedenti instaturum alterum timuissent. Sua sponte inter invitos tergiversantesque segnis pugna, clamore incerto atque impari³, cœpit : nec vestigio quisquam movebatur. Tum consul romanus, ut rem excitaret, equitum paucas turmas extra ordinem immisit : quorum quum plerique delapsi ex equis essent, et alii turbati; et ab Samnitium acie ad opprimendos eos, qui ceciderant, et ad suos tuendos ab Romanis procursum est. Inde paululum irritata pugna est; sed aliquanto et impigre . magis, et plures procurrerant Samnites, et turbatus eques sua ipse subsidia territis equis proculcavit. Hinc fuga cœpta totam avertit aciem romanam : jamque in terga fugientium Samnites pugnabant, quum consul, equo prævectus ad portam castrorum, ac statione equitum ibi opposita³, edictoque, ut, quicumque ad vallum tenderet, sive ille Romanus, sive Samnis esset, pro hoste haberent; hæc ipsa minitans, obstitit profuse tendentibus suis in castra. «Quo pergis, inquit,

CAP. XXXVI. 1. In medio sarcinas conjiciunt, forte in medium, ut paulo post, et XXVIII, 2; vel in unum III, 28; Gronovius.

cubi segnior pugna esset. Na segne beltum, precium; X, 12, segne bellum, a simile prioris anni militice; XXII, 48, consertum praslium erat, segne primo, et a punica carptum france. Bo.

^{2.} Diversique integri a. i. abissent; vide ad III, 60, n. 1. — Tergiversantesque segnis pugna; signis, octo coddpessime. Supra III, 63, increpare si-

^{3.} Clamore incerto asque impari; conf. IV, 37 extr.

^{4.} Beatione oquitum ibi opposita ad-

« miles? et hic arma et viros invenies; nec, vivo con-« sule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige. « eum eive, an hoste, pugnare malis. » Hæc dicente consule, equites infestis cuspidibus circumfunduntur, ac peditem in pugnam redire jubent. Non virtus solum consulem, sed fors etiam adjuvit; quod non institerunt Samnites, spatiumque eireumagendi signa, vertendique aciem a castria in hostem fuit. Tum alii alios hortari, ut repeterent pugnam: centuriones ab signiferis rapta signa inforro; et ostendere suis, paucos et ordinibus incompositis effuse venire hostes. Inter hac consul, manus ad coelum attollens, voce clara, ita ut exaudiretur, templum Jovi Statori⁵ yovet, si constitisset a fuga romana acies, redintegratoque prælio cecidisset, vicissetque legiones Samnitium. Omnes undique adnisi ad restituendam pugnam, duces, milites, peditum equitumque vis: numen etiam deorum respexisae nomen romanum visum : adeo façile inclinata res, repulsique a castris hostes: mox etiam redacti ad eum locum, in quo commissa pugna erat. Ibi, objacente sarcinarum eumulo, quas conjecerant in medium, hæsere impediti : deinde, ne diriperentur res, orbem armatorum sarcinis circumdant 6. Tum vero eos a fronte urgere pedites, ab tergo circumvecti equites: ita in medio cæsi captique: captivorum numerus fuit septem millium ac ducentorum?, qui omnes nudi sub jugum missi; cæsos retulere ad quatuor

versus hostem, ut XXX, 19; yel ut passim stationem opponere pro castris pro ponere ante castra. Conf. ad VI, 23, n. 6; XXIII, 29, n. 3; XXIV, 39, n. 1, et Intp.Virg. En. II, 333.

5. Templum Jovi Statori vovet, etc., exemplo Romuli. Cf. ad I, 12, n. 5.

— Inclinata res; conf. IX, 12, n. 2.

Nudi sub jug. missi; v. III, 19, n. 9.

^{6.} Orbem armatorum sarcinis circumdant: vox sarcinis, quæ modo præcessit, f. delenda, et e marg. irrepsit.
7. Captivorum numerus fuit septem millium qc ducentorum, ut paulo post et XXII, 46, al. Alii septem millia ac trecenti. Cf. ad IX, 43, n. 8.

millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit; recensente consule biduo acceptam cladem, amissorum militum numerus relatus septem millium ac ducentorum. Dum hæc in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam⁸, coloniam romanam, quæ via latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati quum prædam aliam inde mixtam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem, ab Luceria redeuntem: nec prædam solum amittunt, sed ipsi longo atque impedito agmine 9 incompositi cæduntur. Consul, Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis, et exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot millia militum, et quod captivos sine pactione sub jugum misisset 10.

XXXVII. Consul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam traducto exercitu¹, primum pervastaverat volsiniensem agrum: dein cum egressis ad tuendos fines haud procul mænibus ipsorum depugnat: duo millia octingenti Etru-

jugum misisset: vox sine perperam omissa in edd. Ernest. 1 et Stroth. — Nempe sub jugum missi liberabantur, et abire sinebantur. Id ergo indignastur Patres, tot captivos ita remissos esse, ut nihil inde commodi respublica recepisset. Ed.

CAP. XXXVII. 1. In Etruriam traducto exercitu: præpositio in abest a multis optimisque MSS. Sic navigare Egyptum XLV, 10; Peloponnesum proficiscuntur XLII, 44, 5, et similia XXXII, 16; XXXVI, 42; XXXVII, 31, 33; XLV, 11, 12; vide ad Tacit. Ann. I, 5, n. 2, et supra ad VIII, 1,

^{8.} Interamnam (seu Interamnas), coloniam romanam (conf. IX, 28), quæ in via latina est (vide ad II, 39, n. 3), in Latio: nam aliud opp. cjusdem nominis in Umbria, aliud in Piceno fuit. Conf. ad Tacit. Annal. I, 79, n. 3.

^{9.} Impedito agmine; vid. ad V, 16, n. 2. — Ad res suas noscendas rec. (vide ad III, 10, n. 1) revocatis, qui forte, quum hoste ingruente diffugissent, nondum ad sedes suas redierant: nisi dictum pro simpl. vocatis; aut legendum evocatis; Duk.

^{10.} Quod captivos sinc pactione sub

scorum cæsi; cæteros propinquitas urbis tutata est. In rusellanum agrum exercitus traductus; ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum², minus duo millia circa muros cæsa. Pax tamen clarior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est: tres validissimæ urbes, Etruriæ ćapita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere; et, vestimentis militum, frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. Mulcta præsens³ quingentum millium æris in singulas civitates imposita. Ob hasce res gestas consul quum triumphum ab senatu, moris magis causa, quam spe impetrandi, petisset, videretque alios, quod tardius ab Urbe exisset, alios, quod injussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegæ amicos, ad solatium æquatæ repulsæ4 sibi quoque negare triumphum: « Non ita, inquit, Patres « conscripti, vestræ majestatis meminero, ut me con-« sulem esse obliviscar. Eodem jure imperii, quo bella « gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria « subactis, victoria et pace parta, triumphabo. » Ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet⁵, aiebant; pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum est⁶: vocatusque eo consul, quum M. Horatium, L. Valerium

^{1;} Drakenb. ad X, 37, n. 1; XXVIII, 45, n. 8; XXXIII, 41, n. 6.

^{2.} Amplius duo millia hominum, minus duo, etc.; vide III, 64, n. 5.

^{3.} Mulcta præsens; v. I, 12, n. 6.

^{4.} Ad solatium æquatæ repulsæ, ut ipse eamdem, quam collega ejus (vide cap. 36 extr.), repulsam ferret,

vel ei quoque honor triumphi petitus negaretur, idque collegæ ejus solatio esset.

^{5.} Ne novo exemplo triumpharet, sine auctoritate senatus, et sine jussu populi.

^{6.} Jactata res ad populum est; vide ad III, 10, n. 2.

consules, C. Martium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus, sed jussu populi triumphasse? diceret, adjiciebat, se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret, mancipia nobilium tribunos 8 plebis legem impedituros: voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro amnibus jussis esse ac futura. Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium, adversus intercessionem septem tribunorum, et consensum senatus, celebrante populo diem, triumphavit. Et hujus anni 9 parum constans memoria est. Postumium, auctor est Claudius 10, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum: ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius, ambo consules 11 in Sampio et ad Luceriam res gessisse, scribit, traductumque in Etruriam exercitum (sed ab utro consule non adjecit), et ad Luceriam utrimque multos occisos: inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat; sed fanum tantum 12, id est, locus, tem-

7. M. Horatium...triumphasse; v. III, 63, et VII, 17. — Patrem ejus, qui tunc (forte nunc) censor esset; vide X, 47. Mox id ante ad populum supplendum, vel excidit.

8. Mancipia nobilium tribunos pl.; vide ad II, 10, n. 6.

 Et hujus anni, etiam hujus; ut superioris, de quo vide cap. 30. — Memoria, historia.

10. Anctor est Claudius (vide ad 11, 58, n. 1, et VI, 42, n. 4)....ab Atilio in Etruria, etc. Fasti utrumque tradunt. Cf. Pigh. Annal. ad an. 489, et Periz. Anim. hist. c. 4, p. 216,

11. Fabius ambo (al. ambos) consules scribit; vide ad I, 44, n. 5. 12. Sed fanum tantum, id est, lo-

cus templo effatus, sacratus (al. jam sacratus) fuerat; vide ad I, 55, n. 3. Totum hoc id ast sacratus glosse speciem habere, saltem sacratus esse glossema τοῦ effatus, non male suspicabatur Stroth. Forte etiam legendum hanc Romulus ante voverat (vide ad I, 12, n. 5): sed fanum tantum.... fuerat hactenus. Hoc demum anno, etc. Facile ut ex hc (h. e. hanc), et caterum ex hactenus oriri potuit. - Fanum igitur at ædes, si proprie omnino loquerentur, sie differebant, ut fanum esset area nuda, et solum alicui deo consecratum; ades ipsum ædificium. Hinc Fest., sistere fana quum in condenda urbe dicitur, significat loca in oppido futurorum fanorum constituere. En.

^{A. C. 293.} U. C. 459. LIB. X. CAP. XXXVII. XXXVIII. 203 plo effatus, sacratus fuerat. Cæterum, hoc demum anno, ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti damnata 13 republica, in religionem venit.

XXXVIII. Sequitur hunc annum tet consul insignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulis, pepererat: et forte eodem conatu apparatuque omni opulentia 2 insignium armorum bellum adornaverant; et deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito³ nova lege: ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset. Tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus: ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere castris locus est conseptus cratibus pluteisque, et linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote

Car. KXXVIII. 1. Sequitur hunc annum et consul....et bellum, etc.,

^{13.} Bis ejusdem voti damnata republica, voti solutionem debente; vide ad V, 25, n. 2. En. — Republica pro vulg. respublica in rel. venit reposui enm Gronov. qui bene monet, sensum esse: postquam jam bis respub. voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinese, vel religionem postulare, est justa sedes tam facili deo conderetur; cf. XXII, 33, et ad H, 5, n. 4. Recte quidem dicitur resp. in religionem venit (saltem res in religionem venit XXII, 33, et apud Cicer. de Nat. Deor. H. 4), sed minus recte respub. in relig. venit, ut senatus, etc.; Doer.

h. e. annus, quo et cousul fuit insignis, et bellum, etc. Confer ad c. 31, n. 10. — L. Papirius, etc.; conf. ad IX, 16, n. 8. — Qua. . qua; vide ad H, 35, n. 3.

^{2.} Opulentia insignium armorum, etc., ut olim; vide IX, 40.

^{3.} Delectu per omnium Samnium habito nova lege, enerata, at, qui, etc.; confer IX, 39, et ad II, 8, n. 3; IV, 26, n. 2. — Pluteisque. Plutei, sit Festus, sunt vel erates corio crado intente, vel tabulse quibus quid presepitur. En.

^{4.} Ex libro vetere Unteo, qualibus libris etiam Romani olim utebantur. Cf. ad IV, 7, n. 7. — Libro...leoto, qui lectus fuerat, nempe ab illo Ovio

Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetusta Samnitium religione⁵; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator⁶ acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque: singuli introducebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circa omni contecto 7 aræ in medio, victimæque circa cæsæ, et circumstantes centuriones strictis gladiis. Amovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine 8, in exsecrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent; et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt : jacentes deinde inter stragem victimarum documento cæteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum⁹, ut vir

Pactio, qui sacerdos hujus sacri fuit. Posset ultima vox abesse sine sensus dispendio, et quidem eam ignorat Hearnii Oxoniens. L. 1. Ed.—Sacerdote, sacrum faciente, et id sacrum pro; hujus sacri administrationem; Strothius.

- 5. Vetusta Samnitium religione; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ, eto.; vide IV, 37; VII, 38.
- 6. Per viatorem imperator, etc.; vide ad II, 56, n. 10.
 - 7. In loco circa omni contecto, se.

linteis velis (ut supra), aræ, etc. Forte ara ex Festo: «Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se romano militi juraverunt.»

- 8. Diro quodam carmine (vide ad I, 24, n. 9), in exsecrationem...composito, quo dira imprecabatur in caput suum, familiaeque, nisi isset, etc.
- 9. Primoribus Samnitium...decem nominatis ab imperatore, eis dictum, etc. Locum hunc ad marginem codieis sui ita legendum conjecit Perizonius:

A. C. 293. LIB. X. CAP. XXXVIII. XXXIX. 205 virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent: ea legio linteata ab integumento consepti 10, quo sacrata nobilitas erat, appellata est; his arma insignia data 11, et cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. Paulo plus viginti millium alius exer-

citus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispar; hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

XXXIX. Consules profecti ab Urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes, operati superstitionibus¹, concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit; cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papirius novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit; minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit: præda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato atinate agro², Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit: ibi aliquamdiu nec cessatum

Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; queis dictum, etc. » Habent eis edictum Portug. et Hearnii Oxoniens. B. An vocula eis ejecta, legendum: obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum, etc.? Ed. — Ut vir virum legerent; vide ad IX, 39, n. 3.

^{10.} Ea legio linteata appellata est ab integumento consepti loci; a linteis, quibus contectus erat locus, cratibus pluteisque conseptus; ut supra. Conf. ad IV, 20, n. 5, et Fest. voe. legio.

^{11.} His arma insignia data, etc.; conf. IX, 40.

CAP. XXXIX. 1. Operati superstitionibus; vide ad I, 31, n. 7. — Amiternum oppidum Sabinorum, in Vestinorum finibus, ex cujus ruinis succrevit Aquila, vel Furconium, vel hodie S. Vittorio, seu Vittore.

^{2.} Atinate agro: intelligo Atinam Volscorum, sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium; Drak. Hærebat Duker., et Antiate legebat Cluver. Ital. ant. IV, 7, p. 1193. — Summa rei Samnitium; vide ad III, 5, n. 6.

ab armis est, neque naviter pagnotum; horssendo quietos, resistentibus cedendo, comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absunchatur. Quod quan indeperetur remittereturque, omnium rerum ction parvarum eventus proferebatur in dies. Altera romana castra viginti militim spatio aberant; et absentis college consesa omnabus gerendis intercrant rebus: intentiorque Carvillus, quo majore discrimine res vertebatur3, in Aquiloniam, quam ad Commium, quod obsidebat, erat. L. Papirius, jam per omnia ad dimicandum satis paratus, nuntium ad collegam mittit; sibi in animo esse, postero die, si per auspicie liceret, confligere com hoste : opus esse, et illum, quanta maxima vi posset, Commium oppuguere, ne quid laxamenti sit Samuitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. Diem ad proficiscendum nuntius habuit : nocte rediit, approbare collegam 5 consulta referens. Papirius, muntio misso, extemplo concionem habuit; multa de universo genere belli, multa de prasenti hostium apparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum, disseruit. Non enun cristas vulnera facere; et per picta atque aurata scuta 6 transire romanum pilum; et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream olim atque argenteam Sammitium aciem a parente suo oc-

Cam Aquilonia, who ad Apulia fines sita prope Aufidem finnen (hod. Codogna), conjungitur Commism oppineerii situs, quod alii Somnitibus, alii Hirpinis assignant, quodque vel directum est ab Cominio Cerito XXV, 14 extr., vel idem.

3. Majore discrimine res vertebatur; vide III, 27, n. 6. Mox jam (2012) muia ad dimicandum satis paratus encad. Gron. 2d XXI, 34.

^{4.} Quid incomenti; v. II., 24, n. 4.
5. Approbare collegum consulta; v. ad III., 6a, n. 3. — Nuntio misso, quam ad collegum missinet nuntium.
Max de præsentis hostium apparatus runa magis specie conj. Gronov. Sed wana magis specie q. e. ad e. per appositionem dicta; Duk.

^{6.} Picta asque aurata scuta...occisam; vide ad IX, 40. — Romanum pilum; v. ad IX, 19, n. 2.

a. C. 29A. U. C. 459. LIBER X. CAP. XXXIX. XL.

207

cidione occisam; spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma, fuisse. Datum hoc forsan nomini fumiliaque suce, ut adversus maximos conatus Samnitium opponerentur duces; spoliaque ea referrent, que insignia publicis etiam locis decorandis? essent. Deos immortales adesse propter toties petita fædera, toties rupta: tum, si qua conjectura mentis divince sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores, quam qui nefando sacro mixta hominum pecudumque ocede respersus, ancipiti deum iræ devotus; hinc fæderum oum Romanis ictorum testes deos, hinc jurisjurandi adversus fædera suscepti exsecrationes horrens, invitus juravenit, odenit sæcramentum; uno tempore deos, cives, hostes motuat.

XL. Heec, comperta perfugarum indiciis, quum apud infensos jam sua sponte milites disseruisset, simul divinæ humanæque spei pleni, clamore consentienti pugnam poscunt: poenitet in posterum diem dilatum certamen; moram diei noctisque oderunt. Tertia vigilia noctis, jam relatis literis a collega, Papirius silentio surgit, et pullarium in auspicium mittit. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnæ: summi infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auspicio intererant, pervenit: nam, quum pulli non pascerentur, pulla-

^{7.} Publicis etiam locis decorandis, foro; vide IX, 40.

^{8.} Deos immortales adesse, adjavare; ut supra VIN, 7, « Aderit Jupiter ipse foederum a vobis violatorum testis »; vide ad I, 12, n. 6. E.o.— Si qua, aliqua, conjectura mentis divina sit, ai-mentem et consilia deorum aliqua conjectura assequi liceat.

^{9.} Nefando saero ... exsecrationes

horrens, invitus juraverit; v. ad c. 38.

— Ancipici deorum iræ, duplici, hinc, tum ob fædera rupta, hinc, tum ob jurisjurandi exsecrationes.

CAP. XL. 1. Clamore consentienti, fausto nomine; vide IV, 37.

^{2.} Papirius silentio surgit; vide ad VIII, 23, n. 12.

^{3.} Pultarium in auspicium mittit, auspicium ex pullis capere jubet : su-

rius, auspicium mentiri ausus 4, tripudium solistimum consuli muntiavit. Consul latus auspicium egregium esse, et deis auctoribus rem gesturos, promuniat; signumque pugnæ proponit. Exemnti jam forte in aciem nuntiat perfuga, viginti cohortes Samuitian 'quadringenaria' ferme erant Cominium profectas. Quod ne ignoraret collega, extemplo muntium mittit: ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque suis quaque locis, et præfectos subsidiis attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios, Caios Caedicium et Trebonium, præfecit. Sp. Nautium mulos, detractis clitellis⁶, cun cohortibus alariis; in tumulum conspectum propere circumducere jubet, atque inde inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque ab equitibus romanis; qui, rem haud spernendam rati, Sp. Papirio, fratris filio consulis, ambigi de au-

pentitio nota et abourda, quam ad altima imperii rom. tempora viguisse mireris.

4. Pullarius, auspicium mentiri ausus; comf. ad XXI, 63, n. 8. - Tripudium solistimum; vid. Cic. Div. I. 15; II, 8 et 34. - Ampicium e pullis summa religione a Romanis captabatur, hoe modo: pullos in fovea asservakant ii, qui ex ipso dicebantur pullarii; his igitur pullis, quando auspicari opus erat, puls, vel offa objiciebatur. Si pulli e cavea egressi non essent, aut progressi offam non attigissent, inde colligebatur periculum imminere; sin autem pascerentur, bonum augurium habebatur, præsertim si iis vescentibus aliquid ex ore decidisset : idque tripudium solistimum appellaheur. Quia enim, ait Cie. de Divin. II, 72, quum pascuntur pulli, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pasire, id est, fexire, terriparium primo, mox terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dictur. Solistimum autem dicebatur a solo, quod feriebat offa ex ore pulli decidens. En.

5. Quadr. f. erant; v. VII, 7, n. 2.
6. Mulos, detractis clitellis, etc.; vide ad VII, 14, n. 4.

7. Cam cohortibus alariis (al. aleribus) sociorum peditatu. Aler nonmunquam sociorum copiae, at plerunque equitum quantum unius legionis erat (tum CCC); Str. Conf. ad XXV, 21, n. 4. — Tumulum conspectum; vide ad II, 5, n. 8. spicio, renuntiaverunt. Juvenis, ante doctrinam deos spernentem natus⁸, rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. Cui ille, « Tu « quidem macte virtute diligentiaque esto 9 : cæterum « qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat, in semet « ipsum religionem recipit10. Mihi quidem tripudium « nuntiatum populo romano exercituique egregium « auspicium est. » Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent. Promovent et Samnites signa; insequitur acies ornata 11 armataque, ut hostium quoque magnificum spectaculum esset. Priusquam clamor tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit. Quod ubi consuli nuntiatum est, « dii in prælio sunt, « inquit; habet pænam noxium caput. » Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit 12: quo lætus augurio consul, affirmans nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse deos 13, signa canere, et clamorem tolli jussit.

XLI. Prælium commissum atrox, cæterum longe disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor certaminis, avidos hostium sanguinis in prælium rapit: Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere, quam inferre pugnam, cogit. Nec sustinuissent primum clamorem atque impetum Ro-

^{8.} Juvenis, ante doctrinam deos spernentem natus; conf. ad III, 20, n. 6. Epicureos his verbis perstringi monet Gebh.

^{9.} Macte virtute diligentiaque esto; v. II, 12, n. 10. — Qui auspicio adest, propr. præest, sc. pullarius: sed illud verbum de sacris usitatius; Ern.

^{10.} In semet ipsum religionem recipit; vide ad II, 5, n. 4.

III. Insequitur acies ornata, legio

linteata, armataque, alius exercitus XX millium (vide cap. 38 extr.), et quidem ornata acies, ita ut hostium quoque, quamvis hostium esset, seu hostilis acies, magnificum spectaculum esset.

^{12.} Corvus voce clara oceinuit; vid. ad VI, 41, n. 6.

^{13.} Nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse deos, evidentiori præsentiæ favorisque sui significa-

manorum, per ali prot jum annos vinci asseti, ni potentior alicis metros mandens pertoribus a faça retineret. Quippe in oculis erat omnis ille" occulti paratis sacri, et armati sacerdotes, et promiscua hominon pecudumque strages, et respersa fando nefandoque sanguine ara, et dara essecratio, ac furiale carnen, detestande familie stirpique compositum. His vinculis fugze obstricti 2 stabant, civem magis, quam ho stem, timentes. Instare Romanus a cornu utroque, a media acie, et cædere deorum hominumque attonitos metu: repugnatur segniter, ut ab iis, quos tino moraretur a fuga. Jam prope ad signa cardes pervenrat, quam ex transverso pulvis, velut ingentis agninis incessu motus, apparuit. Sp. Nautius Octavium Metium quidam eum tradunt', dux alaribus cohortibus3 erat. Pulverem majorem, quam pro numero, excitabant; insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant; arma signaque per turbidan lucem 4 in primo apparebant : post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat; fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos: et consul affirmavit errorem⁵, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum

tione; Doer. Pando ante: dii in prælio sunt; vide ad 1, 12, n. 6.

CAP. XLL. 1. Occulti paratus (apparatus, ut saepe apud Tacitum; vide ad Ann. III, 35, 5, sacri...compositum; conf. cap. 38. — Armati sacerdotes, forte centuriones, ut cap. 38; nizi ibi leg. circumstantes sacerdotes strictis gladiis. — Fando nefandoque sanguine, pecudum hominumque.

2. His vinculis fugæ obstricti, impedimentis fugæ; bis remediis, a fuga eos retinentibus, compulsi. Conf. c. 3 extr. et ad lib. XXI, c. 43. n. 3.

3. Dux alaribus cohortibus era: pairerem majorem, etc.; conf. c. 40. n. 6, 7. — Majorem, quam pro mero; vide ad VII, 33, n. 2.

4. Per turbidam Incem, moto pulvere turbatam. — In primo apparobant; vide ad II, 20, n. 3.

5. Consul affirmavit errorem, etc.; conf. ad X, 14, 13. — Ita ut vas etiam ad hostes accideret optimi MSS. Sie cap. 43, clamor eos utrinque par accidens sustinuit; XXVII, 17; presidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit; ibid.



Cominium, victorem collegam adesse; adniterentur vincere prius, quam gloria alterius exercitus fieret. Hæc insidens equo: inde tribunis centurionibusque imperat, ut viam equitibus patefaciant. Ipse Trebonio Cædicioque prædixerat 6, ut, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent, concitarent equites in hostem; ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt. Panduntur inter ordines væ: provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit; perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit. Instant Volumnius et Scipio, et perculsos sternunt: tum, jam deorum hominumque victa vi 7, funduntur linteatæ cohortes: pariter jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, præter hostes, metuunt. Peditum agmen, quod superfuit pugnæ, in castra ad Aquiloniam compulsum est; nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt : equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua⁸, dextrum ad

inde nulla accidebat vox. Alii accederet, quod ex Terent. Hecyr. act III, sc. 5, v. 32. « Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus. » Et Cicer. in Vatin. cap. 2: « Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accidat. » Defendi posse monet Duk. Conf. inf. ad XXI, 10, n. 15. En.

6. Ipse Trebonio Cædicioque prædixerat; vide supra ad libr. II, cap. 10. n. 4.

7. Tum jam deorum hominumque victa vi, quam horrendum jusjurandum, et terribiles minæ in milites habuerant; Doer. Conf. c. 38. — Victa vi; victa vis plurimi codices, et fere omnes ante Frobenian. edd. Ea lectio si recipiatur, post voc. vis interpungendum eat, victa vis; funduntur.

Vulgatum placebit illis qui omnia unius orationis complexu contineri malunt; contra scriptam lectionem præferent. qui codicum consensum non spernendum judicabunt, præsertim quum alibi etiam Livius intercisis his orationibus delectatus sit. Eligat igitur quisque, quod sibi verius videatur. En. - Linteatæ cohortes; vide cap. 38. Mox agmen post peditum deleri malebat Gronov. - Peditum agmen, quod superfuit pugnæ. Indicat hic noster, non integrum agmen peditum in castra compulsum esse, sed eam agminis partem, quæ pugnæ superfuit. Eodem fere modo locutus est Livius supr. V, 34, is, quod his ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos....excivit. Vide et inf. XXVI, 33. ED.

8. Diversa cornua, etc.; vid. supra ad III, 60, n. r.

castra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore resistitur vi; non quia plus animi victis est, sed melius muri, quam vallum, armatos arcent: inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam collegerentur animi, transacta res esset, lentiorem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, interrogat milites, Satin' æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli a portis urbis? Reclamantibus universis, primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam: sequuti alii, testudine facta, in urbem perrumpunt; deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. Penetrare in interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

XLII. Hæc primo ignorare consul, et intentus recipiendo exercitui esse: jam enim præceps in occasum sol¹ erat, et appetens nox² periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longius ab dextra castra capta videt: ab læva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse; et tum forte certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propius, ut suos in muris videt, nec jam integri quidquam esse³, quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset, acciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit; ingressi proxima ex parte⁴, quia nox appropinquabat, quievere: nocte oppidum ab hostibus desertum est. Cæsa illo

jam tentata esse et perfecta; vide ad II, 5, n. 1.

^{9.} Testudine facta; vid.V, 5, n. 3. CAP. XLII. 1. Praceps in occasum sol; vide ad IV, 9, n. 6.

^{2.} Appetens nox; v. ad V, 19, n. 2.

^{3.} Nec jam integri quidquam esse, nihil, quod a se mutari possit, nihil a suo amplius pendere arbitrio, omnia

^{4.} Ingressi proxima ex parte..... quievere, ex parte militum, qui urbi proximi fuerant; Doer. Imo ingressi erant. Cave etiam jungas ingressi proxima et ex parte quievere. Aptior ra-

die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta⁵ trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti et septuaginta: signa militaria nonaginta septem. Cæterum illud memoriæ traditur, non ferme alium ducem lætiorem in acie visum, seu suopte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodem robore animi⁶ neque controverso auspicio⁷ revocari a prælio potuit; et in ipso discrimine⁸, quo templa diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi⁹ prius, quam temetum biberet, sese facturum. Id votum diis cordi fuit ¹⁰; et auspicia in bonum verterunt ¹¹.

XLIII. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res: prima luce, ad mœnia omnibus copiis

tio est: ingressi ex parte, non omnes, sed pars copiarum, quas consul acciverat, proxima, primas urbis partes; vel ingressi urbem ex proxima parte ejus, h. e. proximas ejus partes (cf. ad II, 33, n. 8): nisi cum Gronoviis leg. proxima portæ, vel ingressi proxima, ea parte,...quievere.

- 5. Milka trig., etc.; v.IX, 43, n. 8.6. Ab codem robore animi, propter
- o. Ab eodem robore animi, propter illud; vide ad I, 1, n. 5.
 - 7. Controverso auspicio; cf. c. 40. 8. In ip. discrimine; v.VI, 17, n. 1.
- 9. Pocillum mulsi prius, quam temetum, vinum (præcipuam temulentiæ causam; vide Plinium, XIV, 3, et
 Gell. X, 23), biberet, sese facturum,
 sacrificandi causa oblaturum: nam facere est verbum propr. de sacrificiis.
 Sed vel simpl. dicitur pro sacrificare
 (facere et fieri, sc. sacra, seu sacrum,
 ut sæpius utrumque XXII, 10, et gr.
 bíčev, cf. ad Juven. IX, 117), vel
 jungitur eo sensu cum ablat. rei (ut
 catulo et vitula apud Colum. II, 22,

et Virg. Ecl. III, 77), non cum accu-

sativo rei, nisi cum sacra, aut sacrificium et res divinas. Hiné leg. forte pocillo, aut facturum proprio sensu h. l. capiendum, etsi non sine respectu sacrificii, vel cum Drak. referendum ad compositionem mulsi, quod ex vino et melle conficiebatur, unde gr. οίνομελι dictum. Cæterum Strothius jam monuit, hoc votain, quod nen templum, aut tale quid magni contineat, sed ad vinum et lætitiam spectet, adeoque fere joeosum sit, afferri ad probandum, non ferme alium lætiorem ducem in acie visum. Mulsi autem usus Romanis tum in sacris fuit, tum in deliciis, et in triumphis, funeribusque, in quibus milites et fuaus prosequentes eo donabantur. Cf. XXXVIII, 55, n. 2; Varr. R. R. III. 16, n. 2; Colum. XII, 12; Plin. XIV. 17; XXII, 23, 24, sea 49-53 (ubi vide Hard.); Plaut. Bacchid. IV, g. 149 sq. Plut. Apopth. p. 196.

10. Id v. diis c. fuit; v.VI, 9, n. 1.
11. Auspicia in bonum verterum; vide ad II, 3, n. 2.

millia octingentos. Ne Romanis quidem læta victoria fuit; recensente consule biduo acceptam cladem, amissorum militum numerus relatus septem millium ac ducentorum. Dum hæc in Apulia gerebantur, altero exercitu Samnites Interamnam⁸, coloniam romanam, quæ via latina est, occupare conati, urbem non tenuerunt: agros depopulati quum prædam aliam inde mixtam hominum atque pecudum, colonosque captos agerent, in victorem incidunt consulem, ab Luceria redeuntem: nec prædam solum amittunt, sed ipsi longo atque impedito agmine 9 incompositi cæduntur. Consul, Interamnam edicto dominis ad res suas noscendas recipiendasque revocatis, et exercitu ibi relicto, comitiorum causa Romam est profectus. Cui de triumpho agenti negatus honos, et ob amissa tot millia militum, et quod captivos sine pactione sub jugum misisset 10.

XXXVII. Gonsul alter Postumius, quia in Samnitibus materia belli deerat, in Etruriam traducto exercitu¹, primum pervastaverat volsiniensem agrum: dein cum egressis ad tuendos fines haud procul mænibus ipsorum depugnat: duo millia octingenti Etru-

jugum misisset: vox sine perperam omissa in edd. Ernest. I et Stroth.— Nempe sub jugum missi liberabantur, et abire sinebantur. Id ergo indignastur Patres, tot captivos ita remissosesse, ut nihil inde commodi respublica recepisset. Ep.

CAP. XXXVII. 1. In Etruriam traducto exercitu: præpositio in abest a multis optimisque MSS. Sic navigare Ægyptum XLV, 10; Peloponnesum proficiscuntur XLII, 44, 5, et similia XXXII, 16; XXXVI, 42; XXXVII, 31, 33; XLV, 11, 12; vide ad Tacit. Ann. 1, 5, n. 2, et supra ad VIII, 1,

^{8.} Interamnam (seu Interamnas), coloniam romanam (conf. IX, 28), quæ in via latina est (vide ad II, 39, n. 3), in Latio: nam aliud opp. ejusdem nominis in Umbria, aliud in Piceno fuit. Conf. ad Tacit. Annal. I, 79, n. 3.

^{9.} Impedito agmine; vid. ad V, 16, n. 2. — Ad res suas noscendas rec. (vide ad III, 10, n. 1) revocatis, qui forte, quum hoste ingruente diffugissent, nondum ad sedes suas redierant: nisi dictum pro simpl. vocatis; aut legendum evocatis; Duk.

^{10.} Quod captivos sine pactione sub

scorum cæsi; cæteros propinquitas urbis tutata est. In rusellanum agrum exercitus traductus; ibi non agri tantum vastati, sed oppidum etiam expugnatum: capta amplius duo millia hominum², minus duo millia circa muros cæsa. Pax tamen clarior majorque, quam bellum in Etruria eo anno fuerat, parta est: tres validissimæ urbes, Etruriæ capita, Volsinii, Perusia, Arretium, pacem petiere; et, vestimentis militum, frumentoque pacti cum consule, ut mitti Romam oratores liceret, inducias in quadraginta annos impetraverunt. Mulcta præsens³ quingentum millium æris in singulas civitates imposita. Ob hasce res gestas consul quum triumphum ab senatu, moris magis causa, quam spe impetrandi, petisset, videretque alios, quod tardius ab Urbe exisset, alios, quod injussu senatus ex Samnio in Etruriam transisset, partim suos inimicos, partim collegæ amicos, ad solatium æquatæ repulsæ4 sibi quoque negare triumphum: « Non ita, inquit, Patres « conscripti, vestræ majestatis meminero, ut me con-« sulem esse obliviscar. Eodem jure imperii, quo bella « gessi, bellis feliciter gestis, Samnio atque Etruria « subactis, victoria et pace parta, triumphabo. » Ita senatum reliquit. Inde inter tribunos plebis contentio orta: pars intercessuros, ne novo exemplo triumpharet⁵, aiebant; pars auxilio se adversus collegas triumphanti futuros. Jactata res ad populum est6: vocatusque eò consul, quum M. Horatium, L. Valerium

^{1;} Drakenb. ad X, 37, n. 1; XXVIII, 45, n. 8; XXXIII, 41, n. 6.

^{2.} Amplius duo millia hominum, minus duo, etc.; vide III, 64, n. 5.

^{3.} Mulcta præsens; v. I, 12, n.6.

^{4.} Ad solatium æquatæ repulsæ, ut ipse eamdem, quam collega ejus (vide cap. 36 extr.), repulsam ferret,

vel ei quoque honor triumphi petitus negaretur, idque collegæ ejus solatio esset.

Ne novo exemplo triumpharet,. sine auctoritate senatus, et sine jussu populi.

^{6.} Jactata res ad populum est; vide ad III, 10, n. 2.

consules, C. Martium Rutilum nuper, patrem ejus, qui tunc censor esset, non ex auctoritate senatus, sed jussu populi triumphasse? diceret, adjiciebat, se quoque laturum fuisse ad populum, ni sciret, mancipia nobilium tribunos 8 plebis legem impedituras: voluntatem sibi ac favorem consentientis populi pro omnibus jussis esse ac futura. Posteroque die auxilio tribunorum plebis trium, adversus intercessionem septem tribunorum, et consensum senatus, celebrante populo diem, triumphavit. Et hujus anni 9 parum constans memoria est. Postumium, auctor est Claudius 19, in Samnio captis aliquot urbibus, in Apulia fusum fugatumque, saucium ipsum cum paucis Luceriam compulsum: ab Atilio in Etruria res gestas, eumque triumphasse. Fabius, ambo consules II in Samnio et ad Luceriam res gessisse, scribit, traductumque in Etruriam exercitum (sed ab utro consule non adjecit), et ad Luceriam utrimque multos occisos : inque ea pugna Jovis Statoris ædem votam, ut Romulus ante voverat; sed fanum tantum 12, id est, locus, tem-

7. M. Horatium...triumphasse; v. III, 63, et VII, 17. — Patrem ejus, qui tunc (forte nunc) censor esset; vide X, 47. Mox id ante ad populum supplendum, vel excidit.

8. Mancipia nobilium tribunos pl.; vide ad II, 10, n. 6.

9. Et hujus anni, etiam hujus; ut superioris, de quo vide cap. 30. — Memoria, historia.

10. Anctor est Claudius (vide ad II, 58, n. 1, et VI, 42, n. 4)....ab Atilio in Etruria, etc. Fasti utrumque tradunt. Cf. Pigh. Annal. ad an. 459, et Periz. Anim. hist. c. 4, p. 216.

11. Fabius ambo (al. ambos) consules....scribit; vide ad I, 44, n. 5.

12. Sed fanum tantum, id est, lo-

cus templo effatus, sacratus (al. jam sacratus) fuerat; vide ad I, 55, n. 3. Totum hoe id est sqcratus glosse speciem habere, saltem sacratus esse glossema τοῦ effatus, non male suspicabatur Stroth. Vorte etiam legendum hanc Romulus ante voverat (vide ad I, 12, n. 5): sed fanum tantum.... fuerat hactenus. Hoc demum anno, etc. Facile ut ex $h\overline{c}$ (h. e. hanc), et cate rum ex hactenus oriri potuit. - Fanum igitur at ædes, si proprie omnipo loquerentur, sic differebant, ut fanum esset area nuda, et solum alicui deo consecratum; ædes ipsum ædificium. Hinc Fest., sistere fana quum in condenda urbe dicitur, significat loca in appido futurorum fanorum constituere. En.

^{A. C. 293.} LIB. X. CAP. XXXVII. XXXVIII. 203 plo effatus, sacratus fuerat. Cæterum, hoc demum anno, ut ædem etiam fieri senatus juberet, bis ejusdem voti damnata ¹³ republica, in religionem venit.

XXXVIII. Sequitur hunc annum tet consul insignis, L. Papirius Cursor, qua paterna gloria, qua sua, et bellum ingens victoriaque, quantam de Samnitibus nemo ad eam diem, præter L. Papirium patrem consulis, pepererat: et forte eodem conatu apparatuque omni opulentia insignium armorum bellum adornaverant; et deorum etiam adhibuerant opes, ritu quodam sacramenti vetusto velut initiatis militibus, delectu per omne Samnium habito³ nova lege: ut, qui juniorum non convenisset ad imperatorium edictum, quique injussu abisset, caput Jovi sacratum esset. Tum exercitus omnis Aquiloniam est indictus: ad quadraginta millia militum, quod roboris in Samnio erat, convenerunt. Ibi mediis fere castris locus est conseptus cratibus pluteisque, et linteis contectus, patens ducentos maxime pedes in omnes pariter partes. Ibi ex libro vetere linteo lecto sacrificatum, sacerdote

^{13.} Bis ejusdem voti damnata republica, voti solutionem debente; vide ad V, 25, n. 2. ED. - Republica pro vulg. respublica in rel. venit reposui cum Gronov. qui bene monet, sensum esse: postquem jam bis respub. voto Jovi Statori facto servata erat, visum est senatui ad religionem pertinese, vel religionem postulare, est justa sedes tam facili deo conderetur; cf. XXII, 33, et ad H, 5, n. 4. Recte quidem dicitur resp. in religionem venit (saltem res in religionem venit XXH, 33, et spud Cicer. de Nat. Deor. H. 4), sed minus recte respub. in relig. venit, ut senatus, etc.; Doer.

Car. XXXVIII. 1. Sequitur hunc annum et consul.... et bellum, etc.,

h. e. annus, quo et cousul fuit insignis, et hellum, etc. Confer ad c. 31, n. 10. — L. Papirius, etc.; conf. ad IX, 16, n. 8. — Qua. .qua; vide ad II, 35, n. 3.

^{2.} Opulentia insignium armorum, etc., ut olim; vide IK, 40.

^{3.} Delects per omnium Samnium habiso nova lege, enerata, nt, qui, etc.; confer IX, 39, et ad II, 8, n. 3; IV, 26, n. 2. — Pluteisque. Plutei, est Fostus, sunt vel crutes corio crudo intente, vel tabulæ quibus quid presepitur. Ep.

^{4.} Ex libro vetere linteo, qualibus libris etiam Romani olim utebantur. Cf. ad IV, 7, n. 7. — Libro...lecto, qui lectus fuerat, nempe ab illo Ovio

Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetusta Samnitium religione⁵; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator⁶ acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque: singuli introducebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circa omni contecto 7 aræ in medio, victimæque circa cæsæ, et circumstantes centuriones strictis gladiis. Amovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine 8, in exsecrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent; et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt : jacentes deinde inter stragem victimarum documento cæteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum⁹, ut vir

Pactio, qui sacerdos hujus sacri fuit. Posset ultima vox abesse sine sensus dispendio, et quidem eam ignorat Hearnii Oxoniens. L. 1. En.—Sacerdote, sacrum faciente, et id sacrum pro; hujus sacri administrationem; Strothius.

- 5. Vetusta Samnitium religione; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ, etc.; vide IV, 37; VII, 38.
- 6. Per viatorem imperator, etc.; vide ad II, 56, n. 10.
 - 7. In loco circa omni contecto, se.

linteis velis (ut supra), aræ, etc. Forte ara ex Festo: «Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se romano militi juraverunt.»

8. Diro quodam carmine (vide ad I, 24, n. 9), in exsecrationem...composito, quo dira imprecabatur in caput suum, familiæque, nisi isset, etc.

9. Primoribus Samnitium...decem nominatis ab imperatore, eis dictum, etc. Locum hunc ad marginem codieis sui ita legendum conjecit Perizonius: ^{A. C. 293.} LIB. X. CAP. XXXVIII. XXXIX. 205 virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent: ea legio linteata ab integumento consepti ¹⁰, quo sacrata nobilitas erat, appellata est; his arma insignia data ¹¹, et cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. Paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec

apparatu linteatæ legioni dispar; hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

XXXIX. Consules profecti ab Urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes, operati superstitionibus¹, concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit; cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papirius novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit; minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit: præda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato atinate agro², Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit: ibi aliquamdiu nec cessatum

~ Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; queis dictum, etc. » Habent eis edictum Portug. et Hearnii Oxoniens. B. An vocula eis ejecta, legendum: obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum, etc.? Ed. — Ut vir virum legerent; vide ad IX, 39, n. 3.

10. Ea legio linteata appellata est ab integumento consepti loci; a linteis, quibus contectus erat locus, cratibus pluteisque conseptus; ut supra. Conf. ad IV, 20, n. 5, et Fest. voe. legio. 11. His arma insignia data, etc.; conf. IX, 40.

CAP. XXXIX. 1. Operati superstitionibus; vide ad I, 31, n. 7. — Amiternum oppidum Sabinorum, in Vestinorum finibus, ex cujus ruinis succerevit Aquila, vel Furconium, vel hodie S. Vittorio, seu Vittore.

2. Atinate agro: intelligo Atinam Volscorum, sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium; Drak. Hærebat Duker., et Antiate legebat Cluver. Ital. ant. IV, 7, p. 1193. — Summa rei Samnitium; vide ad III, 5, n. 6.

Ovio Pactio quodam, homine magno natu, qui se id sacrum petere affirmabat ex vetusta Samnitium religione⁵; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ clandestinum cepissent consilium. Sacrificio perfecto, per viatorem imperator⁶ acciri jubebat nobilissimum quemque genere factisque: singuli introducebantur. Erat quum alius apparatus sacri, qui perfundere religione animum posset; tum in loco circa omni contecto 7 aræ in medio, victimæque circa cæsæ, et circumstantes centuriones strictis gladiis. Amovebatur altaribus miles, magis ut victima, quam ut sacri particeps: adigebaturque jurejurando, quæ visa auditaque in eo loco essent, non enuntiaturum. Dein jurare cogebatur diro quodam carmine 8, in exsecrationem capitis familiæque et stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent; et si aut ipse ex acie fugisset, aut, si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset. Id primo quidam abnuentes juraturos se, obtruncati circa altaria sunt : jacentes deinde inter stragem victimarum documento cæteris fuere, ne abnuerent. Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominatis ab imperatore, eis dictum 9, ut vir

Pactio, qui sacerdos hujus sacri fuit. Posset ultima vox abesse sine sensus dispendio, et quidem eam ignorat Hearnii Oxoniens. L. r. En.—Sacerdote, sacrum faciente, et id sacrum pro; hujus sacri administrationem; Strothius.

- 5. Vetusta Samnitium religione; qua quondam usi majores eorum fuissent, quum adimendæ Etruscis Capuæ, eto.; vide IV, 37; VII, 38.
- 6. Per viatorem imperator, etc.; vide ad II, 56, n. 10.
 - 7. In loco circa omni contecto, se.

linteis velis (ut supra), aræ, etc. Forte ara ex Festo: «Legio Samnitium linteata appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram, velis linteis circumdatam, non cessuros se romane militi juraverunt.»

8. Diro quodam carmine (vide ad I, 24, n. 9), in exsecrationem...com-posito, quo dira imprecabatur in caput suum, familiæque, nisi isset, etc.

9. Primoribus Samnitium...decem nominatis ab imperatore, eis dictum, etc. Locum hunc ad marginem codieis sui ita legendum conjecit Perizonius: ^{A. C. 293.} LIB. X. CAP. XXXVIII. XXXIX. 205 virum legerent, donec sexdecim millium numerum confecissent: ea legio linteata ab integumento consepti ¹⁰, quo sacrata nobilitas erat, appellata est; his arma insignia data ¹¹, et cristatæ galeæ, ut inter cæteros eminerent. Paulo plus viginti millium alius exercitus fuit, nec corporum specie, nec gloria belli, nec apparatu linteatæ legioni dispar; hic hominum numerus, quod roboris erat, ad Aquiloniam consedit.

XXXIX. Consules profecti ab Urbe: prior Sp. Carvilius, cui veteres legiones, quas M. Atilius, superioris anni consul, in agro Interamnati reliquerat, decretæ erant, cum eis in Samnium profectus, dum hostes, operati superstitionibus¹, concilia secreta agunt, Amiternum oppidum de Samnitibus vi cepit; cæsa ibi millia hominum duo ferme atque octingenti: capta quatuor millia ducenti septuaginta. Papirius novo exercitu (ita decretum erat) scripto, Duroniam urbem expugnavit; minus, quam collega, cepit hominum, plus aliquanto occidit: præda opulenta utrobique est parta. Inde pervagati Samnium consules, maxime depopulato atinate agro², Carvilius ad Cominium, Papirius ad Aquiloniam (ubi summa rei Samnitium erat) pervenit: ibi aliquamdiu nec cessatum

"Primoribus Samnitium ea detestatione obstrictis, decem nominati ab imperatore; queis dictum, etc. "Habent eis edictum Portug. et Hearnii Oxoniens. B. An vocula eis ejecta, legendum: obstrictis, decem nominatis ab imperatore edictum, etc.? Ed. — Ut vir virum legerent; vide ad IX, 39, n. 3.

10. Ea legio linteata appellata est ab'integumento consepti loci; a linteis, quibus contectus erat locus, cratibus pluteisque conseptus; ut supra. Conf. ad IV, 20, n. 5, et Fest. voe. legio. 11. His arma insignia data, etc.; conf. IX, 40.

CAP. XXXIX. 1. Operati superstitionibus; vide ad I, 31, n. 7.— Amiternum oppidum Sabinorum, in Vestinorum finibus, ex cujus ruinis succerevit Aquila, vel Furconium, vel hodie S. Vittorio, seu Vittore.

2. Atinate agro: intelligo Atinam Volscorum, sed quæ hoc tempore erat in potestate Samnitium; Drak. Hærebat Duker., et Antiate legebat Cluver. Ital. ant. IV, 7, p. 1193. — Summa rei Samnitium; vide ad III, 5, n. 6. 206

ab armis est, neque naviter pugnatum; lacessendo quietos, resistentibus cedendo, comminandoque magis, quam inferendo pugnam, dies absumebatur. Quod quum inciperetur remittereturque, omnium rerum etiam parvarum eventus proferebatur in dies. Altera romana castra viginti millium spatio aberant; et absentis collegæ consilia omnibus gerendis intererant rebus: intentiorque Carvilius, quo majore discrimine res vertebatur3, in Aquiloniam, quam ad Cominium, quod obsidebat, erat. L. Papirius, jam per omnia ad dimicandum satis paratus, nuntium ad collegam mittit; sibi in animo esse, postero die, si per auspicia liceret, confligere cum hoste: opus esse, et illum, quanta maxima vi posset, Cominium oppugnare, ne quid laxamenti 4 sit Samnitibus ad subsidia Aquiloniam mittenda. Diem ad proficiscendum nuntius habuit: nocte rediit, approbare collegam 5 consulta referens. Papirius, nuntio misso, extemplo concionem habuit; multa de universo genere belli, multa de præsenti hostium apparatu, vana magis specie, quam efficaci ad eventum, disseruit. Non enim cristas vulnera facere; et per picta atque aurata scuta 6 transire romanum pilum; et candore tunicarum fulgentem aciem, ubi res ferro geratur, cruentari. Auream olim atque argenteam Samnitium aciem a parente suo oc-

Com Aquilonia, urbe ad Apuliæ fines sita prope Aufidum flumen (hod. Cedogna), conjungitur Cominium opp. incerti situs, quod alii Samnitibus, alii Hirpinis assignant, quodque vel diversum est ab Cominio Cerito XXV, 14 extr., vel idem.

3. Majore discrimine res vertebatur; vide III, 27, n. 6. Mox jam (2atà) omnia ad dimicandum satis paratus emend. Gron. ad XXI, 34.

4. Quid laxamenti; v. II, 24, n. 4.
5. Approbare collegam consulta; v.
ad III, 62, n. 3. — Nuntio misso,
quum ad collegam misisaet nuntium.
Mox de præsentis hostium apparatus
vana magis specie conj. Grozov. Sed
vana magis specie q. e. ad e. per appositionem dicta; Duk.

6. Picta atque aurata scuta...occisam; vide ad IX, 40. — Romanum pilum; v. ad IX, 19, ú. 2. cidione occisam; spoliaque ea honestiora victori hosti, quam ipsis arma, fuisse. Datum hoc forsan nomini familiaque suce, ut adversus maximos conatus Samnitium opponerentar duces; spoliaque ea referrent, qua insignia publicis etiam locis devorandis? essent. Deos immortales adesse propter toties petita fædera, toties rupta: tum, si qua conjectura mentis divinæ sit, nulli unquam exercitui fuisse infestiores, quam qui nefando sacro mixta hominum pecudumque cæde respersus, ancipiti deum iræ devotus; hinc fæderum oum Romanis ictorum testes deos, hinc jurisjurandi adversus fædera suscepti exsecrationes horrens, invitus juraverit, oderit sacramentum; uno tempore deos, cives, hostes metuat.

XL. Hec, comperta perfugarum indiciis, quum apud infensos jam sua sponte milites disseruisset, simul divinæ humanæque spei pleni, clamore consentienti pugnam poscunt: pœnitet in posterum diem dilatum certamen; moram diei noctisque oderunt. Tertia vigilia noctis, jam relatis literis a collega, Papirins silentio surgit, et pullarium in auspicium mittit 3. Nullum erat genus hominum in castris intactum cupiditate pugnæ: summi infimique æque intenti erant: dux militum, miles ducis ardorem spectabat. Is ardor omnium etiam ad eos, qui auspicio intererant, pervenit: nam, quum pulli non pascerentur, pulla-

^{7.} Publicis etiam locis decorandis, foro; vide IX, 40.

^{8.} Deos immortales adesse, adjavare; ut supra VIN, 7, « Aderit Jupiter ipse fosderum a vobis violatorum testis »; vide ad I, 12, n. 6. Ex. Si qua, aliqua, conjectura mentis divinæ sit, si mentem et consilia decrum aliqua conjectura assequi liceat.

^{9.} Nefando saero ... exsecrationes

horrens, invitus juraverit; v. ad c. 38.

— Ancipiti deorum iræ, duplici, hinc, tum ob fædera rapta, hinc, tum ob jurisjurandi exsecrationes.

CAP. XL. 1. Clamore consentienti, fausto nomine; vide IV, 37.

^{2.} Papirius silentio surgit; vide ad VIII, 23, n. 12.

^{3.} Pullarium in auspicium mittit, auspicium ex pullis capere jubet: su-

rius, auspicium mentiri ausus 4, tripudium solistimum consuli nuntiavit. Consul lætus auspicium egregium esse, et deis auctoribus rem gesturos, pronuntiat; signumque pugnæ proponit. Exeunti jam forte in aciem nuntiat perfuga, viginti cohortes Samnitium (quadringenariæ⁵ ferme erant) Cominium profectas. Quod ne ignoraret collega, extemplo nuntium mittit: ipse signa ocius proferri jubet, subsidiaque suis quæque locis, et præfectos subsidiis attribuerat. Dextro cornu L. Volumnium, sinistro L. Scipionem, equitibus legatos alios, Caios Cædicium et Trebonium, præfecit. Sp. Nautium mulos, detractis clitellis6, cum cohortibus alariis, in tumulum conspectum propere circumducere jubet, atque inde inter ipsam dimicationem, quanto maxime posset, moto pulvere ostendere. Dum his intentus imperator erat, altercatio inter pullarios orta de auspicio ejus diei, exauditaque ab equitibus romanis; qui, rem haud spernendam rati, Sp. Papirio, fratris filio consulis, ambigi de au-

perstitio nota et absurda, quam ad nltima imperii rom. tempora viguisse mireris.

4. Pullarius, auspicium mentiri ausus; conf. ad XXI, 63, n. 8. - Tripudium solistimum; vid. Cic. Div. I, 15; II, 8 et 34. - Auspicium e pullis summa religione a Romanis captabatur, hoc modo: pullos in fovea asservabant ii, qui ex ipso dicebantur pullarii; his igitur pullis, quando auspicari opus erat, puls, vel offa objiciebatur. Si pulli e cavea egressi non essent, aut progressi offam non attigissent, inde colligebatur periculum imminere; sin autem pascerentur, bonum augurium habebatur, præsertim si iis vescentibus aliquid ex ore decidisset : idque tripudium solistimum

appellabatur. Quia enim, ait Cic. de Divin. II, 72, quum pascuntur pulli, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, id est, ferire, terripavium primo, mox terripudium dictum est: hoc quidem jam tripudium dicitur. Solistimum autem dicebatur a solo, quod feriebat offa ex ore pulli decidens. Ed.

5. Quadr. f. erant; v. VII, 7, n. 2.
6. Mulos, detractis clitellis, etc.;

vide ad VII, 14, n. 4.

7. Cum cohortibus alariis (al. alaribus) sociorum peditatu. Alæ nonnunquam sociorum copiæ, at plerumque equitum quantum unius legionis erat (tum CCC); Str. Conf. ad XXV, 21, n. 4. — Tumulum conspectum; vide ad II, 5, n. 8.

spicio, renuntiaverunt. Juvenis, ante doctrinam deos spernentem natus⁸, rem inquisitam, ne quid incompertum deferret ad consulem, detulit. Cui ille, « Tu « quidem macte virtute diligentiaque esto 9 : cæterum « qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat, in semet « ipsum religionem recipit's. Mihi quidem tripudium a nuntiatum populo romano exercituique egregium « auspicium est. » Centurionibus deinde imperavit, ut pullarios inter prima signa constituerent. Promovent et Samnites signa; insequitur acies ornata 11 armataque, ut hostium quoque magnificum spectaculum esset. Priusquam clamor tolleretur, concurrereturque, emisso temere pilo ictus pullarius ante signa cecidit. Ouod ubi consuli nuntiatum est, « dii in prælio sunt, « inquit; habet pænam noxium caput. » Ante consulem hæc dicentem corvus voce clara occinuit 12: quo lætus augurio consul, affirmans nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse deos 13, signa canere, et clamorem tolli jussit.

XLI. Prælium commissum atrox, cæterum longe disparibus animis. Romanos ira, spes, ardor certaminis, avidos hostium sanguinis in prælium rapit: Samnitium magnam partem necessitas ac religio invitos magis resistere, quam inferre pugnam, cogit. Nec sustinuissent primum clamorem atque impetum Ro-

^{8.} Juvenis, ante doctrinam deos spernentem natus; conf. ad III, 20, n. 6. Epicureos his verbis perstringi monet Gebh.

^{9.} Macte virtute diligentiaque esto; v. II, 12, n. 10. —Qui auspicio adest, propr. præest, sc. pullarius: sed illud verbum de sacris usitatius; Ern.

^{10.} In semet ipsum religionem recipit; vide ad II, 5, n. 4.

III. Insequitur acies ornata, legio

linteata, armataque, alius exercitus XX millium (vide cap. 38 extr.), et quidem ornata acies, ita ut hostium quoque, quamvis hostium esset, seu hostilis acies, magnificum spectaculum esset.

^{12.} Corvus voce clara oceinuit; vid. ad VI, 41, n. 6.

^{13.} Nunquam humanis rebus magis præsentes interfuisse deos, evidentiori præsentiæ favorisque sui significa-

manorum, per aliquot jam annos vinci assueti, ni potentior alius metus insidens pectoribus a fuga retineret. Quippe in oculis erat omnis ille 1 occulti paratus sacri, et armati sacerdotes, et promiscua hominum pecudumque strages, et respersæ fando nefandoque sanguine aræ, et dira exsecratio, ac furiale carmen, detestandæ familiæ stirpique compositum. His vinculis fugæ obstricti 2 stabant, civem magis, quam hostem, timentes. Instare Romanus a cornu utroque, a media acie, et cædere deorum hominumque attonitos metu: repugnatur segniter, ut ab iis, quos timor moraretur a fuga. Jam prope ad signa cædes pervenerat, quum ex transverso pulvis, velut ingentis agminis incessu motus, apparuit. Sp. Nautius (Octavium Metium quidam eum tradunt) dux alaribus cohortibus³ erat. Pulverem majorem, quam pro numero, excitabant; insidentes mulis calones frondosos ramos per terram trahebant; arma signaque per turbidam lucem 4 in primo apparebant : post altior densiorque pulvis equitum speciem cogentium agmen dabat; fefellitque non Samnites modo, sed etiam Romanos: et consul affirmavit errorem⁵, clamitans inter prima signa, ita ut vox etiam ad hostes accideret, captum

tione; Doer. Paulo ante: dii in prælio sunt; vide ad I, 12, n. 6.

CAP. XLI. 1. Occulti paratus (apparatus, ut sæpe apud Tacitum; vide ad Ann. III, 35, 5) sacri...compositum; conf. cap. 38. — Armati sacerdotes, forte centuriones, ut cap. 38; nici ibi leg. circumstantes sacerdotes strictis gladiis. — Fando nefandoque sanguine, pecudum hominumque.

2. His vinculis fugæ obstricti, impedimentis fugæ; his remediis, a fuga eos retinentibus, compulsi. Conf. c. 33 extr. et ad lib. XXI, c. 43, n. 3.

- 3. Dux alaribus cohortibus erat: pulverem majorem, etc.; conf. c. 40, n. 6, 7. Majorem, quam pro numero; vide ad VII, 33, n. 2.
- 4. Per turbidam lucem, moto pulvere turbatam. In primo apparebant; vide ad II, 20, n. 3.
- 5. Consul affirmavit errorem, etc.; conf. ad X, 14, 13. Ita ut vox etiam ad hostes accideret optimi MSS. Sic cap. 43, clamor eos utrinque par accidens sustinuit; XXVII, 17; præsidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat sonus, traducit; ibid.,

Cominium, victorem collegam adesse; adniterentur vincere prius, quam gloria alterius exercitus fieret. Hæc insidens equo: inde tribunis centurionibusque imperat, ut viam equitibus patefaciant. Ipse Trebonio Cædicioque prædixerat 6, ut, ubi se cuspidem erectam quatientem vidissent, quanta maxima vi possent, concitarent equites in hostem; ad nutum omnia, ut ex ante præparato, fiunt. Panduntur inter ordines væ: provolat eques, atque infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit; perrumpitque ordines, quacumque impetum dedit. Instant Volumnius et Scipio, et perculsos sternunt: tum, jam deorum hominumque victa vi 7, funduntur linteatæ cohortes: pariter jurati injuratique fugiunt, nec quemquam, præter hostes, metuunt. Peditum agmen, quod superfuit pugnæ, in castra ad Aquiloniam compulsum est; nobilitas equitesque Bovianum perfugerunt : equites eques sequitur, peditem pedes: ac diversa cornua⁸, dextrum ad

inde nulla accidebat vox. Alii accederet, quod ex Terent. Hecyr. act III, sc. 5, v. 32. « Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus. » Et Cicer. in Vatin. cap. 2: « Non putas fas esse, verbum ex ore exire cujusquam, quod non jucundum et honorificum ad aures tuas accidat. » Defendi posse monet Duk. Conf. inf. ad XXI, 10, n. 15. Ed.

6. Ipse Trebonio Cædicioque prædixerat; vide supra ad libr. II, cap. 10, n. 4.

7. Tum jam deorum hominumque victa vi, quam horrendum jusjurandum, et terribiles minæ in milites habuerant; Doer. Conf. c. 38. — Victa vi; victa vis plurimi codices, et fere omnes ante Frobenian. edd. Ea lectio si recipiatur, post voc. vis interpungendum est, victa vis; funduntur.

Vulgatum placebit illis qui omnia unius orationis complexu contineri malunt; contra scriptam lectionem præferent, qui codicum consensum non spernendum judicabunt, præsertim quum alibi etiam Livius intercisis his orationibus delectatus sit. Eligat igitur quisque, quod sibi verius videatur. En. - Linteatæ cohortes; vide cap. 38. Mox agmen post peditum deleri malebat Gronov. - Peditum agmen, quod superfuit pugnæ. Indicat hic noster, non integrum agmen peditum in castra compulsum esse, sed eam agminis partem, quæ pugnæ superfuit. Eodem fere modo locutus est Livius supr. V. 34, is, quod his ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos....excivit. Vide et inf. XXVI, 33. ED.

8. Diversa cornua, etc.; vid. supra ad III, 60, n.1.

castra Samnitium, lævum ad urbem tendit. Prior aliquanto Volumnius castra cepit: ad urbem Scipioni majore resistitur vi; non quia plus animi victis est, sed melius muri, quam vallum, armatos arcent: inde lapidibus propulsant hostem. Scipio, nisi in primo pavore, priusquam collegerentur animi, transacta res esset, lentiorem fore munitæ urbis oppugnationem ratus, interrogat milites, Satin'æquo animo paterentur, ab altero cornu castra capta esse: se victores pelli a portis urbis? Reclamantibus universis, primus ipse, scuto super caput elato, pergit ad portam: sequuti alii, testudine facta, in urbem perrumpunt; deturbatisque Samnitibus, qui circa portam erant, muros occupavere. Penetrare in interiora urbis, quia pauci admodum erant, non audent.

XLII. Hæc primo ignorare consul, et intentus recipiendo exercitui esse: jam enim præceps in occasum sol¹ erat, et appetens nox² periculosa et suspecta omnia etiam victoribus faciebat. Progressus longius ab dextra castra capta videt: ab læva clamorem in urbe mixtum pugnantium ac paventium fremitu esse; et tum forte certamen ad portam erat. Advectus deinde equo propius, ut suos in muris videt, nec jam integri quidquam esse³, quoniam temeritate paucorum magnæ rei parta occasio esset, acciri, quas receperat, copias, signaque in urbem inferri jussit; ingressi proxima ex parte⁴, quia nox appropinquabat, quievere: nocte oppidum ab hostibus desertum est. Cæsa illo

^{9.} Testudine facta; vid.V, 5, n. 3. CAP. XLII. 1. Præceps in occasum sol; vide ad IV, 9, n. 6.

^{2.} Appetens nox; v. ad V, 19, n. 2.

^{3.} Nec jam integri quidquam esse, nihil, quod a se mutari possit, nihil a suo amplius pendere arbitrio, omnia

jam tentata esse et perfecta; vide ad II, 5, n. 1.

^{4.} Ingressi proxima ex parte.....
quievere, ex parte militum, qui urbi
proximi fuerant; Doer. Imo ingressi
erant. Cave etiam jungas ingressi proxima et ex parte quievere. Aptior ra-

die ad Aquiloniam Samnitium millia triginta⁵ trecenti quadraginta: capta tria millia octingenti et septuaginta: signa militaria nonaginta septem. Cæterum illud memoriæ traditur, non ferme alium ducem lætiorem in acie visum, seu suopte ingenio, seu fiducia bene gerundæ rei. Ab eodem robore animi⁶ neque controverso auspicio⁷ revocari a prælio potuit; et in ipso discrimine⁸, quo templa diis immortalibus voveri mos erat, voverat Jovi Victori, si legiones hostium fudisset, pocillum mulsi⁹ prius, quam temetum biberet, sese facturum. Id votum diis cordi fuit ¹⁰; et auspicia in bonum verterunt ¹¹.

XLIII. Eadem fortuna ab altero consule ad Cominium gesta res: prima luce, ad mœnia omnibus copiis

tio est: ingressi ex parte, non omnes, sed pars copiarum, quas consul acciverat, proxima, primas urbis partes; vel ingressi urbem ex proxima parte ejus, h. e. proximas ejus partes (cf. ad II, 33, n. 8): nisi cum Gronoviis leg. proxima portæ, vel ingressi proxima, ea parte,...quievere.

5. Milia trig., etc.; v. IX, 43, n. 8. 6. Ab eodem robore animi, propter illud; vide ad I, 1, n. 5.

7. Controverso auspicio; cf. c. 40.

8. In ip. discrimine; v.VI, 17, n. 1.
9. Pocillum mulsi prius, quam te-

9. Pocillum mulsi prius, quam temetum, vinum (præcipuam temulentiæ causam; vide Plinium, XIV, 3, et
Gell. X, 23), biberet, sese facturum,
sacrificandi causa oblaturum: nam facere est verbum propr. de sacrificiis.
Sed vel simpl. dicitur pro sacrificare
(facere et fieri, sc. sacra, seu sacrum,
ut sæpius utrumque XXII, 10, et gr.
þíčetv, cf. ad Juven. IX, 117), vel
jungitur eo sensu cum ablat. rei (ut
catulo et vitula apud Colum. II, 22,
et Virg. Ecl. III, 77), non cum accu-

sativo rei, nisi cum sacra, aut sacrificium et res divinas. Hine leg. forte pocillo, aut facturum proprio sensu h. l. capiendum, etsi non sine respectu sacrificii, vel cum Drak. referendum ad compositionem mulsi, quod ex vino et melle conficiebatur, unde gr. οίνόμελι dictum. Cæterum Strothius jam monuit, hoc votam, quod non templum, aut tale quid magni contineat, sed ad vinum et lætitiam spectet, adeoque fere joeosum sit, afferri ad probandum, non ferme alium lætiorem ducem in acie visum. Mulsi autem usus Romanis tum in sacris fuit, tum in deliciis, et in triumphis, funeribusque, in quibus milites et fuaus prosequentes eo donabantur. Cf. XXXVIII, 55, n. 2; Varr. R. R. III, 16, n. 2; Colum. XII, 12; Plin. XIV, 17; XXII, 23, 24, seu 49-53 (ubi vide Hard.); Plaut. Bacchid. IV, 9. 149 sq. Plut. Apopth. p. 196.

10. Id v. diis c. fuit; v.VI, 9, u. 1.
11. Auspicia in bonum verterum; vide ad II, 3, n. 2.

admotis, corona cinxit urbem; subsidiaque firma, ne qua eruptio fieret, portis opposuit. Jam signum dantem eum nuntius a collega¹ trepidus de viginti cohortium adventu, et ab impetu moratus est, et partem copiarum revocare instructam intentamque ad oppugnandum coegit. D. Brutum Scævam legatum cum legione prima et decem cohortibus alariis equitatuque ire adversus subsidium hostium jussit : quocumque in loco fuisset obvius, obsisteret ac moraretur; manumque, si forte ita res posceret, conferret: modo ne ad Cominium eæ copiæ amoveri possent. Ipse scalas ferri ad muros ab omni parte urbis jussit, ac testudine ad portas successit2; simul et refringebantur portæ, et vis undique in muros fiebat. Samnites sicut, antequam in muris viderent armatos, satis animi habuerunt ad prohibendos urbis aditu hostes; ita, postquam jam non ex intervallo nec missilibus, sed cominus gerebatur res, et³, qui ægre successerant ex plano in muros, loco, quem magis timuerant, victo, facile in hostem imparem ex æquo pugnabant, relictis turribus murisque, in forum omnes compulsi, paulisper inde tentaverunt extremam pugnæ fortunam. Deinde, abjectis armis, ad undecim⁴ millia hominum et quadringenti in fidem consulis venerunt : cæsa ad quatuor millia trecenti octoginta. Sic ad Cominium, sic ad Aquiloniam gesta res. Inde medio inter duas

CAP. XLIII. 1. Nuntius a collega; vide ad XXVII, 5, n. 4. — Decem sohortibus alariis; vid. X, 40, n. 7.

sis imparem viribus ex æquo pugnabant loco. Vox ita ante postquam jungenda cum verbis sequentibus relictis turribus, etc.

^{2.} Testudine ad portas successit; vide ad V, 5, n. 3.

^{3.} Et Romani, qui ægre (difficulter) successerant ex plano loco in muros, nunc loco, quem magis quam hostem timuerant, victo, superato muro, facile in, adversus, hostem ip-

^{4.} Ad undecim (al. quindecim) millia hominum et quadringenti; vide ad lib. IX, cap. 43, n. 8. — In fidem consulis venerunt; vide ad lib. VII, cap. 18, n. 1. — Mox inter duas acies Leid. 1 exhibet, ED.

urbes spatio, ubi tertia exspectata erat pugna, hostes non inventi. Septem millia passuum quum abessent a Cominio, revocati ab suis neutri⁵ prælio occurrerunt. Primis ferme tenebris quum in conspectu jam castra, jam Aquiloniam habuissent, clamor eos utrimque par accidens sustinuit : deinde e regione castrorum, quæ incensa ab Romanis erant, flamma late fusa certioris cladis indicio 6 progredi longius prohibuit. Eo ipso loco prope temere sub armis strati passim inquietum omne tempus noctis, exspectando timendoque lucem, egere. Prima luce, incerti quam in partem intenderent 7 iter, repente in fugam consternantur⁸, conspecti ab equitibus; qui, egressos nocte ab oppido Samnites persequuti, viderant multitudinem, non vallo, non stationibus firmatam. Conspecta et ex muris Aquiloniæ ea multitudo erat : jamque etiam legionariæ cohortes sequebantur. Cæterum nec pedes fugientes persequi potuit : et ab equite novissimi agminis ducenti ferme et octoginta interfecti. Arma multa pavidi, ac signa militaria duodeviginti reliquere; alio

^{5.} Neutri prælio occurrerunt; vide ad XXI, 61, n.1.

^{6.} Flamma late fusa certioris cladis indicio, forte certius c. indicium..... prohibuit, vel certiori c. indicio, p. l. prohibiti; J. Gronov. - Eo ipso loco prope temere, fere sine ordine, dum quisque locum capiebat, quem sibi forte aptum invenerat; Doering. -Forte temere malebat Gron. - Quæ loquendi forma apud nostrum usitatissima est. XXIII, 3: « Nec quidquam raptim, aut forte temere egeritis. » XXV, 38: « Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. » XXXIX, 15: « Majores vestri ne vos quidem forte temere coire voluerunt. » XLI, 2: « Id

forte temere ab uno exclamatum passim totis personabat castris.» Et alibi. Terent. Phorm. act.V, sc. 1: « Quam sæpe forte temere eveniunt, quæ non audeas optare. » Cic. de Fato, cap. 3: « Si fati...nulla vis esset, et forte temere...aut pleraque fierent, aut omnia. » Curt. V, 11: « Eludant licet, quibus forte temere humana negotia volvi agique persuasum est. » Conf. ad II, 31, n. 3. Ed.

^{7.} Quam in partem intenderent iter; vide ad IV, 19, n. 1.

^{8.} In fugam consternantur; vide ad II, 47, n. 3. — Conspecti ab equitib. Doujatius conjicit legend. conspectis equit., quod non displicet: sed codd. nihil mutant. Ep.

agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione, Bovianum perventum est.

XLIV. Lætitiam utriusque exercitus romani auxit, et ab altera parte feliciter gesta res. Uterque ex alterius sententia consul captum oppidum diripiendum militi dedit; exhaustis i deinde tectis ignem injecit: eodemque die Aquilonia et Cominium deflagravere. Et consules, cum gratulatione mutua legionum suaque, castra conjunxere. In conspectu duorum exercituum et Carvilius suos pro cujusque merito laudavit donavitque; et Papirius, apud quem multiplex in acie, circa castra, circa urbem, fuerat certamen, Sp. Nautium, Sp. Papirium, fratris filium, et quatuor centuriones, manipulumque hastatorum, armillis aureisque coronis donavit : Nautium propter expeditionem, qua magni agminis modo 2 terruerat hostes: juvenem Papirium propter navatam cum equitatu et in prælio operam, et nocte, qua fugam infestam Samnitibus ab Aquilonia clam egressis fecit : centuriones militesque, quia primi portam murumque Aquiloniæ ceperant. Equites omnes, ob insignem multis locis operam, corniculis 3 armillisque argenteis donat. Con-

9. Alio, reliquo (vide ad IV, 10, n. 2), agmine incolumi, ut ex tanta trepidatione; vide ad VIII, 30, n. 7.

CAP. XLIV. 1. Exhaustis tectis, exinanitis, expilatis, direptis, ut XXVI, 30; XXXI, 38; XXXIV, 13; ubi vide Drak.

2. Magni agminis modo, specie; Doer. — Centuriones quatuor, militesque, manipulum hastatorum; v. præc. Tempora h. l. parum conveniunt; terruerat, fecit, ceperant; Duk.

3. Corniculis, forte ornamentis galearum, cornu speciem referentibus; et hinc cornicularii milites, iis donati, seu insigniti. Tubulos cornuum forma fuisse, quibus inderen ur plumæ eminentes, ornatus galeæ et caudæ equi, suspicabatur Scheff. de tribus orbibus aureis, p. 56-66. « Cornu dictum illud ornamentum, miris geminis ornatum, quod capite gestant Venetorum duces: et id nummo argenteo Alexandri Magni caput galeatum cum corniculis, quibus inditæ plumæ, conspicimus; » Marc. Donat. Conf. Drakenb. ad hunc locum; Salmas. ad Solin. p. 386, et Intpp. Suet. Dom. XVII, et Gramm. IX; Valer. Max. VI, 1, 11. Corollis, vel coronulis conj. Jac. Periz,

silium inde habitum, quum jam tempus esset deducendi ab Samnio exercitus, aut utriusque, aut certe alterius. Optimum visum, quo magis fractæ res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cætera, et persequi; ut perdomitum Samnium insequentibus consulibus tradi posset. Quando jam nullus esset hostium exercitus, qui signis collatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes; quarum per excidia militem locupletare præda, et hostem pro aris ac focis dimicantem oppugnationes. Itaque, literis missis ad senatum populumque romanum de rebus ab se gestis, diversi, Papirius ad Sæpinum, Carvilius ad Volanam oppugnandam legiones ducunt.

XLV. Literæ consulum ingenti lætitia et in curia et in concione auditæ; et quadridui supplicatione ¹ publicum gaudium privatis studiis celebratum est. Nec populo romano magna solum, sed peropportuna etiam, ea victoria fuit; quia per idem forte tempus rebellasse Etruscos allatum est. Subibat cogitatio animum, quonam modo tolerabilis futura Etruria ² fuisset, si quid in Samnio adversi venisset; quæ, conjuratione Samnitium erecta, quoniam ambo consules, omnisque romana vis aversa in Samnium esset, occupationem

4. Pro aris ac focis dimicantem; vid. ad V, 30, n. 2. — Diversi; vid. III, 60, n. ι. — Sæpinum, Σαίπινον Ptol. hod. Supino, ad Apenninum et fontes Tamari flumin. unde municipes Sæpinates apud Gruter. 441, 4; 513, 1. — Volana oppid. Samnii, non nisi Livio memoratum, ut et Palumbinum et Herculancum cap. 45.

CAP. XLV. 1. Supplicatione publicum gaudium privatis studiis celebratum est: ante supplicatione supplend. in, vel et inserendum ante privatis.

2. Tolerabilis futura Etruria fuisset.

Hæc ita Livius narrat, perinde atque antea Etruria ac Samnium nunquam simul adversus Romanos fuerint, quum ad finem ann. 458, cap. 32, hi duo populi, ac præterea Galli et Umbri, non parva accessio, bellum Romanis moverint. En. — Si quid in Samnio adversi venisset; duo e nostris codd. cum uno e Gronov. et antiqq. edd. evenisset. Sed vulgatum etiam servari po-

populi romani pro occasione rebellandi habuisset.' Legationes sociorum, a M. Atilio prætore in senatum introductæ, querebantur, uri et vastari agros a finitimis Etruscis, quod desciscere a populo romano nollent; obtestabanturque Patres conscriptos, ut se a vi atque injuria communium hostium tutarentur. Responsum legatis, curæ senatui futurum, ne socios fidei suæ pæniteret: Etruscorum prope diem eamdem fortunam, quam Samnitium, fore. Segnius tamen, quod ad Etruriam attinebat, acta res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia fuerant, allatum foret, arma Etruscis junxisse. Hujus propinquitas populi acuit curam Patribus, ut feciales mittendos ad res repetendas censerent: quibus non redditis, ex auctoritate Patrum jussu populi³ bellum Faliscis indictum est : jussique consules sortiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. Jam Carvilius Volanam, et Palumbinum, et Herculaneum ex Samnitibus ceperat: Volanam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad muros accessit. Ad Herculaneum bis etiam signis collatis ancipiti prælio, et cum majore sua, quam hostium, jactura dimicavit. Castris deinde positis, mœnibus hostem inclusit. Oppugnatum oppidum, captumque: in his tribus urbibus capta aut cæsa ad decem millia hominum; ita ut parvo admodum plures 4 caperentur. Sortientibus provincias consulibus, Etruria Carvilio evenit secundum vota militum, qui vim frigoris jam in Samnio 5 non patiebantur. Pa-

test; vide ad IX, 12, n. 1. Ed. — Occupationem belli romani, bellum in Samnio. — Legationes sociorum, a M. Atilio prætore in senatum, etc.; vide ad III, 4, n. 2.

^{3,} Ex auctoritate Patrum jussu populi; vide ad I, 17, n. 6.

^{4.} Parvo admodum plures (ut aliquanto plures, multo plures, nimio plures, apud Plin. II, 67; parvo brevius, ap. Gell. XIII, 2, n. 17; parvo junior et brevi antiquior; Gronov.), caperentur, quam cæsi essent.

^{5.} Vim frigoris in Samnio majorem,

pirio ad Sæpinum major vis hostium restitit. Sæpe in acie, sæpe in agmine⁶, sæpe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugnatum: neque obsidio⁷, neque bellum ex æquo erat: non enim muris magis se Samnites, quam armis ac viris mænia, tutabantur. Tandem pugnando in obsidionem justam coegit hostes; obsidendoque vi atque operibus ⁸ urbem expugnavit. Itaque ab ira plus cædis editum, capta urbe: septem millia quadringenti cæsi: capta minus tria millia hominum: præda, quæ plurima fuit, congestis Samnitium rebus in urbes paucas, militi concessa est.

XLVI. Nives jam omnia oppleverant, nec durari extra tecta poterat; itaque consul exercitum de Samnio deduxit: venienti Romam triumphus omnium consensu est delatus¹. Triumphavit in magistratu, insigni, ut illorum temporum habitus erat, triumpho. Pedites equitesque insignes donis transiere ac transvecti

quam in Etruria, quia regio erat montana; Strothius.

6. Sæpe in acie, sæpe in agmine, in itinere, ut apud Sall. Jug. 45, vel, ut Drak. exponit, qui alterum in delendum putat: non explicatis ordinibus, distinctaque acie. Cf. XXI, 57; XXV, 34 (agmina magis quam acies pugnabant: nos: mehr Colonnenweise als en Fronte); XXIX, 36; XXXIII, 9; quibus locis agmina aciei (ex aliorum sententia: singulæ manus toti exercitui) opponuntur. Agmina etiam et incondita turba synon. XXI, 57.

7. Neque obsidio crat, quia magna vis hostium in acie resistebat Romanis, neque justam obsidionem fieri tutando armis virisque mænia patiebatur; neque bellum ex æquo erat, quia non omnis exercitus Samnitium castris et acie collata cum Romanis pugnabat, sed ex parte etiam mænibus

urbis, ad quæ castra posuerat, defendebatur; Stroth. Neque obsidio, sed beilum ex æquo erat, MS Flor. probb. Gronov. et Drak. ut sensus sit: non jam videbantur obsideri, sed in campo pares cum paribus congredi.

8. Vi atque operibus; vide ad V, 22, n. 6. — Ab ira plus cædis editum; vide ad I, 1, n. 5. — Septem millia, etc.; vide ad IX, 43, n. 8.

CAP. XLVI. 1. Triumphus omnium consensu est delatus, forte decretus legend. cum Drak. Nam Mario, Cæsari, aliisque non petentibus triumphus quidem oblatus est, sed nemini, quod sciam, his temporibus. — Insigni, ut illorum temporum habitus (ratio et indoles) erat, triumpho; v. ad VIII, 30, n. 7. — Transiere pedites, transvecti sunt equites....civicæ coronæ, vallaresque, ac murales; cf. ad VI, 20, n. 5. Vallaris forte diversa a ca-

sunt: multæ civicæ coronæ, vallaresque, ac murales conspectæ. Inspectata spolia Samnitium; et decore ac pulchritudine paternis spoliis², quæ nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, comparabantur. Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis, ducti. Æris gravis transvecta vicies centena et ad triginta tria millia; id æs redactum ex captivis dicebatur. Argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo millia trecenta triginta, onne æs argentumque in ærarium conditum. Militibus nihil datum ex præda est : auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum collatum est; quum, si spreta gloria fuisset captivæ pecuniæ in ærarium illatæ, et militi tum dari ex præda, et stipendium militare præstari potuisset. Ædem Quirini³, quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio (neque, Hercule, tam exiguo tempore perficere potuisset), ab dictatore patre votam, filius consul dedicavit, exornavitque hostium spoliis. Quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque his ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitimis, ad templorum locorumque ornatum, dividerentur. A triumpho exercitum in agrum 4 vescinum, quia regio ea infesta ab

strensi, quod castra etiam potuerunt esse sine vallis, solisque terrenis aggeribus munita: hæc ei data, qui primus introiverat castra hostium; illa ei, qui primus vallum castrorum superaverat: hujus insigne vallus ex auro, illius vallum. Ita Jac. Gron. ad Gell. lib.V, cap. 6.

2. Paternis spoliis, scutis auratis Samnitium, ab hujus Papirii patre devictorum, quæ nota erant frequenti ornatu publicorum locorum, fori; vid. IX, 40. — Vicies centena et ad, circiter, plus minus, triginta t. m. ex

emend. Gron. qui vid. etiam de pec. vet. II, 5.

3. Ædem Quirini...dedicavit; cf. Plin. VII, 60, qui simul tradit, primum ab eo solarium horologium ad hanc ædem statutum fuisse. Idem Plinius, XXXIV, 7, seu 18, refert, e captivis Samnitium armis colosseam Jovis statuam in Capitolio, nec tamen a Papirio, sed Sp. Carvilio, factam esse. — Confer etiam Salmas. ad Solinum, p. 457. Ed.

4. In agrum vescinum; v. ad VIII, 11, n. 3.

Samnitibus erat⁵, hibernatum duxit. Inter hæc Carvilius consul, in Etruria Troilium primum oppugnare adortus, quadringentos septuaginta ditissimos, pecunia grandi pactos, ut abire inde liceret, dimisit : cæteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit, Inde quinque castella, locis sita munitis, expugnavit: cæsa ibi hostium duo millia quadringenti; minus duo millia capti⁶. Et Faliscis pacem petentibus annuas inducias dedit, pactus centum millia gravis æris, et stipendium ejus anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus, quam collegæ triumphus fuerat, ita cumulo etrusci belli æquatum. Æris gravis tulit in ærarium trecenta octoginta millia: de reliquo ære ædem Fortis7 Fortunæ de manubiis faciendam locavit, prope ædem 8 ejus deæ ab rege Ser. Tullio dedicatam. Et militibus ex

- 5. Regio ea infesta ab Samnitibus erat; vide ad I, 7, n. 7. Troilium opp. ignotum. Forte legendum Trossulum, oppidnm Etruriæ, non longe a monte Frasconi (hodie Trosso), a quo sine peditum opera capto equites roman. Trossulos fuisse dictos docent Plin. XXXIII, 2, seu 9, et Festus.
- 6. Minus duo millia capti; vide ad III, 64, n. 5, et XXVII, 16, n. 2.
- 7. Ædem Fortis Fortunæ trans Tiberim. Donatus: Fortuna dicta est incerta res, Fors Fortuna eventus fortunæ bonus. Conf. ad Tac. Annal. II, 41, n. 2; Ovid. Fast. VI, 773 seq. et Nardini Roma antica VII, 11. De reliquo ære, de manubiis, h. e. de reliqua prædæ parte, et quidem ea, quæ manubiæ erant; Strothius. Manubiæ tertia prædæ pars, quæ imperatori solebat dari, et ab eo in monimentum aliquod ornamentumve publicum consumi. Cf. Periz. Epist. XXXII, in Syll.

Epist. Burm. t. IV; Heins. ad Velleii II, 40; Ascon. et Græv. ad loca class. Cic. Verr. I, 59, et Leg. agrar. I, 4; II, 22, 23. — Faciendam locavit; v. ad V, 23, n. 6.

8. Prope ædem ejus (al. eidem) deæ ab rege Servio Tullio dedicatam novam nunc exstructam fuisse mireris. Forte legendum prolapsa ade, eidem deæ...dedicata. - Alterum tantum centurionibus atque equitibus: « hæc præmia pro portione stipendii dari solita, quod miles simplex, centurio duplex, eques triplex accipiebat. Conf. XXXIII, 23; XXXIV, 52; XXXVI. 40; XXXVIII, 59; XXXIX, 5, n. 7; XL, 43, 51; XLI, 7, 13; XLV, 40. 43. Nec aliter accipienda videntur ea loca, ubi nulla vel centurionum et equitum fit mentio, ut XXVIII, 9; XXX, 45; XXXI, 20; vel centuriones, vel equites præterit Livins, ut XXXIV, 46; XXXIX, 7; nisi utropræda centenos binos asses, et alterum tantum centurionibus atque equitibus (malignitate 9 collegæ gratius accipientibus munus) divisit. Favor consulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum ejus; qui dicta die a M. Cantio 10 tribuno plebis, fugerat in legationem 11 (ut fama ferebat) populi judicium: jactarique magis 13, quam peragi, accusatio ejus poterat.

XLVII. Exacto jam anno, novi tribuni plebis magistratum inierant: iisque ipsis, quia vitio creati erant¹, quinque post dies alii suffecti. Lustrum con-

que loco aliquid excidit. Singulare et corruptum est, quod XXXIII, 37, legitur, non quod h. l.; etsi æque sine exemplo est, eo quod mihi persuadeo, non multo ante hoc tempus in usu esse cœpisse, ut triumphantes exercitui aliquid ex præda dividerent, et ob id tum nondum certam rationem ac modum horum præmiorum servatum fuisse. Nam primam hujus rei a Livio mentionem puto fieri X, 30. » Duker. Cf. XXXIII, 23, n. 3, et XXXIX, 7, n. 2. — Alterum tantum duplum. Vide quod supra notavimus ad lib. VIII, cap. 8. Ed.

9. Malignitate collegæ, ob malignitatem Papirii, qui militibus nihil dederat ex præda. Cf. ad III, 63, n. 2.

— L. Postumium; eum nempe qui consul priore anno fuerat, virum ingenii contumacis, cujus certamina cum senatu (supra cap. 37) videntur huic accusationi materiam dedisse. Ed.

10. Dicta die a M. Cantio (al. Scantio): causa non additur; sed petenda videtur e cap. 37.

11. Fugerat in legationem (ut fama ferebat) populi judicium; conf. ad VI, 24, n. 7. Sed potius leg. in legatione cum Perizonio, vel, quod malim, per legationem; nam sensus est: qui, quamvis consularis, et consulatu vix deposito, ut fama ferebat, legationem, h. e. legati munus a Carvilio petierat acceperatque, ut effugeret populi judicium, quique illud ita evaserat: nam magistratus, et qui reipublicæ causa aberant, in jus vocari non licebat. Hoc itaque jam tum legibus cautum, vel certe usitatum fuisse videtur: incerti quoque anni est lex Memmia de ea re lata, et dubium, utrum hæc diversa fuerit a Remmia de calumniatoribus, an eadem, et quod nomen huic tribuendum; vide Pigh. Ann. ad ann. 613; Ernesti clav. Cic. et ad Sueton. Cæs. 17 et 23.

12. Jactarique magis (vide ad III, 10, n. 2) quam peragi, accusatio ejus poterat, ob favorem consulis; forte et ob artes, quibus res extracta est in principium novi anni, quo alii tribuni plebis magistratum iniere. Conf. cap. 47 pr.

CAP. XLVII. 1. Quia vitio creati erant tribuni plebis: « Idem XXX, 39, de ædilibus plebis dicit. At plebeii magistratus auspicato non creabantur. Quomodo ergo vitio creati dicuntur? Hoc expedit Gruchius de Comit. II, 4 pp. et in responsione ad poster. Sigonii disputationem p. 842 editionis Hanov. » Duker. Cf. ad V, 17, n. 4.

ditum² eo anno est a P. Cornelio Arvina, C. Marcio Rutilo, censoribus: censa capitum millia ducenta sexaginta duo trecenta viginti duo. Censores vicesimi sexti a primis censoribus³; lustrum undevicesimum fuit. Eodem anno coronati primum, ob res bello bene ge-

2. Lustrum conditum; vide ad I, 44, n. 3.

3. Censores vicesimi sexti a primis censoribus: sed vix XII censorum paria memoravit jam Livius. - Lustrum undevicesimum; in Fastis Capitol. trigesimum: unde Livium non numerasse lustra X ante primos censores condita suspicabantur Sigon. et Pigh. in Annalibus ad an. 459, qui et sæpe notavit incuriam ejus in censoribus lustris. que referendis. Sed forte librarii pro XXX reposuere XIX. Nota Drakenb. est hæc : « Dodwell. de Cyclis diss. X, § 92, p. 632 emend. Cens. LXXXVI a primis censoribus: primos enim censores an. Urb. 311 institutos esse, et an. 320 censuræ tempus XVIII mensium spatio conclusum ab Æmilio Mamerco, ita ut singulis trienniis ad an. 440 bina fuerint censorum collegia. Verum toto cælo errat. Licet enim Æmilius censuram XVIII mensium spatio concluserit, non tamen postea quolibet mense octavodecimo novi censores, adeoque uno triennio duo censorum paria creabantur; sed, quemadmodum antea fieri solebat, quolibet quinquennio semel tantum novi censores eligebantur, verum hac lege, ut post XVIII menses honore abirent, reliquo trium annorum et sex mensium spatio nulli censores in republica forent. Patet hoc ex cavillationibus Ap. Claudii, IX, 33, qui contendebat, se censorem creatum esse ex formula primæ istius legis, qua primitus censores instituti sunt, iisque imperium

quinquenne datum est : similiter etiam reliquos censores post C. Furium et M. Geganium, in quorum censura lex Æmilia lata erat. Ita enim Appius ille prætexere potuit, etsi tenuerit lex Æmilia eos censores, quorum in magistratu lata esset; non tamen aut se. aut quemquam eorum, qui post eam legem latam creati censores essent, teneri ea lege potuisse. Præterea, si post XVIII menses mox prioribus novi substitui solerent, cur non tempore Appii, exacto eo spatio, novi censores creati sunt, unde Appio censura abeundi necessitas imposita fuisset? Novos autem censores creari Appius impedire non potuisset, quia comitiis. quibus censores creabantur, non ipsi censores, sed consules præerant. Insuper adhuc diutissime post Appii censuram censores tantum per XVIII menses, aut certe non per integrum quinquennium, honorem obtinuisse, et satis magna quinquennii parte nullos in republica censores fuisse, colligi potest ex Liv. XLV, 15, ubi censores petiisse legimus, ut per anni et bimensis tempus prorogaretur sibi censura. Id alioquin excurrisset in tempus novorum censorum, adeoque tum quatuor censores uno tempore exstitissent, quod erat inauditum. Suffecisset, si post triennium id sibi concedi petiissent. Verum nunc eo anno petierunt, quia instabat finis anni et sex mensium, quibus exactis dignitate abituri erant. » Idem Drak. ad XLV, 15 extr. hæc notavit : « Sensus Livii

T. LIVII LIB. X. CAP. XLVII. stas, ludos romanos spectaverunt 4: palmæque tum primum, translato e Græcia more, victoribus datæ. Eodem anno ab ædilibus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis⁵, via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. Comitia consularia L. Papirius habuit : creavit consules Q. Fabium Maximi filium Gurgitem et D. Junium Brutum Scævam: ipse Papirius prætor factus. Multis rebus lætus annus vix ad solatium unius mali, pestilentiæ urentis6 simul urbem atque agros suffecit; portentoque jam similis clades erat. Et libri aditi7, quinam finis, aut quod remedium ejus mali ab diis daretur: inventum in libris, Æsculapium ab Epidauro Romam arcessendum 8. Neque eo anno, quia bello occupati consules erant, quidquam de ea re actum : præterquam quod unum diem Æsculapio supplicatio habita est.

est, censores petiisse, ut ad annuum et semestre spatium, per quod secundum legem Æmiliam censuram gerere poterant, anni et bimensis tempus adderetur, quo sarta tecta exigerent, et opera locata probarent. Male vero Dodwell. l. l. § 18, existimat, censores a pontificibus petiisse, ut hic annus bimestri spatio per intercalationem augeretur. Nam prorogare non pro intercalare, nec tempus anni et bimensis pro tempus bimensis in anno ponitur, etc. »

4. Eodem anno coronati primum... ludos rom. spectaverunt non soli, opinor, imperatores, sed et alii, quibus coronæ præmii loco datæ; Stroth. Cf. XXIII, 11, n. 7, et Lips. Mil. rom. V, 17. Forte legendum ludos Romani spectaverunt. Verba eodem anno parum venuste repetuntur. Cf. ad I, 3, n. 8.

5. Damnatis aliquot pecuariis (vide ad X, 23, n. 11), ex multa via ad Bovillas silice perstrata est a Martis, num templo? an campo? an jungenda a Martis silice? Nihil horum satis probandum, et mendosa forte vox Martis. Interpretes tacent.

6. Pestilentice urentis Urbem, etc.; vide ad X, 17, n. 1.

7. Et libri aditi Sibyllini (vide ad III, 10, n. 6), ut ex iis intelligeretur, ut docerent, quinam finis, aut quod remedium, etc.

8. Esculapium ab Epidauro Romam arcessendum; vide XXIX, II pr. Epit. Liv. lib. II; Plut. Qu. Rom. 93, p. 286 (tom.VII, pag. 153, ed. Reisk.); Oros. III, 22; quique fabulosam narrationem tam diligenter quam ingeniose tractavit Ovid. Metam. XV, 622-744.

JOANNIS FREINSHEMII SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER PRIMUS

IN LOCUM LIBRI UNDECIMI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI UNDECIMI.

Ouum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset, et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater. deprecatus hanc sibi ignominiam, eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque præstitit: ejus consiliis et opera filius consul adjutus, cæsis Samnitibus, triumphavit. C. Pontium, imperatorem Samnitium, ductum in triumpho securi percussit. Quum civitas pestilentia laboraret, missi legati, ut Æsculapii signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportavere: eoque in insulam Tiberis egresso, eodem loco ædes Æsculapii consecrata est. L. Postumius consularis, quoniam, quum exercitui præesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. Cum Samnitibus pacem petentibus fœdus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul, Samnitibus cæsis, et Sabinis, qui rebellaverant, victis, et in deditionem acceptis, bis in eodem magistratu triumphavit. Coloniæ deductæ sunt, Castrum, Sena, Hadria. Triumviri capitales tunc primum creati sunt. Censu acto, lustrum conditum est: censa sunt civium capita ducenta septuaginta duo millia. Plebs propter æs alienum, post graves et longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum; unde a Q. Hortensio dictatore deducta est: isque in ipso magistratu decessit.

III.

226 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

Res præterea contra Volsinienses gestas continet : item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

I. HRACTÆ jam multis præliis Samnitium opes erant: neque dubium habebatur, quin bello finis imponi posset, si perculso et debilitato hosti quam minimum ad confirmandos animos spatii relinqueretur. Igitur Q. Fabius consul, ardens juventa, et confecti belli gloriam sibi comparare certus, delectu haud segniter acto, protinus in Campaniam cum exercitu profectus est. Samnites enim, dura gens, et ad desperationem potius quam timorem tot clatlibus acta, quod superioris anni consules ad triumphum suum legiones deduxerant, occasione temporum usi, non pœnitendas copias ex reliquiis priorum pugnarum, et novis delectibus coegerant: et quoniam pestilentia Romanos urgeri sciebant, præterea consules, nec experientia bellorum, nec auctoritate magnopere metuendos, eum in annum factos esse audiverant; in spem erecti, Campanos semper spretos, tum autem ut auctores periculorum malorumque suorum invisiores, populationibus et vastatione agrorum lacessebant.

II. Erat in duce romano par dignitati Fabiæ domus animus, sed contemptus toties a suis victæ gentis, et rei gerendæ cupiditas, consilium eripuerant: raptim ad hostes exercitu ducto, quum præmissos ab imperatore Samnitium speculatores vidisset, qui conspecto Romanorum agmine se recipiebant ad suos, universam hostium multitudinem fugere arbitratus, non locorum, non hominum explorato habitu, tanquam omnis victoriæ spes in celeritate posita esset, quanta maxima festinatione poterat, signa inferri jussit. Apud Samnites, a suis præmonitos, omnia circumspectius acta sunt: præcipi opportuna loca, strui acies, alloquiis ducum accendi militis animi potuerunt. Igitur eventus prælii qualis esse debuit, fuit. Fessos ex itinere et cursu, turbatis ordinibus, tanquam ad prædam magis quam pugnam venientes,

instructus paratusque miles haud magno negotio pepulit: Fabius, desideratis suorum millibus tribus, majore etiam numero sauciorum, quo minus omnem exercitum amitteret, superventu noctis defensus est.

III. Tum loco paulo æquiore capto, quantum in illa trepidatione fieri potuit, castra communita sunt: in quibus haud multo melior, quam in ipsa acie, aut facies rerum, aut fiducia animorum fuit: non requies fessis, non cibus esurientibus, non fomenta sauciis suppetebant; tantum cum armis egressi, prioribus in castris impedimenta omnia reliquerant. Igitur inter gemitus morientium, et querelas superstitum tota nox exacta est, omnibus imminentem diem cum horrore ac desperatione, ut supremam, opperientibus. Neque enim laboribus fessos, exhaustos vigiliis, vulneribus debiles, perculsos infelici prælio, numero etiam multum imminuto, resistere posse hostibus, quos incolumis adhuc, integris animis corporibusque, et optima spe incensus exercitus sustinere nequivisset. Rebus conclamatis, uti solet, remedium ab hostis errore fuit. Ille venientis alterius consulis fama perterritus, ne, si oppugnare castra Fabiana adortus esset, recentium copiarum adventu a tergo circumveniretur, rerum supra spem felicium successu contentus, motis castris iter alio convertit. Digressis hostibus, Romani quoque ad tutiora loca se receperunt.

IV. Postquam ista Romam allata sunt, magis ignominia quam accepto detrimento mota civitas, molestissime tulit, temeritate consulis effectum, ut bellum, quo diuturnius nullum fuerat, quum jam in exitu esset, nova spe repletis Samnitium animis, formidabilius iterum, quam a longo tempore fuisset, renasceretur. Neque tribuni modo plebis, quorum hæ propriæ artes erant, frequentibus ad populum concionibus invidia et odio cuncta repleverant; verum etiam apud Patres agitata re, atroces sententiæ dicebantur: factumque senatusconsultum est, quo certum ante diem Fabius consul ad dicendam Romæ causam adesse jubebatur.

228

Venientem magna vis accusatorum adorta est: neque defendi factum quibat; et quod unum maxime prodesse debebat reo, Fabii senis gratia, in contrarium verterat. Minus enim ignoscendum ei putabant, qui a præstantissimo viro genitus, et inter paternos triumphos educatus, non modo romanum nomen, sed suæ quoque familiæ laudes, et partas a majoribus victorias, per tantam imprudentiam accepta clade fœdavisset.

V. Exulcerati animi, et defensionem paranti reo vix æquas aures præbituri, Fabii patris insigni pietate primum, mox etiam oratione leniti sunt. Is enim veritus, ne propter rem male gestam filius ab exercitu removeretur, ab ipsa quidem culpa purganda penitus abstinuit: sed sua et majorum merita modeste commemorans, tam acerbam sibi jam seni, tam ignominiosam genti Fabiæ notam deprecabatur. Neque tamen se postulare, ut cæteris tot Fabiis, qui ab ipsis prope Urbis primordiis romanam rem virtute consilioque auxissent, ut trecentis etiam illis, qui rempublicam sua, et tantum non universi nominis Fabii internecione texissent, error unius condonetur, si immedicabilis ille sit, majusque commodum ex pæna filii sui, quam incolumitate, perventurum esse videatur: se enim caritatem patrice affectibus aliis omnibus anteferre satis didicisse. « Verum enimvero, quidquid in hoc adole-« scente metuendum fuit, transactum est: bona autem, quæ « mens illius indolesque, ac sub me non ineptissimo magi-« stro, uti vobis visus sum, instituta et exercita virtus polli-« centur, adhuc exspectari possunt, nisi spem istam, non « quidem iniqua, sed tamen intempestiva severitate præci-« dimus. Multis initio rerum gerendarum impegisse ad pru-« dentiam et cautionem profuit, qui erroris admoniti, me-« diocria sæpe damna ingenti utilitate redemerunt.

VI. « Et nescio, an non ad fortunæ potius invidiam, quam « hominis cujusquam peccatum, referri verius sit, quod et « reipublicæ nostræ, et Fabiæ gentis diuturna felicitas me-« diocri detrimento castigata est : quanquam benevolentia

« magis hæc deorum, quam invidia vocanda sit, cujus bene-« ficio adversus exitiabilem superbiam, quæ res nimium se-« cundas sequi solet, non tam damnosa civitati clade, quam « ad documentum efficaci, conditionis humanæ admonemur. « Quidquid id est, Quirites, mihi certe sinistri aliquid præ-« sagiebat animus, quum die comitiorum sollicite vobiscum « agerem, ne filium meum consulem faceretis. Quum enim « patrem meum, avum, proavum, alios majores meos sæpis-« sime, ad hæc me ipsum quinquies hoc magistratu functum « esse cogitarem, incipiebam vereri, ut eadem in gente sum-« mos honores continuari vel dii, vel homines animo satis « æquo paterentur. Atque utinam vel isto tempore preces « meæ valuissent! vel vobis beneficium vestrum tueri place-« ret! ne quod honoris causa, me recusante, tribuistis filio « meo, inauditæ hactenus ignominiæ occasio utrique fieret; « vosque temeritatis argueremini! quos, si priorem de Q. « Fabio sententiam alio judicio rescinditis, aut dedisse im-« perium sine causa, aut abrogasse posteri credent.

VII. « At si mitiora decreveritis, et vestra vobis auctori-« tas, et Fabiæ gentis existimatio salva erit; errorque juve-« nilis, uti cum aliquo reipublicæ damno commissus est, « ita majore cum ejus emolumento emendabitur. Sed quis « spondere hoc ausit? Ego, Quirites, ego pro filio meo spon-« sorem me reipublicæ dabo: et, quod senatui populoque « romano, deinde nostræ domui felix faustumque sit, con-«'suli legatus ibo, particeps futurus omnis fortunæ, quam « aut invenire dabitur, aut facere. Viget adhuc animus; ne-« que, ut in hac ætate, virium corporis pænitet : possum « perferre militiæ labores; possum in acie stare; et, si nihil « aliud, memoria veterum pugnarum terrere hostes, alacri-« tatem augere nostrorum; et, quod caput est, possum ado-« lescentiam consulis, quæ sola rerum secius gestarum causa « est, regere consilio, et ætatis præfervidæ impetus senili « cautione temperare. Nisi filii ingenium tenerem, eumque « recte monenti morem gesturum confiderem, nollem in fine

[§] VI. Polyænus. - Val. Max. IV, 1, 15. - § VII. Valer. Maxim. V, 7, 1.

« prope vitæ sine dedecore actæ, post tot consulatus ex sen-« tentia mea vestraque gestos, post ingentes victorias, et il-« lustres triumphos, tot annorum laboribus periculisque « partam belli domique gloriam, unius juvenis inconsultæ « temeritati corrumpendam permittere. »

VIII. Huic orationi nec ad movendos præsentium animos pondus, nec ad sponsionem melioris eventus fides defuit. Summo omnium consensu legatione decreta, rebus omnibus intentissima cura provisis, non minore favore speque profectus consul est, quam paulo ante conviciis et indignatione redierat. In itinere deinde et castris, nihil non ex disciplina, veterisque imperatoris artibus curatum est: et socii, quos Q. Fabius pater multis beneficiis et virtutis admiratione devinxerat, ad omnia, quæ imperabantur, præsto fuere. Milites etiam ipsi delendæ ignominiæ cupidi, confisique consiliis ejus ducis, sub quo eamdem illam gentem, a se patribusque suis sæpe fusam fugatamque meminerant, copiam cum hoste confligendi dari votis omnibus desiderabant.

IX. Neque minores a recenti victoria Samnitibus animi erant: ita, quum hi partum decus retinere, illi recuperare amissum niterentur, summis utrinque viribus concursum est. Et jam deteriore loco res romana esse cœperat, consulemque ipsum dux hostium C. Pontius Herennius cum delecta manu circumveniebat, quum, animadverso filii periculo, Maximus in confertum Samnitium agmen admisso equo se intulit. Secutus est equitum globus, supra solitam alacritatem pudore accensus, si tot florentissimi juvenes animis et robore a sene vincerentur. Hic impetus totius prælii fortunam traxit: sustinuere primum romanæ legiones hostem, equitatus audacia animatæ; mox impulerunt: frustra obnitente Herennio, qui omnibus boni et ducis et militis muneribus eo die functus, dum redintegrare ordines, retinere fugientes, obsistere ingruentibus tendit, neque inhibere fugam suorum potuit, et opportunitatem evadendi ipse amisit. Capta cum duce millia Samnitium quatuor: ad millia viginti

prælium et fuga hauserunt. Etiam castra hostium in potestatem redacta sunt, cum ingenti præda, quam statim agri hostium late vastati, passimque expugnata, aut dedita oppida luculenter auxerunt.

X. Tanta rerum commutatio accessione unius hominis facta est, ut paulo ante victor exercitus a victo cæderetur; et eum imperatorem, a quo fusus fugatusque consul fuerat, ipse nunc captivum abduceret, ingens populo romano spectaculum, et ornamentum triumphi sui, quem anno sequente ad urbem reversus summa omnium voluntate impetravit. Dum hæc a Fabiis in Samnio administrantur, etiam alter consul, D. Brutus, cui Falisci provincia evenerat, prosperis rebus usus est. Quippe adjutus a Sp. Carvilio legato (nam et Bruto legatum adjungi placuerat), viro bellorum et hostis gnaro, adversus quem superiore anno consul rem feliciter gesserat, et cæteræ Etruriæ partem non exiguam perpopulatus est; et Faliscos occurrere ausos prælio vicit.

XI. His rebus in Urbem nuntiatis, quum tempus comitiorum venisset, consulesque a rebus gerendis avocari parum e republica videretur, interregnum est initum. Interrex L. Postumius Megellus, comitiis quæ ipse habebat, consul declaratus est, nullo ad eam diem exemplo, præterquam Appii Claudii, quod bonus nemo probaverat. Sed Postumius non minore arrogantia magistratum gessit, quam acceperat. Jamprimum nobilitate generis, et tertio tum consulatu inepte ferox, collegam ejus anni C. Junium Brutum, plebeium hominem, ut se longe inferiorem, olim habebat despectui. Ut vero de provinciis agi cœptum est, neque comparare cum Bruto, neque sortiri voluit, administrationem samnitici belli extra ordinem poscens, tanquam sibi debitam, quod duobus prioribus consulatibus res sese magnas adversus eumdem illum hostem gessisse diceret. Multis in senatu contentionibus jactato negotio, quum C. Junius se hominem novum adversus gratiam et potentiam collegæ jus suum obtinere non posse

[§] IX. Osor. III, 22. — Zonar. — Eutr. XI. — § X. Zonaras. — § XI. Liv. l. XXVII, c. 6; l. III, c. 35. — Dionys. ap. Vales. — Liv. IX, 44; et X, 33.

232 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

videret, ad extremum, ne discordia consulum bono publico fraudi esset, sponte se cedere testatus est.

XII. Premebat adhuc Urbem agrosque pertinax contagionis malum: quod tertium jam annum expertis omnia, neque divina ope ulla, neque humana pelli potuerat. Igitur sive sibyllinis ex libris, sive delphici oraculi admonitu (nam hoc quoque traditur), decem legati missi sunt, qui Æsculapium ab Epidauro, qua in urbe natus esse credebatur, Romam arcesserent. Quanquam enim perplexum satis responsum erat, neque providere eventum rei Patres poterant, obsequendum tamen diis statuerunt, ipsos viam explicaturos esse rati, qua possent eorum fata procedere. Res inde mira dictu sequitur; sed multis fidisque auctoribus, ipsaque structura ædis, quæ tum in Tiberis insula facta dedicataque est, compertæ veritatis. Quum apud Epidaurios mandata legati romani edidissent, excepti quidem benigne; sed quia parum liquebat, quid concedi posset, ut ipsi deportarent, quidquid ex usu videretur, in templum Æsculapii deducti sunt.

XIII. Apud Græcos ferme locis apricis excelsisque numinis istius constitutæ sedes sunt: Epidaurii quoque quinque millibus passuum ab urbe distans templum habebant, celeberrima iis temporibus fama, donisque hominum, qui valetudinem credebant ibi recepisse, prædives. Huc adducti, dum ingentis molis simulacrum, Thrasymedis Parii nobili ingenio fabrefactum, admirantur, ingens repente serpens, ex ipsis adytis prolapsus, animos omnium horrore summo et religione perfudit. Sacerdotes enim venerabundi, ipsum in hoc angue numen esse, et nonnunquam hac forma conspici, salutari semper ostento, clamitabant. Biduo conspectus in templo serpens, deinde iterum reconditus est: tertio die per medios spectantium venerantiumque cœtus recta perrexit ad portum, ubi romana triremis stabat; quam ingressus, in tabernaculo Q. Ogulnii, qui princeps legationis erat, multiplici spirarum orbe se composuit. Ferebatur antiquitus

[§] XII. Suidas in posth. — Valer. Maxim. VIII, 2. — Ovid. Metam. XV. -- Pausan. lib. II.

fabula, eumdem illum Æsculapium forma serpentis indutum, aliquando Epidauro Sicyonem mularum jugis deportatum fuisse, Nicagora quadam, Echetimi uxore, deducente.

XIV. Læti ergo prodigio Romani, tanquam præsentem deum veherent, vela dedere, paucisque diebus interjectum mare permensi prosperrimo cursu Antium tenuerunt. Ibi quum inhorrescens mare navigationem impediret, prorepens ex navigio serpens, qui totum per iter quietus ibi se tenuerat, in vestibulum fani, quod ea urbe celeberrimum erat, allabitur; eoque loco tres continuos dies exigit; magno cum metu legatorum, ne avelli inde non posset, quod toto eo tempore ad consuetos cibos non reverterat, donec navigio redditum magna cum alacritate Romam detulerunt. Ad spectaculum incredibilis rei tota effusa civitate, passim in ripa fluminis, quo subvehebatur, positæ aræ sunt, accensique odores, et victimæ cæsæ. Jam ad eum locum perventum erat, ubi divisus modico intervallo Tiberis insulam efficit; quum relicta nave serpens eam insulam, quæ post Æsculapii vocata est, natatu petens, cerni ulterius ab hominibus desiit. Patres delectum a deo locum interpretati, decreverunt, ut eadem in sede templum Æsculapio strueretur. Morbi, sive illa ope, sive quod alioquin desituri fuerant, cessavere. Templum mox insignibus donariis, et hominum qui remedüs salutaribus ab eo numine se adjutos ferebant prædicatione nobilitatum est.

XV. L. Postumius consul superbiam in Urbe adversus collegam suum exercitam, etiam in provinciam detulit. Quum enim Q. Fabius Gurges, qui priore anno consul fuerat, ex senatusconsulto proconsule res in Samnio gereret, scripsit ad hunc Postumius arroganter, excedere jubens provincia sua, se administrando ei bello sufficere. Obtendente jussa Patrum Fabio, neque integrum sibi deserere negotium, quod senatus imposuisset, quum Romam nuntiata res esset, metus

[§] XIII. Plutarch. Quæst. roman. XCIV. — Liv. XLV, 28. — Pausan. et Auct. de Viris illustribus, cap. 22. — P. Diacon. II, 21. — Liv. Epit. XI. — § XIV. Auctor de Viris illustr. — Ovid. — Val. Max.

234 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

incessit, ne per discordiam imperatorum respublica detrimentum caperet. Quare mitti ad consulem legatos placuit, qui verbis senatus peterent, ut Fabium ad exercitum et in Samnio esse pateretur. Quum alias absurdum et præfractum fuisse responsum ferunt; tum etiam vocem adjectam singularis pervicaciæ: Non se senatui, quamdiu consul esset, sed senatum sibi dicto audientem esse oportere: neve locutus esse ferocius, quam fecisse videretur, protinus dimissis legatis Cominium (eam tum urbem Fabius obsidebat) cum exercitu progreditur, si alia ratione amoliri æmulum non posset, bello certaturus. Fœdum spectaculum præbuissent hostibus romana arma, si pari stoliditate, qua petebatur, resistere Fabius voluisset. Sed ille natura et consiliis patermis moderation, non furori consulis, sed utilitati reipublica cedere præfatus, provincia excessit. Cominium post paucos dies a Postumio expugnatum est. Inde Venusiam ductus exercitus: hac quoque capta, circumlatum ad alia oppida bellum: quorum complura, partim vi, alia deditione in potestatem venerunt. Hostium in ea expeditione decem millia cæsa sunt, sex millia ducenti traditis armis fidei victoris se permiserunt. Non erant spernendæ res, quas bello gesserat consul, sed gratiam earum superbia contumaciaque corruperat.

XVI. Itaque quum ad Patres missa epistola de rebus suis perscripsisset, Venusinamque urbem et agrum deducendæ coloniæ accommodatissimum esse monuisset, accepta quidem res est, sed præterito auctore victoriæ consiliique ab aliis deducta sunt colonorum millia viginti; sic enim apud scriptores minime contemnendos reperio; ingens numerus, et prope excedens fidem, nisi quod videri potest inter gentes indomitas, communi adversus Apulos Lucanosque præsidio, collocari validam manum placuisse. Cæterum importunitas L. Postumii, quemadmodum ipsi supra veteres offensas, ingentem conflavit invidiam; ita Q. Fabio ad favorem

[§] XV. Suet. in Claud. cap. 25. — Tab. Marm. apud Mercurial. de Arte gymn. — Dionys. apud Vales.

omnium valde profuit: eique, postquam ad Urbem venit, deque rebus a se gestis disseruit, triumphus haud ægre decretus est. Triumphavit proconsule de Samnitibus, qui Pentri cognominantur, kalendis sextilibus. Currum equo sequutus est senex Fabius: quem non adjutorem magis victoriæ quam auctorem, spectantium deducentiumque voces celebrabant.

XVII. Ipse summam rei bene gestæ gloriam ad consulem populi romani trahens, sicuti nomine legati, sic etiam modestia utebatur; haud minori cum voluptate honores filii intuitus, quam eum adhuc parvulum in curru suo circumtulerat, quum ipse triumpharet. Cæterum prædæ partem militibus consul dedit: reliqua in ærarium relata: C. Pontius Samnis in triumpho ductus, mox securi percussus est. Vir acer et memorabilis, qui vim romanam iis temporibus diu sustinuit, cladesque non contemnendas, sed ignominiam multo maximam ad caudinas Furculas intulit. Quem aiunt dicere solitum, si in ea tempora natus esset, quibus munera accipere Romani didicissent, se illos diutius imperare non fuisse passurum. Ita tum fortuna civitatis non armoram magis industria, quam innocentia morum stetit.

XVIII. L. Postumius interea non minus honoribus, qui æmulo concessi, quam qui sibi negati fuerant, fremens, per impotentiam animi, cum auctoritate Patrum contumacia certando, neque mederi acceptis vulneribus potuit; et ultro irritavit iras, quas modestia sermonum factorumque mitigare debuisset. Quippe non querelis adversus inimicos, non conviciis in ipsos ordines abstinens, quo Patribus ægre faceret, prædam omnem militibus distribuit, exercitamque, priusquam successor mitti posset, dimisit. Triumphum etiam contra voluntatem senatus actum, quanquam ad secundum ejus consulatum relatus sit, ad hæc potius tempora pertinere crediderim; idque soriptores diligentiæ fideique non

[§] XVI. Horat. Sat. II, 1. — Col. Capitol. — Plutarchus in Q. Fabio. — § XVII. Dio apud Vales. — Valer. Maxim. — Zonaras. — Liv. Epit. XI. — Cic. de Offic. II, 21.

postremæ in historiis suis prodiderunt. Ob hæc facta recentioribus odiis petitus est: eumque, simul atque magistratu abiit, duo tribuni plebis corripuerunt, die ad populum dicta. Præter ea, quæ memoravimus, crimini dabatur, quod priusquam paludatus ex Urbe exiret, ex legionibus suis delectos milites, ad duo hominum millia, in agrum suum ad saltum repastinandum miserat: eosque in opere isto per multos dies detinuerat, immemor, non mancipia sibi, sed milites, neque ut suum agrum excoleret, sed ut publicum extenderet, datos. His criminibus accusatus atrociter, frustra tentata defensione, suffragiis omnium tribuum damnatus, eique lis ducentis millibus nummum æstimata est.

XIX. Jam P. Cornelius Rufinus, M. Curius Dentatus novi consules magistratum inierant. Hi cum suis quisque legionibus, Samnium populationibus agrorum, et ruinis urbium fœde vastavere: Samnitesque multis locis congredi ausos ingentibus cladibus ad pacem fœdusque petendum compulerunt. Quum enim tot præliis juventutem pleramque, capto autem C. Pontio, consilium etiam et ducem amisissent, missis ad consules, et horum assensu Romam legatis, ut fœdus cum ipsis quarto renovaretur, impetrarunt; credo, Romanis etiam vincendo fessis, cupientibusque bellum difficile, ipsisque sæpe calamitosum, tandem aliquando certæ pacis tranquillitate componere. Illata primum Samnitibus arma M. Valerio tertium, A. Cornelio Cosso consulibus reperio: quæ ad quartos et quinquagesimos inde consules vario marte exercita, aut fœderibus parum diuturnis suspensa, populum utrumque occupatum sollicitumque habuerunt.

XX. An ex hoc bello triumphaverit Cornelius, in obscuro est: de Manio non ambigitur; cujus fortuna eo fuit illustrior, quod, aliis subinde victis hostibus, bis eodem in magistratu triumphavit. Quippe Sabini, valida gens, et longa tum pace opulenta, sive precibus Samnitium, et propinqui-

[§] XVIII. Dionys. apud Vales. — Liv. X, 37. Epit. XI. — § XIX. Dionys. — Eutr. lib. II. — Oros. XXXII, 2. — Liv. Epit. XI.

tatis misericordia commoti; sive victis vicinis ad se quoque perventuro incendio volentes obsistere, armata juventute romani juris loca quædam invaserunt. Adversus hos egressus cum exercitu Curius, ut diduceret hostes, simul ne Sabinorum agri cladium bellicarum expertes haberentur, occultis itineribus copiarum partem misit: datis mandatis, ut quam latissime possent, terrorem ubivis vastitatemque facerent. Ea necessitas, ad sua tuenda diversis abeuntibus agminibus, formidabile sabini exercitus robur solvit, facilemque adversus dispersos victoriam consuli præbuit.

XXI. Hac expeditione usque ad Hadriaticum mare perventum est: agrorum liominumque tanta vis in potestatem venit, ut celebrata deinde fuerit Curii vox, qui pro temporum illorum disciplina factis quam verbis promptior, quum explicare singula nequiret, « Tantum, inquit, agrorum cepi, « ut solitudo futura fuerit, nisi tantum etiam hominum ce-« pissem; tantum autem hominum, ut interituri fame fue-« rint, nisi tantum cepissem et agrorum. » Sabinis pacem orantibus, veteris sub Tatio affinitatis memoria, et quia minime gravibus odiis certatum fuerat, etiam civitas, sed sine suffragio, data est. Consulatus, quem anno sequente M.Valerius Corvinus cum Q. Cæditio Noctua gessit, tenuis admodum ad nos fama pervenit, nisi quod sub idem tempus colonias deductas esse reperio, Castrum et Hadriam, unde mari nomen, et Senam in gallico agro. Verumtamen nondum eousque pacatis illis regionibus, magis est ut accedam auctoribus aliis, qui coloniarum istarum originem ad inferiora tempora retulerunt.

XXII. Sed in Urbe coercendis, quæ increbuerant, maleficiis novus magistratus institutus est, qui vinculis sontium servandis, et quum animadverti oporteret, supplicio sumendo auctores atque moderatores præessent, triumviri capitales appellati. Legis, a L. Papirio, tribuno plebis, eo de negotio latæ, hæc verba invenio: « Quicumque prætor post-

[§] XX. Front. Strat. I, 6. — § XXI. Flor. I, 15. — Auct. de Vir. ill. c. 33. — Vell. I, 14. — Cicero, de Leg. III, 3. — L. 2, § 30, ff. de Off. Jud.

« hac factus erit, quei inter cives jus dicet, tresviros capi-« tales populum rogato: iique tresviri, quicunque facti erunt, « sacramenta exigunto, judicantoque, eodemque jure sunto, « ut ei ex legibus plebeique scitis exigere, judicare, esseque « oportet. » Quo capite mulctarum quoque exigendarum potestas ipsis data videtur: sacramentum enim iis temporibus vocari solebat, quod pœnæ nomine pendebatur æs, quoniam illud ob sacrorum publicorum multitudinem, et angustias ærarii, sacrificiorum impensis destinari consueverat. Census quoque eo anno acti memoria non alia superest, quam quod civium capita ducenta septuaginta tria millia censa dicuntur. Principem senatus ab his quoque censoribus lectum fuisse Q. Fabium Maximum certa conjectura est, quod aliunde scimus, ex ea gente continuum eum honorem tribus mansisse, ut Maximus acceptum ab Ambusto patre, mox ad Gurgitem filium transmiserit.

XXIII. Interea quum foris res satis lætæ essent, gravibus domi discordiis seditionibusque laboratum est. Plebs ære alieno oppressa novas tabulas flagitabat, rem veterem, et ab ducentis amplius annis varie jactatam, ut turbulentus aliquis tribunus ad commovendos multitudinis animos stimulum eum admoverat; aut improbitate fœneratorum populi indignatio exarserat. Sed sub prioribus aliquot consulibus, morborum aut hostium metus remissiores in urbe contentiones fecerat: Q. Marcio Tremulo, P. Cornelio Arvina consulibus; deinde proximo anno, quum M. Claudius Marcellus, C. Nautius Rutilus magistratum gererent, majores aliquanto motus exstiterunt: ad quos comprimendos, magis quam ullius alterius negotii bellive causa, dictatorem fuisse dictum existimem Appium Claudium, qui deinde Cœcus est cognominatus, quem dictatorem fuisse, in antiquis monumentis reperio.

XXIV. Sane præter acerbitatem iniquissimi fænoris, etiam nefaria C. Plotii libido, ægris jam hominum animis, ut

[§] XXII. Epit. Liv. XI. — Festus, in voce Sacramentum. — Plin. Hist. nat. VII., 41. — § XXIII. Zonar. — Florus.

citius atque vehementius exardescerent, subjecit faces. Huic T. Veturius, filius ejus Veturii, qui consul ob turpe fœdus Samnitium populo deditus fuerat, quum ob calamitatem domesticam ad æs alienum compulsus solvendo non esset, in nexum se dedidit lubens, omniaque servilia ministeria patienter exsequetus est. Plotius adolescentulum forma liberali, ex magna spe consularis familiæ, ad infimæ fortunæ sordes depressisse non contentus, etiam pudicitiam extorquere instituit, cui jam et rem familiarem omnem, et libertatem ipsam eripuerat. Deinde Veturium aspernantem, et quidvis potius quam tantum flagitium pati paratum, verberibus crudelissimis lacerat: ille in publicum se proripiens. et ad consulum tribunal ab accurrente multitudine deductus, de intolerabili orudelitate, et libidine creditoris queritur: et apparebant vibices, verberumque recentes notæ. Consules igitur rem non negligendam rati, de ea retulerunt ad senatum; dictisque sententiis Plotius in carcerem duci jussus; omnesque per totam Urbem, quotquot æris alieni causa nexi erant, lege de eo negotio lata, liberati sunt.

XXV. Non sum nescius, pro T. Veturio ab aliis Publium quemdam, tribuni, qui inter caudinæ pacis auctores fuisset, filium memorari: sed et anno ante hæc tempora quadragesimo simillimam ob causam lex de nexis lata fertur. Cæterum nihil vetat, ut plurium fœneratorum ea improbitas fuerit; et priori lege, ut fit, etiam per debitorum patientiam, inter angustias rei familiaris nihil recusantium, sensim neglecta, ejusdem exempli recens factum admonuerit, ut in posterum ea de causa plenius atque diligentius caveretur. Sed populo non modo nexu, verum etiam fœnoris sævitia liberari cupienti, gratæ licet ultionis legisque impetratio non satisfecit. Verum, ut in morbis quibusdam acrioribus remediorum diligentia quum mitigatus videri potest, magis accenditur dolor; non multo post adeo exulcerata res est, ut, quum tribuni plebis legem de novis tabulis summo

[§] XXIV. Tab. Marm. apud Onuphr. — Val. Max. V, 1, 9. — Dionys. apud Vales.

240 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

nisu perferre contenderent, neque minoribus aut copiis aut animis a creditoribus resisteretur, plebs exemplo majorum urbe relicta, trans amnem in Janiculum montem secederet; obstinato consilio, nisi re impetrata, ad penates suos non redeundi.

XXVI. Quum parum adversus hæc opis in consulibus esset (M. Valerium Potitum, C. Ælium Pætum fuisse conjiciunt), ad ultimum arduis temporibus remedium deventum est, ut dictator diceretur: dictus est Q. Hortensius. Is adhibitis, quæ tempus et causa postulabat, fomentis, quum eo maxime distineri pacem civitatis intelligeret, quod scita sua contemni, legemque Publiliam sperni plebs indigne ferret, quanquam multis reluctantibus, cedendum temporibus esse censuit : novaque lege in Esculeto lata iterum accuratius sanxit, ut, quod plebes jussisset, omnes Quirites teneret. His aliisque lenimentis revocata ad concordiam et lares suos plebe, dictator sive morbi subita vi, sive curis et laboribus oppressus, quod antea nemini contigerat, in magistratu mortuus est. Inde minor aliquandiu ordinum in Urbem dissensio fuit: sed imperii sensim deformata dignitas, quum, plebe ad ambitiosorum hominum fraudes parum cauta, et vel potestatis exercendæ causa quibuslibet rogationibus accipiendis facili, multa sciscerentur, quæ reipublicæ decus, et ad extremum ipsa fundamenta convellerent: documentum insigne res regentibus, ne vulgus, si re familiari commoda uti possit, majora non cogitaturum, injuriis opulentiorum ad cupiditatem potestatis, qua uti non didicit, adigi patiantur.

XXVII. Legem quoque de suffragiis circum hæc tempora latam esse crediderim, qua Patres in comitiorum incertum eventum auctores fieri cogebantur. Hactenus enim eo jure utebantur, uti magistratum gerere non posset, cui populi suffragiis datus esset, nisi Patres auctores fuissent facti.

[§] XXV. Liv. VIII, 28. — Zonar. — Liv. Epit. XI. — § XXVI. Epitom. Liv. XI. — Liv. VIII, 12. — Plin. XVI, 10. — Agel. XV, 17. — Aug. de Civ. Dei, III, 18.

Continebantur interdum hoc vinculo improvida plebis studia; et quanquam raro reprehenderent comitia Patres, tamen quia jus ipsis erat, tanquam reprehensuri metuebantur. Tum vero ferente legem tribuno plebis Mænio, populi quidem aucta potestas; sed eadem opera salubris et reipublicæ decora comitiorum severitas debilitata est. Q. Hortensio dictatore mortuo, creatum alium, quidam auctores sunt, rei gerendæ causa, Q. Fabium Maximum, cujus tertia hæc dictatura fuerit: ei L. Volumnius C. F. C. N. Flamma Violens magister equitum fuisse dicitur.

XXVIII. Bellum enim ea tempestate cum Volsiniensibus erat etrusca gente: id opportunum fuit, ad exhauriendum quidquid in urbe novis rebus pronum, ac superioris discordiæ nimium memor esset. Accessit etiam nova bellandi cum Lucanis causa: qui Thurinos, Italiæ, qua magna Græcia est, civitatem, prægraves accolæ multis injuriis ad fidem Romanorum confugere compulerant : bellumque adversus Lucanos C. Ælio tribuno plebis rogante populus sciverat. Educti igitur exercitus, et utrobique res gestæ sunt, quarum memoria, cum auctorum, qui eas perscripserant, annalibus, amissa est. Thurini C. Ælio statuam et coronam auream dono dederunt. Consulatus C. Claudii Caninæ, M. Æmilii Lepidi nulla re memorabili, quæ tradita reperiatur, insignis sequitur; nisi quod etrusca et lucana bella tum etiam gesta videntur. Manii etiam Curii de Lucanis reperitur ovatio: quæ et inter quatuor ejus triumphos, toties enim triumphasse illum invenio, numeranda est. Sed quo anno, quove in magistratu aut imperio res eas gesserit, ignoratur.

XXIX. Major inde moles et clade non contemnenda nobilis exorta est, bello cum Senonibus gallica gente contracto. Hi sæpe bellum cum populo romano, sæpe pacem habuerant; jámque decimum ferme annum post cladem in agro

[§] XXVII. Liv. I, 17. — Cic. pro Planco. — Cic. in Bruto. — § XXVIII. Pigh. Ann. Rom. an. 466. — Liv. Epit. XI. — Plin. XXXIV, 6. — Auct. de Vir. ill. cap. 33.

242 JO. FREINS. SUPPL. IN LOC. LIB. XI. sentinati acceptam, quum Decio se devovente magnus eorum numerus cæsus est, quieverant; nisi quod juventutem saam adversus Romanos mercede ab Etruscis conduci paterentur: tum vero majore cum manu, quam aliquot ab annis suevissent, in Etruriam progressi, Arretium obsidebant. Arretini fœdus a Romanis et antea petierant, sed eo negato, impetraverant inducias, quarum tempus nondum exierat. Cæterum major in eo spes erat venturi auxilii, quod arma gallica nunquam concuti sciebant, quin eam rem magnopere ad se pertinere Romani arbitrarentur. Itaque missis in urbem legatis, ut sibi subveniretur adversus communem hostem, petebant. Interea se circumegit annus, quo C. Servilius Tucca, L. Cæcilius Metellus consules fuerunt. Pro Cecilio Cœlium annales quidam memorant : sed Cœliæ gentis inferior nobilitas ante annum ab Urbe condita sexcentesimum sexagesimum, consularem imaginem nullam habuisse creditur.

§ XXIX. Polyb. II. — Liv. X, 19, 37.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER SECUNDUS

IN LOCUM LIBRI DUODECIMI LIVIANI.

EPITOME LIBRI DUODECIMI.

Quum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Cæcilius prætor cum legionibus ab iis cæsus est. Quum a Tarentinis classis romana direpta esset, duumviro, qui præerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de iis injuriis quererentur, missi, pulsati sunt: ob id, bellum iis indictum est. Samnites defecerunt. Adversus eos et Lucanos, et Bruttios, et Etruscos aliquot præliis a compluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex, ut auxilium ferret Tarentinis, in Italiam venit. Quum in præsidium Rheginorum legio campana cum præfecto Decio Jubellio missa esset, occisis Rheginis Rhegium occupavit.

I. P. CORNELIO Dolabella, Cn. Domitio Calvino consulibus, quum iterum gallici belli terror se commovisset, multosque Tuscorum arma cum Senonibus sociare nuntiaretur, Arretinorum periculum sibi minime negligendum esse Patres censuerunt. Sed quia neque Dolabella ex volsiniensi agro, neque ex Lucania Domitius exciri sine rerum gerendarum incommodo poterant; L. Cæcilium Metellum prioris

anni consulem, tum prætura fungentem, ad Arretinos obsidione liberandos quamprimum coactis copiis exire senatus jussit. Ne tamen temere sumptum esse bellum videretur, præmitti legatos placuit, nuntiaturos Arretium in side Romanorum esse; justiusque facturos videri Gallos, quando sædus cum populo romano habeant, si adversus amicos atque socios juventutem suam conduci non patiantur. Hæc legatio quum pagos Senonum circumiret, Britomaris quidam regii generis serox adolescens, cujus pater inter Etruscorum auxilia cæsus a Romanis suerat, insana vindictæ cupiditate slagrans, non homines modo comprehensos, sed et ipsa sacrosancti muneris insignia, minutatim dissecuit sparsitque.

II. Rei tam atrocio fama quum hinc in Urbem, inde in castra Dolabellæ consulis accidisset, irritatis vehementer animis, bellum Senonibus indictum est: statimque missos fecit Etruscos Dolabella, magnisque itineribus cum exercitu per sabinum ac picenum agrum ad fines Senonum contendit. Senones subito hostium incursu, et absente copiarum suarum robore, cum paucis et inconditis occurrentes facile profligantur. Consul, nullo dato victis spatio, exurit vicos, ædificia omnia diruit, vastat agrum omnem; denique puberibus occisis, imbelli mulierum et puerorum multitudine abducta, quam paucissima potest humani cultus vestigia in locis relinquit. Britomaris captus, et vario cruciatuum genere tortus, ad triumphum servatur. Per eosdem dies haudquaquam pari fortuna res apud Arretium gestæ. L. Cæcilius prætor ante ipsum oppidum cum Senonibus Etruscisque adverso marte conflixit. Septem tribuni militum, multique præterea insignes viri cum ipso prætore cæsi sunt : ex legionibus et auxiliis hominum millia plus minus tredecim desiderata.

III. Sed minor apud Gallos hujus victoriæ lætitia, quam cognito patriæ excidio luctus atque consternatio fuit. Contractis, qui ubique per Etruriam militabant, popularibus,

[§] I. Polyb. I, 7. — Marian. — Scotus. — Appian. apud Ful. Urs. — § II. Epit. Liv. XII. — Appian. — Dionys. apud Fulv. Ursin. — Polyb.

homines iræ ac doloris pleni, consilii speique inopes, quum sedes, quibus reciperentur, nullas usquam haberent, quasi fato quodam ad exitium eos trahente, Romam pergendi capiunt impetum: non aliter patriæ suæ vastatoribus rependi vicem posse, quam si urbem ipsorum simili clade affectam intueri cogerentur, neque minoribus animis viribusque, causis etiam acrioribus ab Arretio Romam petere, quam majores sui ab ejusdem Etruriæ oppido Clusio profecti, eamdem illam urbem occupassent. His inter se vocibus instincti, ruunt: natura impatientes moræ, et tum, ut incautos hostes opprimerent, etiam consilio properi. Sed per hostilem regionem ducentibus, varia impedimenta objecta sunt; spatiumque fuit, quo provideri adversus hunc tumultum posset.

IV. Ita rejecti, dum per ignota et infesta omnia, nulla certa destinatione vagantur, in Domitium consulem incidunt; protinusque cum eo conserunt manus. Sed adversus rationem atque disciplinam infelix temeritas fuit : occisis in prælio multis, reliqui desperatione atque rabie accensi, ferrum, quod frustra in hostes strinxerant, suis corporibus admoverunt. Ita florentissimam modo nationem, ob scelus interfectorum legatorum tam velox tamque vehemens ultio comprehendit, ut aliquot mensium intervallo penitus excisa, inter gentes, quarum jura violaverat, numerari desierit. Nam et parvæ Senonum reliquiæ, quæ ad Boios, vicinam et consanguineam gentem, se receperant, eodem anno a Dolabella consule internecione deletæ sunt. Quum atrocitate cladium suarum, et ejusdem calamitatis metu, Boios Etruscosque concivissent, ad lacum, qui Vadimonis appellatur, pugna commissa, magnus Etruscorum numerus cæsus est; Boii perpauci effugèrunt; Senonum omne nomen ita periit, ut nemo superesse putaretur ex ea gente, quæ Romam urbem incenderat.

V. Sub id tempus, Senam coloniam deductam esse vero propius videtur: quo Romanis universa regione potitis,

[§] III. Ang. de Civ. Dei, III, 17. — Appian. — Eutr. lib. II. — § IV. Flor. I, 13. — Polyb.

anni consulem, tum prætura fungentem, ad Arretinos obsidione liberandos quamprimum coactis copiis exire senatus jussit. Ne tamen temere sumptum esse bellum videretur, præmitti legatos placuit, nuntiaturos Arretium in fide Romanorum esse; justiusque facturos videri Gallos, quando fædus cum populo romano habeant, si adversus amicos atque socios juventutem suam conduci non patiantur. Hæc legatio quum pagos Senonum circumiret, Britomaris quidam regii generis ferox adolescens, cujus pater inter Etruscorum auxilia cæsus a Romanis fuerat, insana vindictæ cupiditate flagrans, non homines modo comprehensos, sed et ipsa sacrosancti muneris insignia, minutatim dissecuit sparsitque.

II. Rei tam atrocio fama quum hinc in Urbem, inde in castra Dolabellæ consulis accidisset, irritatis vehementer animis, bellum Senonibus indictum est: statimque missos fecit Etruscos Dolabella, magnisque itineribus cum exercitu per sabinum ac picenum agrum ad fines Senonum contendit. Senones subito hostium incursu, et absente copiarum suarum robore, cum paucis et inconditis occurrentes facile profligantur. Consul, nullo dato victis spatio, exurit vicos, ædificia omnia diruit, vastat agrum omnem; denique puberibus occisis, imbelli mulierum et puerorum multitudine abducta, quam paucissima potest humani cultus vestigia in locis relinquit. Britomaris captus, et vario cruciatuum genere tortus, ad triumphum servatur. Per eosdem dies haudquaquam pari fortuna res apud Arretium gestæ. L. Cæcilius prætor ante ipsum oppidum cum Senonibus Etruscisque adverso marte conflixit. Septem tribuni militum, multique præterea insignes viri cum ipso prætore cæsi sunt : ex legionibus et auxiliis hominum millia plus minus tredecim desiderata.

III. Sed minor apud Gallos hujus victoriæ lætitia, quam cognito patriæ excidio luctus atque consternatio fuit. Contractis, qui ubique per Etruriam militabant, popularibus,

[§] I. Polyb. I, 7. — Marian. — Scotus. — Appian. apud Ful. Urs. — § II. Epit. Liv. XII. — Appian. — Dionys. apud Fulv. Ursin. — Polyb.

homines iræ ac doloris pleni, consilii speique inopes, quum sedes, quibus reciperentur, nullas usquam haberent, quasi fato quodam ad exitium eos trahente, Romam pergendi capiunt impetum: non aliter patriæ suæ vastatoribus rependi vicem posse, quam si urbem ipsorum simili clade affectam intueri cogerentur, neque minoribus animis viribusque, causis etiam acrioribus ab Arretio Romam petere, quam majores sui ab ejusdem Etruriæ oppido Clusio profecti, eamdem illam urbem occupassent. His inter se vocibus instincti, ruunt: natura impatientes moræ, et tum, ut incautos hostes opprimerent, etiam consilio properi. Sed per hostilem regionem ducentibus, varia impedimenta objecta sunt; spatiumque fuit, quo provideri adversus hunc tumultum posset.

IV. Ita rejecti, dum per ignota et infesta omnia, nulla certa destinatione vagantur, in Domitium consulem incidunt; protinusque cum eo conserunt manus. Sed adversus rationem atque disciplinam infelix temeritas fuit : occisis in prælio multis, reliqui desperatione atque rabie accensi, ferrum, quod frustra in hostes strinxerant, suis corporibus admoverunt. Ita florentissimam modo nationem, ob scelus interfectorum legatorum tam velox tamque vehemens ultio comprehendit, ut aliquot mensium intervallo penitus excisa, inter gentes, quarum jura violaverat, numerari desierit. Nam et parvæ Senonum reliquiæ, quæ ad Boios, vicinam et consanguineam gentem, se receperant, eodem anno a Dolabella consule internecione deletæ sunt. Quum atrocitate cladium suarum, et ejusdem calamitatis metu, Boios Etruscosque concivissent, ad lacum, qui Vadimonis appellatur, pugna commissa, magnus Etruscorum numerus cæsus est; Boii perpauci effugèrunt; Senonum omne nomen ita periit, ut nemo superesse putaretur ex ea gente, quæ Romam urbem incenderat.

V. Sub id tempus, Senam coloniam deductam esse vero propius videtur: quo Romanis universa regione potitis,

[§] III. Ang. de Civ. Dei, III, 17. — Appian. — Eutr. lib. II. — § IV. Flor. I, 13. — Polyb.

246 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

nomen Senonum in ea parte Italiæ funditus interiit. Etrusci tamen Boiique, sequente statim anno, quum ex iis, qui puberes interea facti fuerant, exercitum supplevissent, iterum fortunam pugnæ tentare sunt ausi. Tum igitur a Q. Æmilio Papo victos fuisse crediderim: hujus enim et C. Fabricii consulatus primus eum in annum incidit; Papoque provinciam Etruriam obvenisse constat. Sed in plerisque annalibus, qui adhuc leguntur, rerum istarum memoria, majorum interventu obliterata est. Quod enim tot continuis bellis atque victoriis, maxima virtutis et potentiæ incrementa romanus populus quotidie caperet, adductæ in metum, quæ adhuc per Italiam sui juris erant civitates gentesque, maximum atque periculosissimum conflavere bellum, junctis, tanquam ad communes omnium hostes prædonesque opprimendos, consiliis et viribus. Neque differri arma visum est, donec adhuc Boiorum Etruscorumque reliquiæ distinendis Romanorum copiis sufficerent.

VI. Primi Samnites, fracto rursum fœdere, cum Lucanis Bruttiisque palam sociantes consilia, proruperunt. Sed hos C. Fabricius consul compluribus præliis vicit; uno maxime memorabili, quum Thurinam urbem iterum premente Statio Statilio, signis collatis dimicatum est; fusisque magna cum strage hostibus, ipsa etiam castra expugnata captaque. Memoriæ proditum est, quum strenue castra defenderentur, scalas afferente quodam vasti corporis juvene, Romanos animatos, plenam victoriam reportavisse. Cæsa dicuntur in prælio et castris hostium millia viginti: quinque millia, cum ipso imperatore, signisque militaribus viginti capta sunt. Postero die quum donaret eos consul, quorum insignis opera fuerat, vallaremque coronam ei se daturum dixisset, qui castra hostium primus transcendisset, quæsitus ingenti studio reperiri non potuit, si miles fuisset, ultro se oblaturus huic tanto honori. Creditum igitur vulgatumque est, Martem ipsum auctorem ejus operis, causamque victoriæ fuisse: con-

[§] V. Polyb. — Plin. lib. III, 15. — Dionys. apad Fulv. Ursin. — Liv. Epit. XII.

sulisque edicto supplicatio ei est habita, militesque laureati magna cum lætitia supplicatum ierunt.

VII. Conspirantes adversus Romanum populos, nullis adhuc auxiliis publice Tarentini juverant : qui præcipui fœderis istius auctores, tamen aliorum laboribus, quam suo discrimine, lacessi romana arma, bellique eventum prætentari, sapientius arbitrabantur. Sed minime diu tenuit ista dissimulatio, quin casu quodam insanæ plebis temeritatem provocante, civitatis consilia nudarentur. Jam tum ea Italiæ ora, consuetudine Græcorum, a quibus Tarentus, cæterarumque urbium pars pleraque conditæ fuerant, deliciis spectaculorum atque histrionum immodice gaudebat, præcipua Tarentinorum luxuria, quos adeo corruptis moribus egisse memorant, ut plures epulas ludosque solennes reciperent, quam anni dies essent. Forte in theatro majore juxta portum sito ludos spectabant, quum L. Valerius (alii Cornelium nominant) duumvir navalis, decemque romanæ naves portum introituræ se ostendunt: pernicioso utrisque errore, quum ignari rerum omnium Romani tanquam amicum et hospitale litus peterent; Tarentini conscientia vecordes, classem hostili animo consilioque missam esse interpretarentur. Adest Philocharis, quem ob turpitudinem vitæ cives sui Thaidem appellabant: is veterum quorumdam fæderum illata mentione, fas esse Romanis negat Lacinium promontorium præternavigandi: obviam iri stolide ferocibus barbaris, superbiamque malo coerceri jubet. Aeclamat temeraria multitudo præ continua crapula non bene mentis compos. Hominis fœdissimi de tanta re sententia omnium assensu accipitur: nec mora; decurritur ad arma navesque. Romani nullam ad rem minus quam ad pugnam parati, fugæ se committunt. Sed celeriter insequentibus Tarentinis evadunt naves quinque, totidem a pluribus circumventæ in portum rediguntur: ex his deprimuntur cum ipso duumviro quatuor; una capitur: homines ætate et robore militari

[§] VI. Dionys. — Plin. XXXIV, 7. — Valer. Max. I, 8. — Am. Marcel. XXIV, 15.

248 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

interficiuntur: cætera turba in servitutem venditur. Mox ab eadem animi levitate bellum Thurinis inferunt, criminantes, eorum opera Romanum ea in loca venisse, qui Græci quum essent, barbaram gentem, quam cognatos vicinosque Tarentinos, dubiis rebus defensores habere maluissent. Urbs in potestatem redacta diripitur: ejiciuntur principes: præsidium romanum pacta incolumitate dimittitur.

VIII. Romæ re audita, erat quidem pro magnitudine injuriæ non levis indignatio; sed bellum novum ea tempestate sumi non placuit : legatio, quæ de injuriis quereretur, decreta, mandatumque legatis, ut captos restitui, Thurinis res ablatas, aut æstimationem justam reddi, exsules reduci, rerum istarum auctores populo romano dedi postularent. More græcarum urbium in theatro concionem populi cogere Tarentini solebant: huc ægre admissi legati, turbam ebrietate et otio lascivientem repererunt; nam tum quoque dies festus agebatur: ibi quum legationis princeps L. Postumius verba facere orsus esset, ludibriis petulantissimæ multitudinis exceptus, multo etiam acriores odiorum causas retulit Romam, quam extulerat. Quippe tam contemptim habuerant eum, ut sermoni ejus de cætero quidem attenderet nemo; sed quoties aliquid ut ab homine romano parum græce prolatum esset, tota concio solveretur in risum; barbarum increpantes conviciarentur; cultum legatorum, nam togati aderant, exploderent; postremo etiam theatro extruderent; jura gentium nequidquam invocantes. Fædum inde dictu, sed ad licentiæ popularis coercendam temeritatem utile exemplum traditur: abeuntibus legatis inter confertam Tarentinorum turbam, quæ in ipso theatri exitu consisterat, scurra quidam Philonides (nam hoc quoque moribus suis corrupta civitas debet, ut celebrata sint annalibus scurrarum nomina, tarentinorum principum ignorentur;) sacra legatorum vestimenta, canis impudentis instar, urina respersit. Unius spurci et furiosi hominis ea noxa videri potuisset,

[§] VII. Strabo, lib.VI. — Flor. I, 18. — Zonar. — Appian. — Dio apud Fulv. — Oros. IV, 1. — Diod.

nisi protinus agnovisset temulenta civitas, risuque et plausibus factum illud comprobantium totum theatrum insonuisset. Postumius hac voce edita, « accipimus omen, o « scurra, quando et ea nobis datis, quæ non petimus; » conversus ad multitudinem, vestemque ignominia affectam ostentans, ubi redintegratis cachinnis, etiam versus in populum romanum contumeliosos cani saltarique videt; « Ridete, « exclamat, ridete Tarentini, dum licet: nam postea quidem « large flebitis. » Iratis ad hæc Tarentinis, « Et quo magis, « inquit, stomachemini, prædico, vestem istam sanguine « multo vobis eluendam esse. » Post hæc, nullo alio accepto responso, abnavigarunt.

IX. Jam Romæ magistratum occeperant L. Æmilius Barbula, Q. Marcius Philippus consules. His senatum habentibus, quum et prætextam (nam uti erat fædata, eam attulerant) cernerent; et ipsis exponentibus cæterum injuriæ tam multiplicis ordinem discerent Patres: commotis majorem in modum animis omnium, dubium non erat, quin armis vindicari contumeliam oporteret. Sed quia tot aliis adversus validissimas gentes bellis districtæ vires erant, statimne, an postea, contra Tarentinos mittendus exercitus esset, parum expediebant: multosque per dies ab orta luce ad occasum solis re in senatu disceptata, quum alii nihil tentandum, priusquam cæteræ civitates, aut saltem quæ finitimæ Tarento essent, pacarentur; alii sine mora decernendum esse bellum, pugnarent, postremo numeratis sententiis senatusconsultum factum est, ut de bello Tarentinis inferendo ad populum ferretur. Id quum populus consensu jussisset, ad Æmilium consulem, qui jam in Samnium ad exercitum profectus fuerat, scriptæ sunt literæ, ut omissis præsentibus castra in tarentino agro poneret, et nisi de illatis injuriis satisfaceret populus tarentinus, eum justo pioque bello persequeretur.

X. Tarentini non amplius cum paucis et inermibus ho-

[§] VIII. Liv. Epit. XII. — Appian. — Dio ap. Fulv. — Zonar. — Dionys. apud Fulv. — Val. Max. II, 2, 5. — § IX. Zonar. — Dionys. — Appian:

250

minibus, sed instructo exercitu negotium sibi futurum esse cernentes, tanquam ex diuturna crapula expergefacti, jam serio, quid faciendum esset, consultabant: bellum accipere periculosum; imperata facere servile videbatur; neque vitari utrumque poterat. Variantibus igitur sententiis, exsurgens quidam, « Quid frustra dies altercando terimus, inquit, « Tarentini? Venerunt tempora, que facta magis quam « verba postulent; sed ad quæ ex usu publico admini-« stranda consiliis rectis opus sit, et ore libero. Neque sane « moveor, quod antehac communi quodam liberarum civi-« tatum morbo, dictis ad gratiam compositis, etiamsi crebro « nocerent, estis oblectati: tum enim, ut fit inter res pro-« speras, quid potissimum reipublicæ conduceret, parum « animadvertebatis. Jam autem in finibus nostris exercitus « romanus, et ante ipsas portas hostilis terror est : eo ma-« gistro profutura jucundis facile discetis anteponere.

XI. « Neque sic accipiatis, tanquam exprobraturus præ-« terita surrexerim : nam veterem quidem culpam intem-« pestive objicere, inimici, et alienis erroribus petulanter « insultantis animi est : probi viri, et salutis communis stu-« diosi, peccata civitatis tegere, aut excusare malunt, nisi « quoties ad calamitatem publicam amoliendam, præterita-« rum offensarum recordatio grande momentum habet. Nam « ab errore quidem omni, homines quum simus, immunes « haberi velle, nimium est superbum : sed ad eumdem la-« pidem crebro impingere, neque saltem eventu temerita-« tem castigante ad cautionem erudiri, id vero jam vix bene « humanum est. Ad unius hominis vocem naves romanas « depressimus : mox Thurios, cognatam gentem, hostihbus « odiis vexavimus, quod ab Romanis defendi, quam a Lu-« canis Bruttiisque diripi maluerunt : legatos Romanorum - per turpem dictu contumeliam violari tulimus. Bellum « igitur, quo carere potuimus, et grave bellum, et pericu-« losum, et improvisum, alienissimo tempore nostro at-- tractum est. Denique jam in agro tarentino romana castra

« sunt: et nos adhuc incerti omnium, bellum formidabile « an pacem indecoram satius sit accipi, deliberamus.

XII. « Atque utinam nunc demum obliti blanditiarum, « obliti privatorum commodorum, dignitatem utilitatem-« que publicam spectantes in commune consuleremus! esset « unde vel fædera honeste, vel arma tuto sumerentur: nunc « in duas vos abire partes, et propemodum factiones video, « non judiciis, aut ex conditione rerum sumpto consilio; « sed suis quisque causis ducitur : cur enim tam paucos « juvenes et pauperes in ea sententia esse video, quæ pacem « laudat? aut cur nemini fere divitum et seniorum bellum « placet? an alia tam æqualiter divisæ civitatis causa est, « quam quod hi rebus quietis fœnori suo agrisque frui vo-« lunt: illi, si bellum conflatum sit, in imperiis, aut ex licena tia prædæ compendium sperant? etiam olim hoc morbo « laboramus, neque a longo jam tempore respublica nostra « hominibus caruit, qui domesticas opes augere studerent, « etiam cum periculo et detrimento civitatis.

XIII. «Quibus omnibus occurrere poteritis rectissime « (dicendum enim est, quod ex præsentibus utilissinium « esse censeo), si neque pacem ematis ea conditionum vili-« tate, quæ jura liberæ civitatis minuat: neque vestras tan-« tummodo vires belli tam difficilis terroribus opponatis. « Sæpe a majoribus copiarum nostrarum imperium externis « ducibus commissum est. Archidamum, Agesilai filium, « postea Cleonymum, mox Agathoclem, Peloponneso, aut « Sicilia evocavimus. Memoria nostra, quum finitimorum « armis infestaremur, Alexandrum Epirensem patres nostri « acciverunt: eo consilio non solum ipsi commodis rebus « usi sunt, sed etiam nobis florentes reliquerunt. Est eadem « hodie inter nos et Epirotas amicitia : neque illi hodie « exercitu ac duce minus valent. Et recens beneficium no-« strum Pyrrhus habet, quem Corcyræos oppugnantem « justa classe juvimus. Ergo non meum hoc, sed qui ante « nos rempublicam hanc felicissime rexerunt, hominum sa-

[§] XI. Flor. I, 18. — § XII. Zonar. — Diod.

pientissimorum consilium esse existimatote : quod vel
ideo sequi debetis, quia in priore exemplo quasi totam
ejus rationem cum eventu ipso perspicere potestis.

XIV. « Sed tamen etiam alioquin argumenta magna sunt et evidentia. Nemo inter nostros ita excellit, ut ei æquo animo parituri sint cæteri: quæ vero sint æmulationis pe-« ricula, quoties acri et potente cum hoste res est, scitis: « et quemcumque faceretis imperatorem, vel nimio pacis « studio, vel cupiditate gerendi belli, detrimentum vestris « rebus afferre posset : taceo adversum Romanos, gentem « armis induratam, non quolibet duce bellum tuto geri. Ve-« rum enimvero, quemadmodum nemo dubitat, virtute et « consilio militari ante Pyrrhum nemo est : sed venire for-« sitan nolet? imo vero quia rerum gerendarum cupidissi-« mus, bellum in præsentia nullum aliud habet; non mode « veniet ipse lubenter, sed etiam adducet copias validas, « et præliorum non rudes : et ne ab ipso libertati nostræ « metuamus, iis cum eo conditionibus transigetur, quibus « respublica in tuto sit. Hac ratione fiet, ut bona cum spe « sumere bellum, et vel impetrare pacem commodam, vel « etiam dare gloriosam possimus, quanquam hoc potius « eventurum non improbæ spei est, ut prius Romani no-« biscum æquis legibus transigant, quam hoc rerum statu « Pyrrhum accipiant in Italiam, qui quondam ex eadem « Epiro minoris aliquanto gloriæ potentiæque regem ti-« muerunt.»

XV. Hoc consilium non eo tantum vicit, quod publicæ salutis viam haud aspernandam aperuisse videbatur; sed etiam contrarias in opiniones divisa concione, quum neutra pars, obsistente altera, pertendere posset, quod proximum erat, sententiam, quæ media quodammodo videbatur, universi prætulerunt. Ferunt vulgato per civitatem rumore, decretum de Pyrrho acciendo factum esse, Metonem quemdam hominem frugi, sumpta corona marcida, et facula,

[§] XIII. Appian. — Strabo, lib.VI. — Liv.VIII, 24. — Pausan. lib. I. — § XIV. Plutarch. in Pyrrh. c. 25.

ebriorum more, cum tibicina theatrum intravisse: populum tarentinum, solita lascivia, jussisse, ut progressi in medium, ille voce, muliercula tibia canerent. Tum Metonem, facto silentio, dixisse: «Bene facitis, Tarentini, quod saltandi ca« nendique copiam præstatis, quibus libet: nam Pyrrho in « urbem admisso vix erit, ut liceat amplius nostro nobis ar« bitratu vivere. » Moto ad hæc populo, atque orto murmure, veriti, qui auctores injuriarum adversus Romanos fuerant, ne pacificis consiliis valentibus ad supplicium ipsi dederentur, increpito vulgo, quod ab homine temerario tam indigne derideri pateretur, impetu facto, Metonem theatro exegerunt: ita nemine deinceps adversante, decretum ratum fuit.

XVI. At romanus consul, quum nihil ab Tarentinis pacati responderetur, præterea mitti ad Pyrrhum legatos cum muneribus accepisset, ad belli consilia conversus, agrum populatur, oppida alia pugnando, alia deditione capit, damno ac terrore complet omnia. Mittuntur etiam ad prohibendas injurias ab Tarento copiæ: fit conflictus acer, sed superiore Romano, multis suorum amissis, Græci in urbem compelluntur. Æmilius regionem omnem impune vastat uritque. Territis ea clade Tarentinis, ut multitudo, quanto secundis rebus insolentior, adversis tanto impensius in timorem præceps est, Agidi, qui romanæ amicitiæ retinendæ perpetuus auctor fuerat, imperium permittitur. Cupiditatem spemque pacis auxerant ex principibus quidam ab romano duce dimissi, qui humanitatem ejus, et cæteros etiam Tarentinos superiore prælio, aut per agros passim exceptos, indulgenter atque benigne haberi, prædicabant.

XVII. Sed mutavit animos erexitque Cineæ fiducia, cum auxiliaribus copiis ab Epiro venientis: namque Pyrrhus ingens animi, et Magni modo Alexandri æmulatione vastissimum imperium spe complexus, ipsis quasi fatis invitantibus, ad perficienda quæ destinasset, pandi sibi viam credebat. Confirmatum etiam oraculi delphici voce narrant, ambigui quidem sensus, et utramvis in partem facilis flecti, sed quod

[§] XV. Plutarch. in Pyrrh. c. 26. — § XVI. Zonar. — Oros. IV, 1.

interprete cupiditate rex pro certo et secundo acceperit: quippe de belli, quod suscepturus esset, eventu consulenti redditum responsum ferunt: posse eum Romanos vincere. Sed plus, opinor, animorum dabat tarentina legatio, quæ ex sua civitate, Lucanisque, Messapiis, et Samnitibus, cæterisque populis, qui eodem fædere tenerentur, facile viginti millia equitum, trecenta quinquaginta peditum conscribi posse, attulerat. His igitur copiis si Romanos in ordinem redegisset, haud magno negotio cæteræ Italiæ dominationem se adepturum sperabat. Inde brevis in Siciliam trajectus ostentabat insulam Agathoclis excisa domo vacuam et discordem: quam etiam hereditario jure, quod ex Lanassa, filia Agathoclis, liberos susceperat, suæ domui posse vindicari rebatur. His ex sententia confectis, Carthaginem bello erat petiturus.

XVIII. Fama est, Cineam, præstanti sapientia virum, quo immodicas regis cupiditates, paratamque felicitatem præsentibus bene utendi turbaturas, ipsius quoque confessione coercendas esse ostenderet, quid de victis Romanis agere constituisset? interrogasse. Atque illo subinde alias ex aliis victorias nascituras esse demonstrante, subjecisse: quid igitur confectis istis omnibus acturi sumus? Tum vero pacis et otii bonis affatim fruituros respondente, excepisse Cineam: Quid igitur vetat, o rex, quin statim iis fruamur, quum « præsto sint; novis autem bellis suscipiendis corrumpi pe-« nitus, amittique possint? » Sed Pyrrhus, iterata legatione Tarentinorum, et ambitione sua victus, patrium esse respondit Epirotis, non pro se tantum, sed etiam pro sociis et amicis bella capessere. Cæterum tegendo interiori consilio suo, cum legatis anxie pepigit, ut lato ipsis auxilio statim rediret domum; neque diutius, quam necessum esset, ab iis in Italia detineretur.

XIX. Inde confestim ad bellum apparandum ingenti stu-

[§] XVII. Aug. de Civit. Dei, III, 17. — Ennius apud Cic. in Divin. II, 26. — Plut. in Pyrrh. c. 27. — Just. XVIII, 1. — § XVIII. Just. — Diod. Ecl. ex lib. XXII. — Vid. Boileau, Épître première.

dio versus, navium longarum magnum numerum complevit; alias præterea, quibus equi virique transportarentur, adornavit: plerisque legatorum italicorum, quo sub specie honoris obsidum vicem retineret, in delectu agendo, copiisque conducendis usus, cæteros cum tribus armatorum millibus, addito, qui præesset, Cinea, Tarentum præmisit. Horum adventu spes pacis abrupta, abrogatum Agidi imperium, et uni eorum, qui ex legatione redierant, decreto populi datum est. Neque multo post missus a rege Milo tarentinam arcem firmavit præsidio, murorumque custodiam et tutelam sibi depoposcit: gratulante imperita multitudine, quod penes peregrinos molestiam et labores esse, sibi otium cum securitate relictum existimabat: annona igitur militibus, pecunia Pyrrho, alacriter decreta.

XX. Interea L. Æmilius transmarini militis adventu cognito quo tutioribus locis hibernaret, exercitum in Lucaniam transducere instituit. Erat iter per angustos quosdam calles, quos ab altera parte præruptæ inviæque rupes, ab altera mare claudebant: et, intellecto ducis romani consilio, tarentini naves scorpionibus et ballistis instructas admoverant litori; militemque per arctos et obnoxios tramites incedentem missilibus impetebant. Æmilius viam virtuti negatam astu explicuit, captivis, quos in ultimum agmen rejecerat, latera prætexens ordinum, quæ periculo patebant. Horum misericordia Tarentini, dum suos ferire metuunt, etiam hostibus pepercerunt. Hæc ferme eo anno ad Tarentum gesta. Romæ vero C. Fabricius Luscinus, qui in consulatu suo Samnites, Bruttiosque, et Lucanos præclare vicerat, triumphans Capitolium ingressus est: eumdemque honorem non ita multis post diebus Q. Marcius consul obtinuit, ex Etruria, rebus ibi prospere gestis, reversus.

XXI. Quæ eum causa, bello etrusco nondum finito, ex provincia revocaverit, tempore alieno (nam Fabricius a. d. III nonas martias triumphavit) non traditur: ego accitum a senatu conjicio, qui tum exspectatione Pyrrhi sollicitus,

[§] XIX. Zonar. — Pausan. — Plut. — § XX. Front. I, 4. — Zonar.

præsidia undique conquirebat. Nam et eo primum tempore, quum, tanta undique belli mole coorta, imperium pluribus exercitibus defendi oporteret, proletarii, quibus antiquitus vacatio militiæ fuerat, sacramento rogari cœpere: arma, quæ parare per inopiam non poterant, publice data: ut legionibus alibi occupatis, hæc manus per globos in muris foroque disposita, stationibus et excubiis urbem tueretur. Neque tamen his consiliis averti potuisset imminens clades, nisi fortuna urbis imperaturæ periculosissimis temporibus ingentes viros reservasset; ac nescio an maximos omnium, qui unquam in ista civitate fuerint, non ita divitiis et splendore generis, quam contemptu opum, et a virtute nobiles. Hæc enim ætas Curios, Fabricios, Coruncanios tulit: nullarum imaginum aut facultatum viros, sed amplissimæ gloriæ, quam rectissimi exempli homines, summo rei militaris usu, parique morum innocentia pepererunt: utrobique salutares patriæ, quæ adversus regem ambobus metuendum, non magis opus habebat viris, qui ferrum hostile retundere possent, quam qui aurum contemnere.

XXII. Pyrrhum interea, vere non exspectato, peditum duo et viginti millia, tria equitum adducentem, elephantos præterea viginti, et funditorum sagittariorumque modicam manum, orta in medio cursu tempestas ita jactavit, ut ab extremo periculo minimum abesset. Classe disjecta, pluribusque navigiis afflictis, quum etiam prætoria navis laboraret, in mare se dedit Pyrrhus, et maximo cum labore vix tandem enatavit. Corporis tamen male habiti ægritudinem, animi robur sublevabat: et cura Messapiorum, qui suum in litus ejectum, omni studiorum officiorumque comitate coluerunt. Eorumdem opera navibus quibusdam, quæ procellæ vim evaserant, adductis, pauci equites cum duobus elephantis, et minus duobus millibus peditum collecti. Cum hac manu Tarentum processit, obviam egresso cum militibus suis, regemque deducente Cinea. Magnis Tarentinorum

[§] XXI. Oros. IV, 1. — Aug. de Civit. Dei , III , 17. — Enn. apud A. Gell. XVI, 10.

gratulationibus exceptus, paucos dies quieti dedit: quo spatio quum civitatis mores ita comparatos esse cerneret, ut his obtinentibus, neque servari a quoquam possent, et ipsos quoque defensores suos pessumdaturi essent, dissimulavit in præsentia. Sed ubi paulatim convenientibus, quæ dispersæ fuerant, navibus, copias idoneas habuit; gymnasia et porticus, in quibus otiosa juventus dies totos obambulando nugandoque consumebat, occlusit: epulas compotationesque vetuit: solennia ludorum ex intemperantissimo usu ad justam mediocritatem reduxit.

XXIII. Post hæc delectum juniorum severe egit; monitis, ut solebat, conquisitoribus suis, grandes eligerent, se eos fortes redditurum. Hos manipulis suorum permixtos, ne seorsim habiti seditiones agitarent, eadem duritia et severitate disciplinæ exercuit; capitis pæna infrequentibus proposita. Qui vero in armis non essent, eos majorem diei partem in foro agere coegit. Quarum rerum insolentia, homines inter pudendas delicias nati educatique, mirifice angebantur, servitutem appellando, si perire socordia et luxuria cupientes, salvi esse cogerentur. Onerabat invidiam satellitum quorumdam regiorum intemperies, qui suo arbitratu hospitia deligentes, etiam invitis et reluctantibus dominis occupabant : parique deinde licentia inter uxores eorum liberosque versabantur. Ergo fastidio præsentium multi relicta urbe in agros emigrabant, donec id quoque clausis portis appositi custodes prohibuerunt.

XXIV. Tum vero Tarentini se pro socio dominum accepisse sero intelligentes, quod unum poterant, per indignationem et questus sortem suam miserabantur, aliquanto liberius, ubi per aliquam idoneam causam convenientes, præter solitos animi affectus, etiam vino incaluissent. Neque deerant, qui ad Pyrrhum referrent; arcessitique nonnulli, quod inter convivium parum honorifice de rege locuti esse arguerentur. Sed horum quidem periculum cujusdam inter

[§] XXII. Zonar. — Plutarch. in Pyrrh. c. 31. — § XXIII. Frontin. IV, 1. — Zonar. — Plutarch. — Appian. — Vales.

eos simplex et ingeniosa confessio discussit: « Et hæc dixi« mus, inquit, et longe graviora dicturi fuimus, nisi vinum
« defecisset. » Ibi Pyrrhus, ut qui vini, quam hominum,
eam culpam videri mallet, arridens dimisit eos. Cæterum
diffisus civitatis moribus animisque, ut quemque plurimum
apud Tarentinos auctoritate consilioque pollere animadverterat, causis repertis structisve, ad filium Ptolemæum (quem
discedens ipse regno præfecerat annorum quindecim adolescentem) ablegabat: alios per occultas insidias de medio
tollebat: erant, quos affectata humanitate complexus, inter
familiarissimos haberet, quo populo suspectiores fierent.

XXV. In his Aristarchus erat, vir inter primates amore civium et eloquentia excellens: hunc, quia nihilominus in magna apud multitudinem gratia esse cernebat, per causam certi negotii navigare in Epirum jussit. Aristarchus, quum refragari regis imperio præsentis exitii; obedire, non quidem æque velocis, sed tamen æque certi videretur, conscensa navi paulum provectus, flexit cursum ad urbem romanam, et receptus in fidem de rebus multis magnisque senatum largiter edocuit. Dum hæc Tarenti Pyrrhus administrat, nihilo segnius ad bellum gerendum apud Romanos delectus agebantur, cogebantur pecuniæ, misso ad socias civitates C. Fabricio, qui auctoritate gratiaque sua deterreret a studiis rerum novarum: quidam, quorum suspecta levitas erat, etiam præsidiis in opportuna loca impositis in fide retinebantur.

XXVI. Quidquid enim ubivis injuriæ acceptæ persuasione ægrum, aut cupiditate novandi turbidum erat, id omne, tot adversus unam gentem conspirantium populorum robur, et bellicosissimi regis exspectatio commoverat: quo intentiores Romani, capita seditionum mature opprimendo, securitati suæ providebant. Eo tempore casus prænestinorum principum memorabilis fuit: qui nocte jam ingruente quum adducti Romam essent, custodiæ causa conclusi sunt in

[§] XXIV. Zonar. — Valer. Maxim. V, 1, 3. — Plutarch. Pyrrh. cap. 16. — Just. XVIII, 1. — § XXV. Dio ap. Fulv.

ærario publico, tum demum intellectis fallacis oraculi ambagibus, cujus fide popularibus suis, ad defectionem eos impulsuri, sæpe spoponderant, in fatis esse, uti romanum ærarium a Prænestinis occuparetur. Sollicitos Patrum animos (nam et Fabricium a sociis retineri audiverant, ut eo pignore suos ab Romanis incolumes reciperent; et ad Etruscos, ad Umbros, ad Gallos contra populum romanum incitandos legatos mitti) nova insuper cura oppressit rei, quum facto ipso atrocis, tum formidabilis exempli, ne apud omnes Italos alienissimo tempore romana fides in suspicionem et odium adduceretur.

XXVII. In extremo Italiæ litore contra Siciliam Rhegium est, græci nominis, temporibus illis florens et opulenta civitas. Ea quum adventu Pyrrhi magnum et terribile bellum cerneret consurgere, præterea classibus Carthaginiensium in illo mari vagantibus terreretur, diffisa viribus suis arcessendum a Romanis præsidium existimavit. Missa sunt militum millia quatuor, ex Campaniæ coloniis scripta manus, et inde legio campana appellata, tribuno militum Decio Jubellio deducente. His ab initio quidem neque fides in defendenda urbe, neque diligentia defuit. Deinde, quia belli propinquus metus nullus erat, paulatim otio et græcæ consuetudinis imitatione in luxum resoluti, præsentemque copiam cum dura et laboriosa vita, quam eousque egerant, comparantes, opportunitatem urbis, et incolarum felicitatem, sermone cupiditatis et invidiæ pleno, in circulis et hospitiis suis agitare cœperunt.

XXVIII. Delectabatur eo facto Decius, qui et ipse pari vecordia ductus, sceleratum occupandæ urbis consilium pridem animo conceperat. Favebat occasio præsentis belli, quo sciebat ita distringi Romanos, ut rheginam rem curaturi non essent: et in adverso litore Mamertinos, exemplum simul felicis sceleris, et similis perfidiæ haud dubios propugnatores, præterea communis patriæ necessitudine junctos,

[§] XXVI. Zonar. — Dio apud Fulv. — § XXVII. Polyb. I, 7. — Liv. Epit. XII. — Liv. XXVIII, 3.

260 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

intuebatur. Nam et hi ex Campania oriundi, quum superioribus annis inter Agathoclis auxilia stipendium fecissent, a Messeniis pro amicis excepti, civibus trucidatis aut ejectis, urbem occupaverant, domosque et conjugia miserorum inter se partiti fuerant. Etiam veterum Campanorum subibat memoria, qui Capuam possederunt, simili latrocinio Tuscis ademptam.

XXIX. Quum res satis placeret, ea consultatio supererat, quonam modo facinus impune patraretur, neve, ut in urbe populosa, pauciores a pluribus circumventi cuderentur. Confingit epistolas tanquam a Rheginis ad Pyrrhum scriptas, ut præsidium romanum ei proderetur. Vocantur secreto milites: epistolæ, quasi interceptæ, recitantur: queritur acerbe de perfidia Rheginorum Decius: ex militari multitudine quidam, ad hoc præparati, succlamant, armis expediendam salutem, et exitium ipsis destinatum, in auctorum capita vertendum esse: adest etiam ex compacto, qui nuntiet, in rhegino litore classem Pyrrhi conspectam esse, et secreta colloquia habita. Miles supra priorem animi cupiditatem, etiam perfidia hostium et periculi metu accenditur. Consensu omnium in hanc sententiam disceditur, ut ignari imparatique · oppidani opprimantur : cæde virorum facta, fortunæ publicæ privatæque omnes legioni cedant. Fit facinus indignum et atrox: Decius quosdam ex principibus ad cœnam vocatos, inter sacra hospitalis mensæ obtruncat: alii passim in domibus suis trucidantur: majori parte Rheginorum interfecta, cæteri patria ejiciuntur ab iisdem illis, quos paulo ante, ut cum patria servarentur, amicorum atque sociorum nomine in eam acceperant.

XXX. His patratis, nova fit publicæ rei forma: ædes atque facultates miserorum, tanquam hostilis præda, inter latrones dividuntur: cæde adhuc recenti, matronæ virginesque maritorum atque parentum suorum interfectoribus nubere coguntur: jura nomenque rheginæ civitatis crudelis

[§] XXVIII. Polyb. lib. XXI. — Liv. IV, 57. — § XXIX. Strabo, lib. VI. — Diodor, excerpt. lib. XXII.

et perfidiosa legio sibi vindicat. Sed bene consuluit mortalium generi Deus, quod plerumque scelerum insignium exempla, eadem et vindictæ illustris documenta sunt; ne quis magis successu maleficiorum animari ad paria consilia possit, quam exitu eventuque deterreri. Adeo veræ felicitati cum facinorosis non convenit: neque ulla certior est insania, quam existimare, scelere quemquam fieri beatiorem. Ut enim que post hanc vitam manent supplicia, que maxima sapientes esse sciunt, nulla putentur (solet enim hominum incredibilis stultitia vix iis habere fidem, quæ vident, nedum ut inexpertis moveantur); attamen etiam quum prosperrime procedunt omnia, interno vulnere lacerat animum delictorum conscientia: viventium nomen, mortuorum memoria, apud homines in odio et detestatione est; ac plerumque id ipsum quoque, quod fœdissime partum, labo. riosissime retentum est, non Deo, non hominibus inulta scelera diu patientibus, ingenti cum dolore eripitur.

XXXI. Juvat hic referre breviter Decii Jubellii cæterorumque furoris ejus participum pœnas, quæ quidem earum temporibus his connexa sunt: nam extremum exitium, interea variis casibus torti, decimum in annum distulerunt, ut in tempore memorabimus. Igitur prædonibus istis non diu lætæ, aut etiam inter ipsos tranquillæ res fuere. Metum a Romanis et Pyrrho utcunque, præter occasionem temporum, mamertina societate propellebant, et consilio neutros lacessendi. Hoc enim tutissimum visum ex præsentibus, inter initia sua, dum ex violenta et subita origine nova civitas coalescit, abstinere bello: quod neque adversus regem se tuto sumpturos esse videbant; et promptiorem sperabant a Romanis veniam, si contra ipsos arma non tulissent. Prima dissensionis causa, ut inter latrones oportuit, ex iniqua divisione raptarum rerum orta est. Ejectus per seditionem Decius Messanam confugit: qui Rhegii erant milites scribam ejus M. Cæsium imperatorem legerunt: eodem honore Decius, quum pecuniam secum grandem attulisset, a

[§] XXXI. Liv. XXVIII, 28. - Diodor. - Val. Max. II, 7, 15.

262 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

Mamertinis auctus est; neque læta sibi, neque diuturna.

XXXII. Nam evenit, ut oculorum gravi ægritudine correptus, medicum insignem acciendum curaret, ultione divina jam ad plures acerbioresque pœnas nefarium hominem rapiente. Adductus ergo medicus est Rheginus domo; sed quia multis ab annis Messanæ habitaverat, origine non Decio tantum, nunquam ulli Rheginorum se commissuro, sed plerisque ejusdem urbis incolis incomperta. Ille memor patriæ, et injurias ejus ulcisci certus, persuadet homini, se strenuum quidem afferre remedium, sed eventus tuti celerrimæque efficaciæ. Sic admoto medicamento, quod cantharidum succo temperaverat, vetitoque tolli, priusquam ipse reversus ad ægrum esset, sine mora conscenso navigio, ex urbe Messana profugit. Decius incredibili dolore satis diu tolerato, postquam medicus non redit, amoveri collyrium jubet: eo diluto, luminibus orbatum se reperit. Ita infamis, exsul, contemptus, cæcus, animo et corpore ægro, tanquam vinculis constrictus, ad pœnam servatur: miro quodam divinæ ultionis ingenio, ut ab eo, cui salutem suam crediderat, cladem istam pateretur, qui prius ipse, quos tueri debuerat, immanitate perfidiaque circumvenisset. Quæ documenta historiis consignari tradique generis humani interest; cui nunquam satis persuadetur, quantum a recta prudentiæ ratione absit ea calliditas, per quam ob falsa quædam bona, virtute fideque spretis, per fædas et iniquas libidines in vera mala ruitur.

§ XXXII. Appian. apud Vales. — Diodor.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER TERTIUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI TERTII LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI TERTII.

Valerius Lævinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. Post id prælium quum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit, populabundusque ad urbem Romam processit. C. Fabricius, missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege tentatus est. Captivi sine pretio remissi sunt. Cineas, legatus a Pyrrho ad senav tum missus, petiit, ut componendæ pacis causa rex in urbem reciperetur: de qua re quum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Ap. Claudius, qui propter valetudinem oculorum jamdiu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam, et sententia sua ténuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit : censa sunt civium capita ducenta septuaginta octo millia. ducenta viginti duo. Iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. Cum Carthaginiensibus quartum fœdus renovatum est. Quum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur, se regi venenum daturum, cum indicio ad regem remissus est. Res præterea contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, et Samnites prospere gestas continet.

I. INTEREA Romæ parte copiarum ad præsidium urbis, et incertos belli casus retenta, novis consulibus exercitus et provinciæ datæ sunt. P. Valerio Lævino Tarentini et Pyrrhus; Ti. Coruncanio Etrusci belli reliquiæ obvenerunt. Lævinus magnificum ad famam et terrorem ratus, hostem a se lacessitum videri; simul utile civitati, si quam longissime belli metum et incommoda ab agro romano avertisset, confestim in Lucaniam moto exercitu, castellum opportuno situ operibus permunivit, valido præsidio imposito, quo et Pyrrhi cœpta tardarentur, et Lucani, quorum perfidia timebatur, ad hostem non auderent desciscere. Audito romani consulis adventu Pyrrhus, quamquam socii nondum convenerant, turpe sibi et detrimentosum fore judicans, si inter primordia belli formidinis indicium ullum edidisset, cum copiis, quæ aderant, incunctanter obviam progressus est.

II. Ut tamen per causam aliquam honestam traheret negotium, caduceatorem misit cum literis, quarum hæc sententia fuit : « Rex Pyrrhus Lævino Salutem. Audio te contra « Tarentinos venire cum exercitu. Sed eo dimisso, cum « paucis ad me venito: causa enim cognita, quod alteros al-« teris præstare æquum erit, etiam nolentes præstare cogam.» Ad hæc Lævinus: « Nos neque controversiarum nostrarum « te sumimus arbitrum, neque hostem pertimescimus. Tu « vero absurde facere videris, causas alienas cognoscere sa-« tagens, qui propriæ culpæ reus, nondum Italiæ, injussu « nostro, initæ pænas nobis pependisti. Ergo non adversus « te minus, quam adversus Tarentinos instructo cum exera citu venio, Marte judice, auctore generis nostri, de nostro « jure disceptaturus. » Neque diu moratus signa movit; et inter Pandosiam et Heracleam urbes, loco campestri, ab hostilibus castris divisus Siri amne, consedit. Fama est, Pyrrhum speculandi causa ad amnem progressum, quum castra romana diligenter spectavisset, uni ex amicis, cui Megacles

[§] I. Zonar. — Plutarch. in Pyrrh. c. 34.

nomen erat, dixisse: « Ordo certe barbarorum istorum minime barbarus est; at facta mox noscemus.»

III. Tum autem ad ripam firma collocata statione, quæ transitum tentantes arceret, opperiri socios constituit: super rationem belli, quod Romanos in hostili regione rerum necessariarum inopia laboraturos esse sperabat, etiam fiducia Lævini anxius, cujus ille admirationem novo testimonio nuper auxerat; dimissis impune hostibus, qui ad exploranda castra venerant: et adjecto, sibi præterea majorem alium exercitum esse. Inter hæc, ut vicinis castris, velitationes continuæ fiebant: ad summam rerum proficiebatur nihil. Igitur diebus ferme quinquaginta per hæc leviora certamina consumptis, consul, quod iisdem causis ad festinandum prælium, quibus Pyrrhus ad differendum movebatur, milites in concionem vocatos consilii sui certiores facit, adversus novi hostis metum confirmat. Pyrrhi famam, belluarum terrorem, quantum potest, elevat: denique rebus ita se parat, ut vel volente cum hoste congrediatur, vel etiam invitum cogat ad certamen.

IV. Itaque postquam Pyrrhum manere in sententia videt, equitatum omnem, tanquam ad agrorum prædam excursurum, præmittit: ipse cum instructis legionibus opperitur, donec in adversa ripa tumultus et clamor fiat. Equites magno a castris intervallo circumvecti, qua incustoditum flumen erat, transjiciunt; stationem pro hostili ripa collocatam cursu petunt: Epirotæ, subita re perterriti, ad castra sua se recipiunt. Pyrrhus intellecto hostem adesse, equitatum omnem (tria milka erant), quanta maxima celeritate potest, ad amnem rapit, sperans, Romanos inter transeundum ordinibus solutis, et cæco vado cum iniquitate aquæ solique luctantes, occupari posse. Sed quum Romani equites se objecissent, invectus ante primum suorum agmen, non imparem famæ suæ pugnam edidit, splendidis armis conspicuus, neque minus insigni robore animique præsentia,

[§] II. Zonar. — Plutarch. — § III. Zonar. — Front. IV, 7. — Gotefredus Viterb. — Otto Frising.

quum ita totam aciem consilio imperiisque regeret, tanquam omni alio labore solutus esset; ita ubi res poscebat accurrens præliaretur, tanquam solum ad se militis officium, ad alium universæ rei cura pertineret.

V. Interea Leonnatus quidam Macedo, quum ex hostibus quemdam notasset, qui cæteris omissis omnibus, unum in regem tota volitantem acie intentus, quacunque parte illum se inferre vidisset, eo quoque equum agebat, monuit Pyrrhum. Cui ille, « fatum, inquit, o Leonnate, mortalium « effugerit nemo : cæterum neque hic Italus mecum, neque « alius quisquam, impune congredietur. » Vix elocutus hæc fuerat, quum Oplacus (hoc nomen erat viro, Frentanæ turmæ præfecto) infesta lancea equum percutit regis; atque illius equum vicissim excipiens Leonnatus. Ibi circumfusi regis amici Oplacum pugnantem interficiunt; regem eripiunt. Sed iste casus magnopere perculit regios, ipsum esse cæsum opinantes. Quare ut confirmaret suos, simulque pericula sibi intenta declinaret, paludamentum et arma cum Megacle commutat; illoque in pugna relicto, ad phalangem ordinandam adducendamque pergit. Occurrunt et Romanæ legiones. Certatur diu acerrime, eventu adeo dubio, ut memoriæ sit proditum, septies alternante prælii fortuna, modò Romanos hostium, modo Tarentinos Epirotasque Romanorum terga vidisse.

VI. Sed proxime desperationem Pyrrhi res adduxerat Megaclis cædes, quem regiis armis monstratum ex diversa acie fortissimus quisque regis interfecti gloriam affectans impetebat; donec eques nomine Dexter, interempto detractam chlamydem galeamque maximis cum clamoribus ad consulem ferens, fidem patratæ cædis utrique exercitui fecit. Jam omnia terroris atque consternationis apud Græcos plena erant; fugissentque haud dubie, nisi quamprimum nudo capite obequitans Pyrrhus, seque vivere et adesse voce magna testatus, tantumdem fiduciæ Romanis, quantum suo militi formidinis desperationisque dempsisset. Lævinus adesse tem-

pus ratus, quo ultima remedia experiretur, signum equitibus sustulit, quos in insidiis collocaverat, ut terga hostium incurrerent. At Pyrrhus in hoc agmen elephantos agi jubet, ipsos quoque in ultimum terrorem hostium reservatos.

VII. Id consilium afflixit spes romanas, eventumque totius pugnæ secundum Pyrrhum dedit. Nam et homines ipsi vastorum corporum mole, terribilique superstantium armatorum specie stupentes, quodvis potius ingens et formidabile portentum, quam animalium a natura productorum formam videre videbantur; et equi ad conspectum odoremque et stridorem tum primum visarum belluarum exterriti, protinus confusis ordinibus, qua cuique proximum erat, abripiebantur; sessoresque vel excutiebant, vel frustra retinentes secum auferebant in fugam : et in suorum aciem incurrentes omnia trepidatione tumultuque miscebant. Insequutis elephantorum rectoribus, multi fugientium ab iis, qui in turribus belluarum constiterant, vulnerati sunt : plures ab elephantis ipsis confecti obtritique. Sed consule omnia experto, cohærebat utcunque acies; donec immissa Pyrrhi imperio thessalica ala male resistentes fregit disjecitque.

VIII. Neque dubium habetur, quin eo situ loci, quo tum conclusi tenebantur, cæsi omnes captivi forent, ni præter consuetudinem Pyrrhi, qui hoc imperatorium rebatur, non pertinaciter instare fugientibus, ne alio tempore desperatione salutis acrius resisterent, etiam præceps in vesperam dies regios a persequendo desistere coegisset. Adjuvit etiam fortuna reliquias infelicis exercitus, quod elephantus accepto vulnere conversus, etiam cæteros barritu turbavit. Ea res morata hostes, spatium fugientibus dedit, quo transmisso amne pervenire in Apuliam possent; ibique urbis cujusdam munitionibus adversus instans periculum tegerentur. Cæsa eo prælio Romanorum sociorumque peditum millia quatuordecim et præterea octingentos septuaginta reperio; du-

[§] VI. Front. II, 4. — Plut. — Zonar. — § VII. Front. II, 4. — Pausan. lib. I. — Flor. I, 18. — Plin. VIII, 6. — Zonar. — Plutarch.

centos quadraginta ses equites, captos in universum mille octingentos duodecim; in his equites duos et octingentos: amino signa militaria duo et viginti.

IX. Quo magis miror, auctores qui har tam accurate essequati sunt, negare numerum ex regio exercita desideratorum annotatum esse . quam Dionysius scribat , Lavinum amisisse paulo minus malia quindecim: tredecim interiisse ex victoribus; Hierogymus autem Cardianus, aqualis istorum temporum scriptor, de romano exercitu non plus septem millibus cecidisse tradat; de regio, intra quatuor millia. Sed hoe inter omnes constat, flore ducum militumque snorum victoriam eam Pyrrho constitisse: exceptaque dicuntur voces, non minus victum se co praelio, quam victorem discessisse, ferentis: etiam quum Tarentino Jovi spolia donaque figeret, fassus hoc fertur, inscripto ejus sententiz titulo, querentibusque sociis respondisse; «Næ ego, si iterum sic vicero, sine milite revertar in Epirum! > Ipsum quoque regem hoc præbo grave vulnus accepisse auctorem haben; sed quoniam alii tale nihil tradiderunt, casusque diversarum pugnarum misceri nonnunquam video, non ausim uni, in silentio plurium et accuratiorum, credere.

X. Magna profecto pertinacia certatum esse hoc etiam argumento fuerit, quod postridie ejus pugnæ, quum cæsorum corpora Pyrrhus inspiceret, quæ ad humanitatis et clementiæ famam humari jusserat; Romanos omnes in hostem versos honestis vulneribus oppetiisse cernens, exclamavit: «O quam proclive mihi erat orbis imperio potiri « romanos habenti milites! » Neque cunctatus est eorum, quos in potestate habebat, animos appellatione blanda magnisque promissis adoriri, ut apud se stipendia facerent: et abnuere perseverantes nihilo sequius humaniter clementerque habuit; et vinculorum, et omnis, quæ fortunam captivorum comitari solet, contumeliæ expertes. At Romanos prælio tam male acceptos alia mox clades terruit, ut

[§] VIII. Front. II, 6. — Eutrop. lib. II. — Gotefr. Viterb. — Oros. IV, 1. — § IX. Platarch. — Oros. IV, 1. — Just. XVIII, 1, 7.

longe impar detrimento, ita majoris aliquanto formidinis et religionis: nam ad manifestam deorum iram referebatur, quod pabulatores forte dimissos subito coorta tempestas ita perculerat, ut inter horribilem cæli fragorem cadentibus fulminibus quatuor et triginta interirent, afflati et semimortui relinquerentur duo et viginti, jumentis etiam eodem turbine exstinctis, aut debilitatis compluribus.

XI. Pyrrhus interea quum vacua et deserta Romanorum castra cepisset, victoria non segniter usus, promovit copias, vastandisque proximorum quorumque agris, ab amicitia Romanorum permultos populos avertit. Supervenere deinde socii Lucani Samnitesque: quibus leviter castigatis, quod pugnaturo non affuissent, partem tamen spoliorum dedit; eo ipso magnopere lætus et exsultans, quod præter suas copias tarentinis tantum auxiliis adjutus, Romanorum ingentem numerum fudisset. Intento in victoriæ fructum Pyrrho, alia ex parte Lævinus curando saucios, colligendo dispersos, manum rursus haud contemnendam effecerat: et Senatus, quanquam multi culpam acceptæ cladis imputabant consuli, Fabriciusque dixerat, non sibi Romanos ab Epirotis, sed Lævinum a Pyrrho victum videri, supplementum ei mittendum censuit.

XII. Quum voce præconis edictum esset, qui in occisorum locum patræ navare operam vellent, uti nomina darent, certatim dantibus, celeriter duarum legionum numerus expletus est. His copiis auctus consul, Pyrrhi vestigia sequendo, quibus poterat exercitum ejus incommodis vexabat: et quum occupandæ Capuæ consilia regem agitare comperisset, festinanter exercitu ducto, prævenit eum, cunctisque ad defensionem paratis, ab invadenda urbe deterruit. Pyrrhus Neapolim flexo itinere, atque ibi quoque spe sua frustratus, protinus ad ipsam Romam magnis itineribus latina via contendit. Jam ab Anagnia et Hernicorum agro, Fregellis

[§] X. Liv. Epit. XIII. — Eutr. — Front. I, 18, 17. — Zonar. — Dio apud Vales. — Oros. — Plutarch. — § XI. Just. XVIII, 1. — Zonar. — Appian. apud Fulv. Urs.

photos expressions. Prameros preventas. Alten vaccionado ab The acidem, and urban magnification served above de chade maintains foresat, novos teneccions en atministrativamento persons superior superior to establish superior puti romani fortuna tempore necessario provolezza. Camal come after T.D. Commeaning memory fortune and Electric conservation. Interest protein doves incoming information est, et al interam rattire retorante senatu, malo ano inste detractis can exercita richire accurrent.

XIII. Promius mum Errusous at man retrainere frances tentavisset, prater irdem suis prasidus totam, tons compalares exercitus, aterum a fronte, aterum a tresorganis. In Companion organism set. The Lavoners mayo ribus sibi comis, mam unte claitem nabuniset, documente videns, cum vidirs eruen sitt recorrem esse direct. Comis process estate grade good. William stella meth. Personal and the contract of t Qua tamen priori victoria confidenti, educit copias, et tanquam pugnaturus instruvit : quoque suorem simul aberitatem experiretur, sumi perterretaceret hustem, chamrem tollere milites, ac elephantos ad barritum ciendom incitari jussit. Resisitus est a Romanus longe major apper terribilior ciamor : uncie de animis atroremper conjectos, abstinencium sici pratio in prasentia judicavit: et victore rum esta parum arta causatus, exercitum in castra, et male, magna cum przeia et captivorum agmine. Tarentum reducie.

XIV. Romani, qui durissimo tempore de constante sua mihil remiserant, sed de totius beili eventu semper amples spes et orationes magnificas habnerant, pratmia virtuits time maxime celebranda rati. L. Emilio Barbula ob res in consulatu gestas decreverant triumphum : isque de Tarcatinis, Samminbus, et Sailentinis, qui inter auxilia Tarentinorum fuerant, a. d. VI Idus Quintileis triumphavit. Sed P. Valerio consuli negotium datum . at setinum in agrum chesciis exercitus victi reliquiis, castra muniret, hiememque sub pellibus

[§] XII. Zonar. — Appian. apad Fulv. Urs. — Plaz. I., 18. — Platarch. — § XIII. — Entrop. — Flor. 1, 18, 18. — Zenze.

agere cogeret. Per eadem tempora quum de captivis in senatu agitatum esset, redimine eos placeret? ista sententia tenuit: credo præcipue movisse animos equitum casum, quos fortiter sustentata pugna donec elephanti aberant, horum superventu consternati equi sine ulla sessorum culpa cædendos vinciendosque hostibus præbuerant. Missi sunt hujus negotii causa præcipuæ dignationis legati, P. Cornelius Dolabella, Senonum deleta gente nobilis, C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui biennio ante collegæ in consulatu fuerant.

XV. Pyrrho a natura magnorum animorum indivisa comes inerat humanitas; sed hanc ambitione auxerat, errore pervulgato ministras imperii virtutes esse putans, cui uni intemperantissime deditus, huc rationes suas omnes referebat. Et quanquam audacia bellique artibus nemini suà ætate ducum postponendus esset, omnia tamen prius experiri solebat, quam armis rem permitteret: animosque hostium, ut quisque opportunus erat, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, denique conditionum æquitate ac utilitate moliebatur. Igitur nuntiato Roma legatos venire, tot consulares ad majorem certe aliquam rem mitti suspicatus, pacis componendæ mentionem illaturos esse sperabat. Quo igitur et tutior, et honoratior accessus eorum foret, ad ipsos usque fines agri Tarentini Lyconem natione Molossum cum præsidio misit obviam: ipse vero cum ornato equitatu venientibus extra portam occurrit; deductosque perquam honorifice ac hospitaliter, rebus omnibus laute atque liberaliter habuit. Illi quæ ad moderationem animi pertinent præfati, quanta sortis inconstantia, quam subitæ bellorum vices essent, neque præsciri futura posse; mandata edunt; se ad recipiendos captivos suos venisse, sive certo in capita pretio redimi, sive cum Tarentinis alüsve permutari pateretur.

XVI. Pyrrhus nihil magnæ rei sine consilio amicorum

[§] XIV. Appian. — Plut. — Tabul. Capitol. — Front. IV, 1. — Dionys. apud Fulv. — Cic. in Brut. 34. — § XV. Polyæn. Strateg. VI, 6. — Zonar. — Val. Max.V, 1. — Hist. miscel. P. Diacon. II, 16. — Dio ap. Fulv. — Dionys.

statuere consueverat : quo tum quaque convocato, Mio qui iam suadeliat, at captivis retuntis furtume sua ateretur, noque bellum nisi perdonicis lismanis amittaret. Longe diversa Cinere aratio fuit, qui, commemorata senatus papalique romani constantis, quam sepe extremis temporalus suis invictum astendisset, subjecit : « Auorum fortanis hostium aut mores » oderiums, aut contemporiums arma. Cum hac gente, » rex., amicitiam tibi potius quam bellum habendum esse « censeo; neque redai medo captivos, sed etiam donari ex » usu tuo fuerit : neque differendum arbitror, quim legatos » cum muneribus Romam muttas, qui conditionibus aquis » pacem conficiant.

XVII. . Hoc enim illud tempus esse arbitror, quo rem tibi · necessariam, si quid judico, ctiam cum dignitate facere « possis. Nunc enim rebus adhuc prosperis de pace agens, et facilius, que volueris, impetraveris, et aula alia caus, « quam animi solita magnitudine, pacem obtulisse videberis · iis, quos integrum fuisset armis ad servitutem cogere. Et « absit quidem omen ; tamque res , sicut cuperunt ire , peregant. Sed tamen homines sumus; et si fortuna verterit, « neque tam facile porro negotium crit pacis, neque pari « cum decore tractabitur. » In hanc sententiam locutis quoque cateris, et ipse rex assensus, vocari legatos romanes jubet. Qui ubi venerunt, hunc in modum egisse fertur: « Res « equidem indigna est, quam facitis, Romani! Quum enim « amicitize mecum incundre rationem nullam habeatis , bello « captos repetitis; ubi reddidero, iisdem illis adversus me « usuri. Ouod si igitur revocatis ad meliora et utrisque pro-· futura mentibus, feedus atque societatem mecum institui-« tis, vestros et cives universos, et socios, ques cepi, sine « pretio recipite : sin vero vobis hostiles animi manent, « neque ego pro sano me facturum arbitror, si odia vestra « tot fortium virorum manibus instruam. Neque vero tanta · mihi rei nummarize difficultas est, ut pecuniis Romanorum « indigeam; quos decebat potius, si amici essemus, libera« litate mea locupletari. » Simul non spernendi pretii munera legatis dari jussit, plura se et meliora alias daturum professus.

XVIII. Hæc in commune legatis omnibus præsentibus dicta actaque. Cæterum cum solo deinde C. Fabricio longior et accuratior sermo fuit : neque referre piget, quod apud idoneos auctores reperi. Quum itaque remotis arbitris colloquerentur, inter cætera regem ita dixisse postea vulgatum est: «Ego vero, quum cæteros Romanos omnes amicos «habere expeto, tum præsertim te, C. Fabrici, quem inter « cæteros civili militarique virtute præstantissimum esse ju-« dico: unum deesse tibi indignor, quod re familiari angu-« stiore utens, debitum magnis viris splendorem tueri mi-« nime potes. Sed hanc fortunæ injuriam ego diutius tibi « molestam esse non patiar, daboque auri argentique facti « et infecti eam copiam, qua ditissimorum quorumque cen-« sus facile vincas. Hoc enim inprimis loco fortunæque meæ « convenire persuasum habeo, eximiorum hominum, qui « potius gloriæ quam pecuniæ accumulandæ studuerunt, gra-« vem inopiam consolari : id quidem ego valde pulchrum « opus esse reor; neque magnificentiæ regiæ vel monumen-« tum illustrius usquam poni, vel augustius diisque gratius « donarium suspendi posse. Quare non tam dedisse benefi-« cium putabo, quam accepisse, si meis te copiis adjuvari « siveris.

XIX. « Neque tamen id a te petiturus eram, si mihi glo« riosa largitio tantum, tibi vero parum decora fuisset: nunc
« autem, quia non ad proditionem, aut indignum moribus
« tuis facinus ullum emeris, quid est, cur hospitale munu« sculum, amicissimo animo oblatum, infesto et pertinaci
« velis aspernari? Ego enim aliud a te desidero nihil, nisi
« quod a viro optimo patriæque amantissimo fieri possit,
» immo debeat; ut senatum a præfracta illa pervicacia ad
« æquitatem et consilia mitiora transducas, quod res est do« cendo, neque bellum sine maximo vestro et damno et pe-

[§] XVIII. Dionys. ap. Urs.

« riculo geri; neque a me, qui Tarentinis auxilium pollicitus, « primo etiam przelio victor discessi, integra fide atque digni-« tate deseri posse. Neque vero me delectat vobiscum dimi-« care, quos amicitia mea quam odio digniores arbitror: et " multis interea negotiis obortis, quæ præsentiam meam de-« siderent, in regnum meum reverti mallem. In hoc fidem, « quam postulabis, daho: quo et tu de animo meo securus « esse possis, et cœterorum dubitationes tollere, si qui forte « negabunt regibus tuto credi posse propter unius aut alterius « yesaniam, qui nullo intellectu honesti, pactis atque fœde-« ribus, donec utilia viderentur, stantes, simul atque levitatis « pretium apparuit, fidem quam occasionem negligere ma-« luerunt. Pace vero confecta, nihil aut mihi jucundius, aut « utilius utrisque fieri possit, quam si mecum in Epirum na-« viges, primo inter meos loco, et in hello legatus futurus, « omnisque fortunæ meæ particeps. Nam et ego possessionem « nullam pretiosiorem esse puto, quam fortis et fidelis amici: « et animo tuo regiæ fortunæ apparatus, regiorumque nego-« tiorum majestas congruit. Hæc ergo si in commune contu-« lerimus, quæ maxima per homines censentur bona, vicis-« sim alter alterum adjuvantes, nullo negotio adipiscemur.

XX. Hic ubi finem dicendi rex fecisset, post modicum intervallum Fabricius infit: « De virtute quidem, si quid « ejus in me belli domive animadverti potuit, mihi super- « vacaneum est quidquam attingere; quando jam aliis de ea « credidisti: neque itidem de paupertate necessum est ex- « ponere, quod exigui agelli tuguriolique dominus, non « fœnore, neque mancipiorum operis, sed laboribus hujus « corporis alor: nam et ista referentibus aliis, existimo te « accurate didicisse. Si vero me deteriore ob paupertatem « conditione, quam Romanorum quemlibet, esse suspica- « ris, certe, sive ultro, sive alienam secutus opinionem ita « conjecisti, mirifice falsus es. Mihi enim contemptis opibus « virtutem et officium sectanti nullus unquam miseriæ sen- « sus fuit; neque fortunæ meæ, vel in privatis negotiis, vel

[§] XIX. Plutarch. in Pyrrh. - Appian. ap. Fulv. Urs. - Dionys.

« in publicis ingemui: qua enim tandem causa convicium « ei facerem? nisi forte crimini dabo, quod in ista pauper-« tate mea, his omnibus, quæ cuilibet animo magno excel-« soque sola desideranda videntur, non modo cum divitibus, « sed etiam præ illis, in patria perfruor.

XXI. « Honoribus enim, qui apud nos amplissimi sunt, « fungor : bella gravissima rego : splendidissimis adhibeor « legationibus : religionum sanctissimarum curam gero : vo-« cor in senatum : de summa republica rogor sententiam : « laudant me multi imitanturque hilariter: neque minoris « fio, quam quilibet in civitate nostra potentissimus : vi-« deorque specimen et exemplum ad virtutem gloriamque « capessendam esse cæteris; nihil in hæc omnia sumptus de « meo faciens, sicuti neque aliorum quisquam. Nam alibi « quidem, ubi plerumque privatim opes magnæ, publice « vix mediocres sunt, magistratus ex re familiari dignitatem « splendoremque loci sui sustinent : nostra civitas longe « diversis institutis utitur; neque fortunis privatorum ulla « parte gravis est. Omnis iste apparatus, quo nostri cives, a quotquot ad rerum magnarum administrationem deligun-« tur, magnifice instructi sunt, præbetur publice: quæ res « exæquat omnes, neque pauperrimo alicui quidquam patitur « ad tuendum publicum, aut suum decus deesse, neque di-« tissimo superesse. Quando igitur pauperrimus omnium, « tamen locupletissimo cuique nulla in re bona cedo; quid « est, quod de fortuna queri debeam? an postulandum erat, « ut me regibus parem faceret, quibus ingentes auri cumu-« los licet recondere?

XXII. « Sed hæc quidem ad publicam vitam: in privata « vero tantum abest, ut mea mihi inopia sit oneri, aut in- « commodo, ut contra, quoties me cum divitibus istis com- « pono, mea sors incomparabiliter videatur beatior: et ego « me inter illos plane paucos numerem, quibus, quanta esse « in vita potest, felicitas contigerit: eoque nomine et mihi « plurimum gratulor, et gratias ago paupertati meæ. Quum

[§] XXI. Ammian. Marcell. lib. XXIV, 9. — Dionys. — Zonaras.

276 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

enim supervacua persequi mihi ineptum et otiosum esse
videatur; necessaria vero agellus recte colenti dispensantique suppeditet; nescio quem in usum de majoribus divitiis debeam esse sollicitus: nam omnem mihi cibum fames suavissimum efficit; omnem potum sitis: somnum facilem et tranquillum labore paro: vestis, si frigus arceat,
mihi se probavit satis: in supellectili, ut quodque ad usum,
cui destinatur, maxime commodum atque parabile est, ita
placet impensius: quare sic quoque sim injurius, si accusem fortunam, quod mihi non majores facultates subministraverit illa, quam natura mea desideret: quæ mihi neque cupiditatem ejus, quod nimium esset, ingenuit; neque
profecto dexteritatem parandi.

XXIII. « Quare cum ista paupertate mea, et aliis opulen-« tissimis hominibus, et te quoque ipso me copiosiorem esse « judico : nam ego tantum habeo, ut plus non desiderem ; « tu, nisi Epirum, et cætera quæ tenes possidens, inopem « te esse crederes, in Italiam trajecisses? sed pulchram fa-« cultatem, beneficia hominibus dandi, præstat opulentia! « ego per inopiam subvenire queo nemini! Hoc vero non « magis me angit, quam quod aliis quoque rebus non supra « modum instructus sum; quod neque scientiam præcellen-« tem mihi deus, neque vaticinandi artem tribuit, quibus « prodesse indigentibus possem; neque alia itidem permulta. « Eorum vero, quæ in me sunt, si et civitati et amicis co-« piam facio, et unde quemquam juvare ullo pacto possum, « id commune omnibus esse patior; hoc quoque crimine « hactenus me vacare posse existimo. Neque vero tibi qui-« dem hæc parva, aut contemptibilia vocare licet, qui præ te « feras illa videri maxima, adeoque ingenti pecuniæ modo « emere paratus es.

XXIV. « Quod si vero ad sublevandas necessitates egen-« tium omnino facultates magnæ optandæ essent, atque hoc « nomine pecuniarum possessio partem aliquam felicitatis « faceret, uti vobis quidem regibus videtur : utra mihi via « parandarum opum erat melior, ut a te nunc acciperem « cum dedecore; an vero ut olim pararem, quum possem « honestissimis rationibus? Nam mihi sane ditescendi op-« portunitates præclaras respublica bene gesta præbuit: quum « alias sæpe; tum vero maxime ante hoc quadriennium, « quando in Samnites, Lucanos, Bruttiosque consul cum « exercitu missus, amplissimas regiones populabundus per-« cucurri : præliis multis victor urbes opulentas vi cepi di-« ruique : unde donatis largiter militibus, redditoque pri-« vatis, quod reipublicæ in usus belli mutuum dederant, « res tamen superesset quadringentorum talentorum, quæ « in ærarium publicum intuli. Postquam igitur justas et de-« coras ex manubiis opes, quæ in promptu erant, aspernatus « sum; et exemplo Valerii Publicolæ multorumque aliorum, « qui rem romanam hunc in statum produxerunt, gloriam « pecuniis anteposui; nunc a te munere capiam, contempta « pulcherrima ditescendi occasione, pudoris atque periculi a plenam amplexus? et illam quidem opulentiam honestos a justosque ad usus expendere liberrime et cum voluptate « quadam potuissem : nunc vero ne hujus quidem boni ulla « futura esset copia.

XXV. « Creditæ enim verius quam donatæ pecuniæ cen« sendæ sunt, quæ alieno beneficio obvenerunt, animoque
« ingenuo et erecto graves incumbunt, donec restitui
« queant: ut jam per hospitii, vel amicitiæ, vel benevolen« tiæ speciem datæ acceptæque fuerint. Jam vero, quid fu« turum censes, si vulgata fama (neque enim celari poterit)
« magistratus, qui morum apud nos præfecturam amplis« sima cum potestate exercent, quos censores appellamus,
« pro jure suo, quo in civium vitas inquirere, et a patriis
« institutis discedentes mulctare consueverunt, me publice
« citatum causam captorum munerum dicere jusserint? »
Addunt plerique, a Pyrrho, virum virtutis tantæ quantivis
bene emi certo, acrius continentiam ejus constantiamque
tentatam esse; post alia magnifica promissa, etiam parte

278

regni oblata: neque motum esse Romanum, nisi hactenus, ut se consilii regii rationem expedire negaret. «Si enim ma« lum me virum judicas, inquit, cur ambis? sin vero bo« num, cur corrumpis? » Adjecisse deinde dicitur, etiam ipsi Pyrrho negotium hoc neque jucundum futurum, neque conducibile, si processisset: suam enim libertatem et amicis regiis, et ipsi regii gravem futuram: justitiam autem et abstinentiam si Epirotæ experti forent, relieto rege ad ipsum transituros.

XXVI. Quæ omnia, et quod deinceps adjecturus sum, variis ab auctoribus tradita, conquiri exponique non inconveniens nec inutile judicavi; quo virorum, quibus fulta res romana per durissimos casus ad imperii glorizque incomparabilem magnitudinem pervenit, animi sensusque noscerentur: claroque sub exemplo facilius deprehenderetur, quibus moribus studere oporteat admirationi futuros homines, majoremque et meliorem transdituros posteris rempublicam, quam a majoribus ipsi accepissent. Igitur his ita dictis auditisque regem in præsentia quidem quievisse aocepimus: postridie vero vocari ad se Fabricium jussisse: parato ante ad perterrendum eum elephanto, qui a tergo colloquentium post aulæum adstans, magistri imperio repente diducto aulæo, super Fabricii caput demisit manum, horrendumque stridorem et barritum edidit. Sed vir ingens animi, quum sensim se convertisset, arridens, « Neque heri « me aurum tuum pellexit, inquit, neque hodie perterre-« fecit bellua, »

XXVII. Deinde quum admotus cœnæ de græcis sapientibus disserentem audiret Cineam, quibus Epicuri secta placeret, eos voluptatem in arce bonorum; reipublicæ curam inter præcipua felicitatis impedimenta ponere: similemque vitam agere deos arbitrari; nulla rerum humanarum cura, nullo, neque in improbos iræ, neque in bonos favoris affectu, soli otio voluptatique deditos; exclamaviase Fabricium fe-

[§] XXV. Eutr. l. II. — Flor. I, 18, 25. — Auct. de Vir. ill. c. 35. — Zonar. — Appian. apud Fulv. Urs. — § XXVI. Plut. in Pyrth. c. 43 sq.

runt: « Dii faxint, isthæc sapientia Pyrrho Samnitibusque « cordi sit, donec bellum cum populo romano gerent! » Hi temporum istorum mores fuerunt: hæc magnorum virorum certamina, non opibus et luxuria, sed virtute, consilio, patientia, patriæ caritate excellere. Nec enim subiti impetus, aut ad præsentem usum meditatæ simulationis istæ voces fuerunt; sed perpetuo tenore vitæ verborum suorum fidem admirabiles potius nostris temporibus, quam imitabiles viri affirmarunt.

XXVIII. Idem ille Fabricius, quum ejus tota supellex argentea salino uno constaret, et patella, quæ tamen ipsa corneo pediculo sustineretur; Samnitium legatis pecuniam et supellectilem splendidam dono afferentibus, planas manus ad aures, hinc ad oculos, nares, os, gulam, deinde ad imum usque ventrem deducens, « donec his, inquit, im-« peritare potero, nihil deerit: vos autem pecuniam ad eos, « qui hac indigent, reportate. « Denique vitam universam sic exegit, ut in hereditate ejus non esset, unde filiarum dos expediretur: gloriosa paupertate, quum ex ærario publico erogata pecunia Senatum puderet indotatas pati virgines, quas patrem non puduerat ita relinquere. Sed et cæteri Senatus principes eadem ferme virtute tolerantiaque tum agebant. Ex quibus Q. Fabium Maximum, qui toties in summis imperiis fuerat, qui censura gesta noluerat iterum censor fieri, negans, ex usu reipublicæ videri, ut iidem sæpius censores crearentur; simili et paupertatis et amoris publici testimonio populus romanus affecit: mortuo enim tantum congessit æris, ut inde fikus Q. Gurges et viscerationem et epulum publice daret.

XXIX. Curius ab eadem altitudine animi Sabinorum munera, quemadmodum Fabricius Samnitica, sprevit. Æmilius Papus in plerisque magistratibus collega Fabricii, Tib. item Coruncanius, aliique præclari viri, ex similitudine morum

[§] XXVII. Cic. in Catil. c. 12. — Plutarch. — Valer. Maxim. IV, 3, 6. — § XXVIII. Val. Maxim. IV, 3 et 10. — Hygin. apud Agell. I, 14. — Auct. de Vir. illustr.

centos quadraginta sex equites, captos in universum mille octingentos duodecim; in his equites duos et octingentos: amissa signa militaria duo et viginti.

IX. Quo magis miror, auctores qui hæc tam accurate exsequuti sunt, negare numerum ex regio exercitu desideratorum annotatum esse, quum Dionysius scribat, Lævinum amisisse paulo minus millia quindecim; tredecim interiisse ex victoribus; Hieronymus autem Cardianus, æqualis istorum temporum scriptor, de romano exercitu non plus septem millibus cecidisse tradat; de regio, intra quatuor millia. Sed hoc inter omnes constat, flore ducum militumque suorum victoriam eam Pyrrho constitisse: exceptæque dicuntur voces, non minus victum se eo prælio, quam victorem discessisse, ferentis: etiam quum Tarentino Jovi spolia donaque figeret, fassus hoc fertur, inscripto ejus sententiæ titulo, querentibusque sociis respondisse; « Næ ego, si ite-« rum sic vicero, sine milite revertar in Epirum! » Ipsum quoque regem hoc præho grave vulnus accepisse auctorem habeo; sed quoniam alii tale nihil tradiderunt, casusque diversarum pugnarum misceri nonnunquam video, non ausim uni, in silentio plurium et accuratiorum, credere.

X. Magna profecto pertinacia certatum esse hoc etiam argumento fuerit, quod postridie ejus pugnæ, quum cæsorum corpora Pyrrhus inspiceret, quæ ad humanitatis et clementiæ famam humari jusserat; Romanos omnes in hostem versos honestis vulneribus oppetiisse cernens, exclamavit: «O quam proclive mihi erat orbis imperio potiri « romanos habenti milites! » Neque cunctatus est eorum, quos in potestate habebat, animos appellatione blanda magnisque promissis adoriri, ut apud se stipendia facerent: et abnuere perseverantes nihilo sequius humaniter clementerque habuit; et vinculorum, et omnis, quæ fortunam captivorum comitari solet, contumeliæ expertes. At Romanos prælio tam male acceptos alia mox clades terruit, ut

[§] VIII. Front. II, 6. — Eutrop. lib. II. — Gotefr. Viterb. — Oros. IV, 1. — § IX. Plutarch. — Oros. IV, 1. — Just. XVIII, 1, 7.

longe impar detrimento, ita majoris aliquanto formidinis et religionis: nam ad manifestam deorum iram referebatur, quod pabulatores forte dimissos subito coorta tempestas ita perculerat, ut inter horribilem cæli fragorem cadentibus fulminibus quatuor et triginta interirent, afflati et semimortui relinquerentur duo et viginti, jumentis etiam eodem turbine exstinctis, aut debilitatis compluribus.

XI. Pyrrhus interea quum vacua et deserta Romanorum castra cepisset, victoria non segniter usus, promovit copias, vastandisque proximorum quorumque agris, ab amicitia Romanorum permultos populos avertit. Supervenere deinde socii Lucani Samnitesque: quibus leviter castigatis, quod pugnaturo non affuissent, partem tamen spoliorum dedit; eo ipso magnopere lætus et exsultans, quod præter suas copias tarentinis tantum auxiliis adjutus, Romanorum ingentem numerum fudisset. Intento in victoriæ fructum Pyrrho, alia ex parte Lævinus curando saucios, colligendo dispersos, manum rursus haud contemnendam effecerat: et Senatus, quanquam multi culpam acceptæ cladis imputabant consuli, Fabriciusque dixerat, non sibi Romanos ab Epirotis, sed Lævinum a Pyrrho victum videri, supplementum ei mittendum censuit.

XII. Quum voce præconis edictum esset, qui in occisorum locum patrue navare operam vellent, uti nomina darent, certatim dantibus, celeriter duarum legionum numerus expletus est. His copiis auctus consul, Pyrrhi vestigia sequendo, quibus poterat exercitum ejus incommodis vexabat: et quum occupandæ Capuæ consilia regem agitare comperisset, festinanter exercitu ducto, prævenit eum, cunctisque ad defensionem paratis, ab invadenda urbe deterruit. Pyrrhus Neapolim flexo itinere, atque ibi quoque spe sua frustratus, protinus ad ipsam Romam magnis itineribus latina via contendit. Jam ab Anagnia et Hernicorum agro, Fregellis

[§] X. Liv. Epit. XIII. — Eutr. — Front. I, 18, 17. — Zonar. — Dio apud Vales. — Oros. — Plutarch. — § XI. Just. XVIII, 1. — Zonar. — Appian. apud Fulv. Urs.

270 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

obiter expugnatis, Præneste pervenerat, intra vicesimum ab Urbe lapidem; sed urbani magistratus simul atque de clade auditum fuerat, novis delectibus ex senatusconsulto juniores armaverant; aliudque non invalidum auxilium populi romani fortuna tempore necessario providerat. Consul enim alter Tib. Coruncanius meliore fortuna cum Etruscis congressus, universam gentem novis fæderibus obstrinxerat, et ad tutelam patriæ revocante senatu, nullo alio hoste distractus cum exercitu victore accurrebat.

XIII. Pyrrhus quum Etruscos ad arma retrahere frustra tentavisset, præter urbem suis præsidiis tutam, duos consulares exercitus, alterum a fronte, alterum a tergo imminere cogitans, in Campaniam regressus est. Ubi Lævinum majoribus sibi copiis, quam ante cladem habuisset, occurrere videns, cum hydra lernæa sibi negotium esse dixit, cujus præcisa capita paulo post, numero etiam aucto, renascerentur. Quia tamen priori victoriæ confidebat, eduxit copias, et tanquam pugnaturus instruxit: quoque suorum simul alacritatem experiretur, simul perterrefaceret hostem, clamorem tollere milites, ac elephantos ad barritum ciendum incitari jussit. Redditus est a Romanis longe major atque terribilior clamor: unde de animis utrorumque conjectans, abstinendum sibi prælio in præsentia judicavit; et victimarum exta parum læta causatus, exercitum in castra, et inde, magna cum præda et captivorum agmine, Tarentum reduxit.

XIV. Romani, qui durissimo tempore de constantia sua nihil remiserant, sed de totius belli eventu semper amplas spes et orationes magnificas habuerant, præmia virtutis tum maxime celebranda rati, L. Æmilio Barbulæ ob res in consulatu gestas decreverunt triumphum: isque de Tarentinis, Samnitibus, et Sallentinis, qui inter auxilia Tarentinorum fuerant, a. d. VI Idus Quintileis triumphavit. Sed P. Valerio consuli negotium datum, ut setinum in agrum abductis exercitus victi reliquiis, castra muniret, hiemenque sub pellibus

[§] XII. Zonar. — Appian. apud Fulv. Urs. — Flor. I, 18. — Plutarch. — § XIII. — Eutrop. — Flor. I, 18, 18. — Zonar.

agere cogeret. Per eadem tempora quum de captivis in senatu agitatum esset, redimine eos placeret? ista sententia tenuit: credo præcipue movisse animos equitum casum, quos fortiter sustentata pugna donec elephanti aberant, horum superventu consternati equi sine ulla sessorum culpa cædendos vinciendosque hostibus præbuerant. Missi sunt hujus negotii causa præcipuæ dignationis legati, P. Cornelius Dolabella, Senonum deleta gente nobilis, C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui biennio ante collegæ in consulatu fuerant.

XV. Pyrrho a natura magnorum animorum indivisa comes inerat humanitas; sed hanc ambitione auxerat, errore pervulgato ministras imperii virtutes esse putans, cui uni intemperantissime deditus, huc rationes suas omnes referebat. Et quanquam audacia bellique artibus nemini suà ætate ducum postponendus esset, omnia tamen prius experiri solebat, quam armis rem permitteret: animosque hostium, ut quisque opportunus erat, metu, cupiditate, voluptate, misericordia, denique conditionum æquitate ac utilitate moliebatur. Igitur nuntiato Roma legatos venire, tot consulares ad majorem certe aliquam rem mitti suspicatus, pacis componendæ mentionem illaturos esse sperabat. Quo igitur et tutior, et honoratior accessus eorum foret, ad ipsos usque fines agri Tarentini Lyconem natione Molossum cum præsidio misit obviam: ipse vero cum ornato equitatu venientibus extra portam occurrit; deductosque perquam honorifice ac hospitaliter, rebus omnibus laute atque liberaliter habuit. Illi quæ ad moderationem animi pertinent præfati, quanta sortis inconstantia, quam subitæ bellorum vices essent, neque præsciri futura posse; mandata edunt; se ad recipiendos captivos suos venisse, sive certo in capita pretio redimi, sive cum Tarentinis aliisve permutari pateretur.

XVI. Pyrrhus nihil magnæ rei sine consilio amicorum

[§] XIV. Appian. — Plut. — Tabul. Capitol. — Front. IV, r. — Dionys. apud Fulv. — Cic. in Brut. 34. — § XV. Polyæn. Strateg.VI, 6. — Zonar. — Val. Max.V, r. — Hist. miscel. P. Diacon. II, 16. — Dio ap. Fulv. — Dionys.

JO. FREINSHEMЫ SUPPLEM.

272

statuere consueverat: quo tum quoque convocato, Milo quidam suadebat, ut captivis retentis fortuna sua uteretur, neque bellum nisi perdomitis Romanis omitteret. Longe diversa Cineæ oratio fuit, qui, commemorata senatus populique romani constantia, quam sæpe extremis temporibus suis invictam ostendisset, subjecit: « Aliorum fortassis hostium aut mores « oderimus, aut contempserimus arma. Cum hac gente, o « rex, amicitiam tibi potius quam bellum habendum esse « censeo; neque reddi modo captivos, sed etiam donari ex « usu tuo fuerit: neque differendum arbitror, quin legatos « cum muneribus Romam mittas, qui conditionibus æquis « pacem conficiant.

XVII. « Hoc enim illud tempus esse arbitror, quo rem tibi « necessariam, si quid judico, etiam cum dignitate facere « possis. Nunc enim rebus adhuc prosperis de pace agens, et « facilius, quæ volueris, impetraveris, et nulla alia causa, « quam animi solita magnitudine, pacem obtulisse videberis « iis, quos integrum fuisset armis ad servitutem cogere. Et « absit quidem omen; tuæque res, sicut cœperunt ire, peragant. Sed tamen homines sumus; et si fortuna verterit, neque tam facile porto negotium erit pacis, neque pari « cum decore tractabitur. » In hanc sententiam locutis quoque cæteris, et ipse rex assensus, vocari legatos romanos jubet. Qui ubi venerunt, hunc in modum egisse fertur: « Res « equidem indigna est, quam facitis, Romani! Quum enim « amicitiæ mecum ineundæ rationem nullam habeatis, bello « captos repetitis; ubi reddidero, iisdem illis adversus me « usuri. Quod si igitur revocatis ad meliora et utrisque pro-« futura mentibus, fœdus atque societatem mecum institui-« tis, vestros et cives universos, et socios, quos cepi, sine « pretio recipite : sin vero vobis hostiles animi manent, « neque ego pro sano me facturum arbitror, si odia vestra « tot fortium virorum manibus instruam. Neque vero tanta « mihi rei nummariæ difficultas est, ut pecuniis Romanorum « indigeam; quos decebat potius, si amici essemus, libera« litate mea locupletari. » Simul non spernendi pretii munera legatis dari jussit, plura se et meliora alias daturum professus.

XVIII. Hæc in commune legatis omnibus præsentibus dicta actaque. Cæterum cum solo deinde C. Fabricio longior et accuratior sermo fuit : neque referre piget, quod apud idoneos auctores reperi. Quum itaque remotis arbitris colloquerentur, inter cætera regem ita dixisse postea vulgatum est: «Ego vero, quum cæteros Romanos omnes amicos «habere expeto, tum præsertim te, C. Fabrici, quem inter « cæteros civili militarique virtute præstantissimum esse ju-« dico: unum deesse tibi indignor, quod re familiari angu-« stiore utens, debitum magnis viris splendorem tueri mi-« nime potes. Sed hanc fortunæ injuriam ego diutius tibi « molestam esse non patiar, daboque auri argentique facti « et infecti eam copiam, qua ditissimorum quorumque cen-« sus facile vincas. Hoc enim inprimis loco fortunæque meæ « convenire persuasum habeo, eximiorum hominum, qui « potius gloriæ quam pecuniæ accumulandæ studuerunt, gra-« vem inopiam consolari: id quidem ego valde pulchrum « opus esse reor; neque magnificentiæ regiæ vel monumen-« tum illustrius usquam poni, vel augustius diisque gratius a donarium suspendi posse. Quare non tam dedisse benefi-« cium putabo, quam accepisse, si meis te copiis adjuvari « siveris.

XIX. « Neque tamen id a te petiturus eram, si mihi glo« riosa largitio tantum, tibi vero parum decora fuisset: nunc
« autem, quia non ad proditionem, aut indignum moribus
« tuis facinus ullum emeris, quid est, cur hospitale munu« sculum, amicissimo animo oblatum, infesto et pertinaci
« velis aspernari? Ego enim aliud a te desidero nihil, nisi
« quod a viro optimo patriæque amantissimo fieri possit,
« immo debeat; ut senatum a præfracta illa pervicacia ad
« æquitatem et consilia mitiora transducas, quod res est do« cendo, neque bellum sine maximo vestro et damno et pe-

274 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

« riculo geri; neque a me, qui Tarentinis auxilium pollicitus, « primo etiam prælio victor discessi, integra fide atque digni-« tate deseri posse. Neque vero me delectat vobiscum dimi-« care, quos amicitia mea quam odio digniores arbitror; et « multis interea negotiis obortis, quæ præsentiam meam de-« siderent, in regnum meum reverti mallem. In hoc fidem, « quam postulabis, daho: quo et tu de animo meo securus « esse possis, et cæterorum dubitationes tollere, si qui forte « negabunt regibus tuto credi posse propter unius aut alterins « vesaniam, qui nullo intellectu honesti, paetis atque fœde-« ribus, donec utilia viderentur, stantes, simul atque levitatis « pretium apparuit, fidem quam occasionem negligere ma-« luerunt. Pace vero confecta, nihil aut mihi jucundius, aut « utilius utrisque fieri possit, quam si mecum in Epirum na-« viges, primo inter meos loco, et in bello legatus futurus, « omnisque fortunæ meæ particeps. Nam et ego possessionem « nullam pretiosiorem esse puto, quam fortis et fidelis amici: « et animo tuo regiæ fortunæ apparatus, regiorumque nego-« tiorum majestas congruit. Hæc ergo si in commune contu-« lerimus, quæ maxima per homines censentur bona, vicis-« sim alter alterum adjuvantes, nullo negotio adipiscemur.

XX. Hic ubi finem dicendi rex fecisset, post modicum intervallum Fabricius infit: « De virtute quidem, si quid « ejus in me belli domive animadverti potuit, mihi super- « vacaneum est quidquam attingere; quando jam aliis de ea « credidisti: neque itidem de paupertate necessum est ex- « ponere, quod exigui agelli tuguriolique dominus, non « fœnore, neque mancipiorum operis, sed laboribus hujus « corporis alor: nam et ista referentibus aliis, existimo te « accurate didicisse. Si vero me deteriore ob paupertatem « conditione, quam Romanorum quemlibet, esse suspica- « ris, certe, sive ultro, sive alienam secutus opinionem ita « conjecisti, mirifice falsus es. Mihi enim contemptis opibus « virtutem et officium sectanti nullus unquam miseriæ sen- « sus fuit; neque fortunæ meæ, vel in privatis negotiis, vel

[§] XIX. Plutarch. in Pyrrh. - Appian. ap. Fulv. Urs. - Dionys.

« in publicis ingemui: qua enim tandem causa convicium « ei facerem? nisi forte crimini dabo, quod in ista pauper- « tate mea, his omnibus, quæ cuilibet animo magno excel- « soque sola desideranda videntur, non modo cum divitibus, « sed etiam præ illis, in patria perfruor.

XXI. « Honoribus enim, qui apud nos amplissimi sunt, « fungor : bella gravissima rego : splendidissimis adhibeor « legationibus : religionum sanctissimarum curam gero : vo-« cor in senatum : de summa republica rogor sententiam : « laudant me multi imitanturque hilariter : neque minoris « sio, quam quilibet in civitate nostra potentissimus : vi-« deorque specimen et exemplum ad virtutem gloriamque « capessendam esse cæteris; nihil in hæc omnia sumptus de « meo faciens, sicuti neque aliorum quisquam. Nam alibi « quidem, ubi plerumque privatim opes magnæ, publice « vix mediocres sunt, magistratus ex re familiari dignitatem * splendoremque loci sui sustinent : nostra civitas longe « diversis institutis utitur; neque fortunis privatorum ulla « parte gravis est. Omnis iste apparatus, quo nostri cives, a quotquot ad rerum magnarum administrationem deligun-« tur, magnifice instructi sunt, præbetur publice: quæ res « exæquat omnes, neque pauperrimo alicui quidquam patitur « ad tuendum publicum, aut suum decus deesse, neque di-« tissimo superesse. Quando igitur pauperrimus omnium, « tamen locupletissimo cuique nulla in re bona cedo; quid « est, quod de fortuna queri debeam? an postulandum erat, « ut me regibus parem faceret, quibus ingentes auri cumu-« los licet recondere?

XXII. « Sed hæc quidem ad publicam vitam: in privata « vero tantum abest, ut mea mihi inopia sit oneri, aut in- « commodo, ut contra, quoties me cum divitibus istis com- « pono, mea sors incomparabiliter videatur beatior: et ego « me inter illos plane paucos numerem, quibus, quanta esse « in vita potest, felicitas contigerit: eoque nomine et mihi « plurimum gratulor, et gratias ago paupertati meæ. Quum

[§] XXI. Ammian. Marcell. lib. XXIV, 9. — Dionys. — Zonaras.

وابت

enim supervacua persequi mihi incetum et otissum esse videatur; necessaria vero agellus recte colenti dispensantique supperistet; nescio quem in usum de majoribus divitis debeam esse solicitus; num omnem mihi cibum fames suavissimum efficit; omnem putum sitis; somnum faeilem et tranquillum labore paro; vestis, si frigus arceat, mihi se probavit satis; in supellectili, ut quodque ad usum, emi destinatur, maxime commodum atque parabile est, ita placet impensius; quare sic quoque sim injurius, si accusem fortunam, quod mihi non majores facultates subministraverit illa, quam natura mea desideret; que mihi neque cupiditatem ejus, quod minium esset, ingenuit; neque profecto dexteritatem parandi.

XXIII. • Quare cum ista pampertate mea, et aliis opulentissimis hominibus, et te quoque ipso me copiosiorem esse « judico : nam ego tantum habeo, ut plus non desiderem; etu, nisi Epirum, et cætera quæ tenes possidens, inopem ete esse crederes, in Italiam trajecisses? sed pulchram fa-« cultatem, beneficia hominibus dandi, præstat opulentia! « ego per inopiam subvenire queo nemini! Hoc vero non « magis me angit, quam quod aliis quoque rebus non supra · modum instructus sum; quod neque scientiam præcellen-« tem mihi deus, neque vaticinandi artem tribuit, quibus · prodesse indigentibus possem; neque alia itidem permulta. « Eorum vero, quæ in me sunt, si et civitati et amicis co-« piam facio, et unde quemquam juvare ullo pacto possum, « id commune omnibus esse patior; hoc quoque crimine « hactenus me vacare posse existimo. Neque vero tibi qui-« dem hæc parva, aut contemptibilia vocare licet, qui præ te · feras illa videri maxima, adeoque ingenti pecunize modo · emere paratus es.

XXIV. « Quod si vero ad sublevandas necessitates egentium omnino facultates magnæ optandæ essent, atque hoc « nomine pecuniarum possessio partem aliquam felicitatis » faceret, uti vobis quidem regibus videtur: utra mihi via « parandarum opum erat melior, ut a te nunc acciperem « cum dedecore; an vero ut olim pararem, quum possem « honestissimis rationibus? Nam mihi sane ditescendi op-« portunitates præclaras respublica bene gesta præbuit: quum « alias sæpe; tum vero maxime ante hoc quadriennium, « quando in Samnites, Lucanos, Bruttiosque consul cum « exercitu missus, amplissimas regiones populabundus per-« cucurri : præliis multis victor urbes opulentas vi cepi di-« ruique : unde donatis largiter militibus, redditoque pri-« vatis, quod reipublicæ in usus belli mutuum dederant, « res tamen superesset quadringentorum talentorum, quæ « in ærarium publicum intuli. Postquam igitur justas et de-« coras ex manubiis opes, quæ in promptu erant, aspernatus « sum; et exemplo Valerii Publicolæ multorumque aliorum, « qui rem romanam hunc in statum produxerunt, gloriam « pecuniis anteposui; nunc a te munere capiam, contempta « pulcherrima ditescendi occasione, pudoris atque periculi plenam amplexus? et illam quidem opulentiam honestos « justosque ad usus expendere liberrime et cum voluptate « quadam potuissem : nunc vero ne hujus quidem boni ulla « futura esset copia.

XXV. « Creditæ enim verius quam donatæ pecuniæ cen« sendæ sunt, quæ alieno beneficio obvenerunt, animoque
« ingenuo et erecto graves incumbunt, donec restitui
« queant: ut jam per hospitii, vel amicitiæ, vel benevolen« tiæ speciem datæ acceptæque fuerint. Jam vero, quid fu« turum censes, si vulgata fama (neque enim celari poterit)
« magistratus, qui morum apud nos præfecturam amplis« sima cum potestate exercent, quos censores appellamus,
« pro jure suo, quo in civium vitas inquirere, et a patriis
« institutis discedentes mulctare consueverunt, me publice
« citatum causam captorum munerum dicere jusserint? »
Addunt plerique, a Pyrrho, virum virtutis tantæ quantivis
bene emi certo, acrius continentiam ejus constantiamque
tentatam esse; post alia magnifica promissa, etiam parte

regni oblata: neque motum esse Romanum, nisi hactenus, ut se consilii regii rationem expedire negaret. «Si enim ma-« hum me virum judicas, inquit, cur ambis? sin vero bo-« num, eur corrumpis? » Adjecisse deinde dicitur, etian ipsi Pyrrho negotium hoc neque jucundum futurum, neque conducibile, si processisset : suam enim libertatem et amicis regiis, et ipsi regi gravem futuram : justitiam autem et abstinentiam si Epirotæ experti forent, relicto rege ad ipsum transituros.

XXVI. Quæ omnia, et quod deinceps adjecturus sum, variis ab auctoribus tradita, conquiri exponique non inconveniens nec inutile judicavi; quo virorum, quibus fulta res romana per durissimos casus ad imperii glorizque incomparabilem magnitudinem pervenit, animi sensusque noscerentur: claroque sub exemplo facilius deprehenderetur, quibus moribus studere oporteat admirationi futuros homines, majoremque et meliorem transdituros posteris rempublicam, quam a majoribus ipsi accepissent. Igitur his ita dictis auditisque regem in præsentia quidem quievisse accepimus : postridie vero vocari ad se Fabricium jussisse : parato ante ad perterrendum eum elephanto, qui a tergo colloquentium post aulzum adstans, magistri imperio repente diducto auleo, super Fabricii caput demisit manum, horrendumque stridorem et barritum edidit. Sed vir ingens animi, quum sensim se convertisset, arridens, « Neque heri-« me aurum tuum pellexit, inquit, neque hodie perterre-« fecit bellua.»

XXVII. Deinde quum admotus cœnæ de græcis sapientibus disserentem audiret Cineam, quibus Epicuri secta placeret, eos voluptatem in arce bonorum; reipublicæ curam inter præcipua felicitatis impedimenta ponere: similemque vitam agere deos arbitrari; nulla rerum humanarum cura, nullo, neque in improbos ira, neque in bonos favoris affectu, soli otio voluptatique deditos; exclamavisse Fabricium fe-

[§] XXV. Eutr. l. II. - Flor. I, 18, 25. - Auct. de Vir. ill. c. 35. - Zonar. - Appian. apud Fulv. Urs. - § XXVI. Plut. in Pyrrh. c. 43 sq.

runt: « Dii faxint, isthæc sapientia Pyrrho Samnitibusque « cordi sit, donec bellum cum populo romano gerent! » Hi temporum istorum mores fuerunt: hæc magnorum virorum certamina, non opibus et luxuria, sed virtute, consilio, patientia, patriæ caritate excellere. Nec enim subiti impetus, aut ad præsentem usum meditatæ simulationis istæ voces fuerunt; sed perpetuo tenore vitæ verborum suorum fidem admirabiles potius nostris temporibus, quam imitabiles viri affirmarunt.

XXVIII. Idem ille Fabricius, quum ejus tota supellex argentea salino uno constaret, et patella, quæ tamen ipsa corneo pediculo sustineretur; Samnitium legatis pecuniam et supellectilem splendidam dono afferentibus, planas manus ad aures, hinc ad oculos, nares, os, gulam, deinde ad imum usque ventrem deducens, « donec his, inquit, im-« peritare potero, nihil deerit: vos autem pecuniam ad eos, « qui hac indigent, reportate. « Denique vitam universam sic exegit, ut in hereditate ejus non esset, unde filiarum dos expediretur: gloriosa paupertate, quum ex ærario publico erogata pecunia Senatum puderet indotatas pati virgines, quas patrem non puduerat ita relinquere. Sed et cæteri Senatus principes eadem ferme virtute tolerantiaque tum agebant. Ex quibus Q. Fabium Maximum, qui toties in summis imperiis fuerat, qui censura gesta noluerat iterum censor fieri, negans, ex usu reipublicæ videri, ut iidem sæpius censores crearentur; simili et paupertatis et amoris publici testimonio populus romanus affecit: mortuo enim tantum congessit æris, ut inde filius Q. Gurges et viscerationem et epulum publice daret.

XXIX. Curius ab eadem altitudine animi Sabinorum munera, quemadmodum Fabricius Samnitica, sprevit. Æmilius Papus in plerisque magistratibus collega Fabricii, Tib. item Coruncanius, aliique præclari viri, ex similitudine morum

[§] XXVII. Cic. in Catil. c. 12. — Plutarch. — Valer. Maxim. IV, 3, 6. — § XXVIII. Val. Maxim. IV, 3 et 10. — Hygin. apud Agell. I, 14. — Auct. de Vir. illustr.

JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

280

amicissime inter se conjunctissimeque vixerunt: ut vere mihi temporum illorum speciem amplexus animo videatur poeta, qui moribus virisque antiquis rem romanam stetisse prædicavit. His igitur animadversis expensisque rebus, majore componendi cum hac gente belli desiderio Pyrrhus inflammatus, ducentos ex captivis protinus sine pretio restituit: cæteris, si qui ad instantia Saturnalia Romam ad visendos suos proficisci cuperent, ejus rei potestatem fecit; unius Fabricii secutus fidem, qui reversuros exactis ferüs, nisi pax interea convenisset, spoponderat. Eaque tum et gravitas Senatus, et singulorum fides fuit, ut ad diem a Patribus præstitutam universi Pyrrho se restituerent; postquam obfirmatos suorum animos impellere nequidquam tetendissent.

XXX. Rex enim callidus, hunc temporum articulum sibi tenendum arbitratus, dum aspectu carissimorum pignorum mollitos, et cupidine isthæc retinendi incensos animos, ad belli odia deponenda promptiores haberet; legationem mittere Romam statuit, ut iis conditionibus, quas Fabricio præsenti exposuerat, pacis et amicitiæ fædera conjungerentur. Petebat autem, ut iisdem foederibus Tarentini comprehenderentur: cæteri Græcorum Italiam incolentium, liberi, et suis legibus, agerent: Samnitibus, Apulis, Lucanis, Bruttiis, quæ erepta a Romano forent, redderentur: Romani captivos a Pyrrho sine pretio reciperent. Erat apud Pyrrhum ea tempestate Cineas, cujus supra quoque facta est mentio; vir quum civilium rerum apprime gnarus, tum animo propositoque honestus: et qui naturæ proclivem indolem eruditione usuque ad efficacem facundiam exercuisset. Hunc eas ob artes carissimum rex habebat : crebroque prædicabat, plurium se urbium imperium per eloquentiam Cineæ, quam armis suis adeptum esse.

XXXI. Romam iste quum legatus venisset, callido consilio

[§] XXIX. Cic. Leg. — Enn. ap. Cic. de Rep. l.V. — Aug. de Civit. Dei, II, 21. — Just. XVIII, 1. — Plutarch. in Pyrrh. c. 44. — Appian. ap. Urs. — § XXX. Flor. I, 18, 14. — Just. XVIII, 2. — Appian. — Plutarch. in Pyrrh. c. 27.

moras nectens, priusquam senatum adiret, munera passim per illustrium domos Pyrrhi nomine misit. Introductus deinde in curiam, quum regis virtutem et propensum in Romanos animum multis extollens, de conditionum, quas afferret, æquitate disseruisset, magna pars senatus mota est, ut admittendas esse dubitaret. Quippe super cætera, si socios suos oppugnare desinerent, tanta auxilia pollicebatur, ut iis haud difficulter imperium cæteræ Italiæ possent acquirere. Sed quoniam ob magnitudinem rei, sollicitis patribus, multos in dies extracta deliberatio, pacis futuræ suspicionem rumoremque fecerat; Appius Claudius, ob senectam et cæcitatem abstinere curia olim solitus, confestim in senatum se deferri lectica jussit; ubi conspectum protinus exceperunt filii generique, honorisque et officii causa circumfusi deduxerunt ad locum dignitati ejus congruentem.

XXXII. Ibi, quum ipsius rei novitate, tum reverentia viri silentibus omnibus, exspectantibusque cujus rei causa post longi temporis desuetudineni senatum ingressus esset; ab incommodo valetudinis exorsus, sibi quidem hactenus molestam fuisse cæcitatem dixit, nunc autem non modo illa delectari, ne quæ fierent, videret, sed etiam ægre ferre, quod aures nondum obsurduissent, ne tam fæda et romano nomine indigna audire cogeretur. « Quo enim vobis mentes illæ cesse-« runt? quo reciderunt spiritus? Certe præ vobis ferre sole-« batis, quum Alexandri Macedonis gloriam, ut invicti regis, « celebrari audiretis, non tam virtuti ejus, quam felicitati, « famam istam imputandam esse : nam si romana in hella « fortuna ipsum impulisset, alium longe eventum futurum « fuisse, aliamque de eo apud homines opinionem. At nunc « quantum ab ista vestra magnanimitate defeceritis, respicite. « Macedonibus superiores vos futuros confidebatis : at nunc « Molossos et Chaonas perpetuam Macedonum prædam me-« tuitis.

XXXIII. « Alexandrum contemnebatis : nunc expavescitis

[§] XXXI. Zonaras. — Plut. c. 39. — Cic. Phil. I, 5. — § XXXII. Appian. ap. Urs. — Enn. — Plutarch.

amicissime inter se conjunctissimeque vixerunt: ut vere mihi temporum illorum speciem amplexus animo videatur poeta, qui moribus virisque antiquis rem romanam stetisse prædicavit. His igitur animadversis expensisque rebus, majore componendi cum hac gente belli desiderio Pyrrhus inflammatus, ducentos ex captivis protinus sine pretio restituit: cæteris, si qui ad instantia Saturnalia Romam ad visendos suos proficisci cuperent, ejus rei potestatem fecit; unius Fabricii secutus fidem, qui reversuros exactis feriis, nisi pax interea convenisset, spoponderat. Eaque tum et gravitas Senatus, et singulorum fides fuit, ut ad diem a Patribus præstitutam universi Pyrrho se restituerent; postquam obfirmatos suorum animos impellere nequidquam tetendissent.

XXX. Rex enim callidus, hunc temporum articulum sibi tenendum arbitratus, dum aspectu carissimorum pignorum mollitos, et cupidine isthæc retinendi incensos animos, ad belli odia deponenda promptiores haberet; legationem mittere Romam statuit, ut iis conditionibus, quas Fabricio præsenti exposuerat, pacis et amicitiæ fædera conjungerentur. Petebat autem, ut iisdem fæderibus Tarentini comprehenderentur: cæteri Græcorum Italiam incolentium, liberi, et suis legibus, agerent: Samnitibus, Apulis, Lucanis, Bruttiis, quæ erepta a Romano forent, redderentur: Romani captivos a Pyrrho sine pretio reciperent. Erat apud Pyrrhum ea tempestate Cineas, cujus supra quoque facta est mentio; vir quum civilium rerum apprime gnarus, tum animo propositoque honestus: et qui naturæ proclivem indolem eruditione usuque ad efficacem facundiam exercuisset. Hunc eas ob artes carissimum rex habebat : crebroque prædicabat, plurium se urbium imperium per eloquentiam Cineæ, quam armis suis adeptum esse.

XXXI. Romam iste quum legatus venisset, callido consilio

[§] XXIX. Cic. Leg. — Enn. ap. Cic. de Rep. l. V. — Aug. de Civit. Dei, II, 21. — Just. XVIII, 1. — Plutarch. in Pyrrh. c. 44. — Appian. ap. Urs. — § XXX. Flor. I, 18, 14. — Just. XVIII, 2. — Appian. — Plutarch. in Pyrrh. c. 27.

moras nectens, priusquam senatum adiret, munera passim per illustrium domos Pyrrhi nomine misit. Introductus deinde in curiam, quum regis virtutem et propensum in Romanos animum multis extollens, de conditionum, quas afferret, æquitate disseruisset, magna pars senatus mota est, ut admittendas esse dubitaret. Quippe super cætera, si socios suos oppugnare desinerent, tanta auxilia pollicebatur, ut iis haud difficulter imperium cæteræ Italiæ possent acquirere. Sed quoniam ob magnitudinem rei, sollicitis patribus, multos in dies extracta deliberatio, pacis futuræ suspicionem rumoremque fecerat; Appius Claudius, ob senectam et cæcitatem abstinere curia olim solitus, confestim in senatum se deferri lectica jussit; ubi conspectum protinus exceperunt filii generique, honorisque et officii causa circumfusi deduzerunt ad locum dignitati ejus congruentem.

XXXII. Ibi, quum ipsius rei novitate, tum reverentia virisilentibus omnibus, exspectantibusque cujus rei causa post longi temporis desuetudinem senatum ingressus esset; ab incommodo valetudinis exorsus, sibi quidem hactenus molestam fuisse cæcitatem dixit, nunc autem non modo illa delectari, ne quæ fierent, videret, sed etiam ægre ferre, quod aures nondum obsurduissent, ne tam fæda et romano nomine indigna audire cogeretur. « Quo enim vobis mentes illæ cesse-« runt? quo reciderunt spiritus? Certe præ vobis ferre sole-« batis, quum Alexandri Macedonis gloriam, ut invicti regis, « celebrari audiretis, non tam virtuti ejus, quam felicitati, a famam istam imputandam esse: nam si romana in bella « fortuna ipsum impulisset, alium longe eventum futurum « fuisse, aliamque de eo apud homines opinionem. At nunc « quantum ab ista vestra magnanimitate defeceritis, respicite. « Macedonibus superiores vos futuros confidebatis: at nunc « Molossos et Chaonas perpetuam Macedonum prædam me-« tuitis.

XXXIII. « Alexandrum contemnebatis : nunc expavescitis

[§] XXXI. Zonaras. — Plut. c. 39. — Cic. Phil. I, 5. — § XXXII. Appian. ap. Urs. — Enn. — Plutarch.

282 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

« Pyrrhum, ne ipsius quidem Alexandri, sed satellitis ejus « satellitem; qui fugiens potius veteres hostes, quam quæ-« rens novos, in Italiam trajecit: quibus copiis ne minimam « quidem Macedoniæ partem retinere potuit; iisdem, si diis « placet, imperium Romanis quoque paraturus. Hunc igitur « nisi grandi infortunio mactatum ejicimus, certum habea-« mus, alios quoslibet merito nostri contemptu, tanquam ad paratam prædam, ita in Italiam cupide venturos esse. « Quid enim aliud de nobis quam de hominibus ignavissimis « judicari poterit, si Pyrrhus in amicitiam receptus, etiam « præmium referat illatæ nobis ignominiæ, quod ejus opera « factum sit, ut Tarentinis atque Samnitibus ludibrium Ro-« mani debeamus. » Hic fere sensus fuit orationis, que ab ipso statim Appio est edita: qua omnium adeo sunt inflammati animi, ut severissimæ sententiæ auctorem secuti, consensu decernerent, bellum prosequendum esse; Cineamque eodem die Urbe excedere, Pyrrhoque renuntiare, juberent: neque recipi eum in Urbem (nam et hoc petitum fuerat) neque priusquam Italiam omisisset, de amicitia et societate agi posse.

XXXIV. Paris deinde tristitize decretum ex ejusdem Appii sententia de captivis factum est, eos neque adversus Pyrrhum duci, neque adeo conjunctim usquam haberi senatui placere; sed alios alia in præsidia mitti, mutata ignominiæ ergo militia: ut qui equo meruissent, peditum stipendia facerent: qui pedites legionarii fuissent, ad levem armaturam transcriberentur: priores ordines recuperaret nemo, nisi bina hostium spolia retulisset. Aiunt, legatis cum responso tam atroci reversis, miraculo romanæ constantiæ attonitum regem, qualis Urbs ipsa, qualisque senatus visus esset, interrogasse: responsumque tulisse a Cinea, Urbem templum sibi visam, senatum vero regum consessum esse. Poet hæc demum gesta Fabricium ad regem legatum venisse quidam putant: sed, præter aliorum auctorum testimonia, rerum ipsarum recte

[§] XXXIII. Cic. Cat. 6, et Brut. c. 16. — Zonaras. — Liv. Epit. XIII. — L. 2, § 36, de Off. Jud.

animadversarum serie erroris haud difficile convincuntur. Pace desperata, conversi ad bellum animi, ac intenta cura facti utrinque apparatus hiemem satis negotiosam habuerunt.

XXXV. Hæc fuisse tempora puto, quibus ferunt Pyrrhum quo naufragiorum casus vitarentur, faciliusque Itali ac Epirotæ ad auxilia mutua commeare possent, ab Hydrunte, qua longissime in pelagus procurrit Italia, ad Apolloniam ex adverso situm oppidum pontes jacere cogitavisse, spatio quinquaginta millium: tanto enim intervallo circum eos locos Græciæ Italiæque litora dirimuntur. Idem postea molitus esse M. Terentius Varro dicitur, quum piratico bello Cn. Magni legatus Siculum Ioniumque mare classibus observaret. Inter hæc Ti, Coruncanius consul, de Vulsiniensibus et Vulcientibus Etruscorum populis, a. d. Kal. Februarias triumphavit. Insignis eo anno censura fuit, tum primum a plebeiæ stirpis censore lustro condito. Censa referuntur civium capita ducenta septuaginta octo millia, ducenta viginti duo. Principem senatus per ea tempora Q. Fabium Maximum legi consuevisse constat : hujus filium cognomento Gurgitem censorem tum fuisse conjectura colligitur: Cn. Domitii certum nomen et quia lustrum is condidit, jure plebis amplificato nobilitatum est.

XXXVI. Vere primo Pyrrhus contractis sociorum copiis in Apuliam movit: multaque ibi oppida partim pugnando, partim conditionibus cepit. Adversus quem novi consules P. Sulpicius Saverrio, P. Decius Mus, cum duobus consularibus exercitibus profecti, castra castris opposuerunt prope Asculum Apuliæ urbem, cognominem ei, quæ est in Picentibus. Non erat dubium, quin collatis signis depugnandum foret: cæterum ne per dies aliquammultos hoc fieret, præter torrentem profundum, qui diversos exercitus interfluebat, etiam mutuo metu cunctabantur. Romanos prioris fortuna prælii, et victor Pyrrhus terrebat: Epirotis formida-

[§] XXXIV. Eutrop. l. II. — L. I, § 5 de postul. — Zonar. — Val. Maxim. II, 7, 15. — Front. IV, I. — Plut. — Just. XVIII, 2. — Flor. I, 18, 20. — Appian. — § XXXV. Zonaras. — Plin. — Appian. in Mithrid. — Tab. Cap. — Epit. Liv. XIII. — Plin. — Panvin. in Fastis.

bilis erat Romanorum pervicacia, et alterius consulis fatale hostilibus legionibus nomen. P. enim Decium, patris avique exemplo sua morte victoriam suorum redempturum esse fama vulgaverat: præliorumque, quibus illi ceciderant, eventus, terribiles omnibus Decianæ devotionis minas effecerat.

XXXVII. Eam rem Pyrrhus haudquaquam negligendam ratus, convocatis militibus accurate docuit, arbitria præliorum penes Tellurem deam, aut inferos, qui carmine illo sollicitarentur, esse non posse: neque tam iniquos credi debere deos, ut in unius hominis vesani gratiam fata exercituum mutent donentve : non præstigiis et superstitionibus, sed pugnando victorias parari: vel ipsis romanis testibus, qui non sacrificulorum et vatum agmen, sed armatas militum acies hostibus consueverint opponere. Quia tamen ignari rerum plerumque superstitionum inanium ludibriis, quam veris timendi causis, acrius percellantur; hunc quoque metum præverti posse ostendit exposito ornatu, quo priores Decii se devovissent: monitisque militibus, si quis similibus insignibus noscendus occurrisset, ab eo abstinerent tela, vivumque comprehenderent. Sed ipsi quoque Decio nuntiandum curavit, desineret ineptire inter armatos: neque enim consilium istud successurum esse: et si vivus venisset in manus, forte graviora passurum, quam voluisset.

XXXVIII. Responsum a consulibus est, se armis satis confidere, neque opus habere tantæ desperationis auxilio. Id quo magis scire posset, optionem se dare, ipse transire flumen (quod inter exercitus medium fuisse diximus), an in sua ripa Romanos exspectare mallet: nam aut reductis copiis transitum regi tutum relicturos esse; aut, eo recedente, transmissuros: quo integro robore congressi, nulla alia in re, quam suis viribus animisque, spem victoriæ reposuisse demonstrent. Puduit Pyrrhum timoris, aut dubitationis signum ullum edere: quare posteriore accepta conditione, transeundi fluminis potestatem hostibus fecit. Levior jam sua sponte

belluarum terror erat, ipsa consuetudine videndi: manusque earum facillime amputari posse, pugnæ prioris experimento constabat; qua C. Minucius quartæ legionis primus hastatus uno gladii ictu proboscidem elephanti præciderat. Sed tum alia quoque præsidia excogitaverant tutioris audaciæ. Equi ferreis obducti laminis currum trahebant, et ipsum contis ferro præfixis horrentem: in curru erant collocati milites, qui belluas irruentes missilibus, aut igne jacto averterent.

XXXIX. Cum hoc apparatu transgressis flumen legionibus, Pyrrhus ex diverso exercitum instruxit, pro usu, quem iis in rebus maximum, cum singulari quadam ingenii sagacitate, supra cæteros ejus ætatis imperatores excellentem habere credebatur. Animadverso igitur loci genio, qui propter asperitatem soli et enata passim virgulta non nisi pedestrem aciem pateretur, equitatum elephantosque locavit in subsidiis : dextrum cornu suis militibus et Samnitium auxiliaribus copiis firmavit; Bruttios, Lucanos, Sallentinos, esse jussit in sinistro: Tarentinos, quorum virtuti minus credebat, in mediam aciem recepit. Consulum acies legionarios habebat milites, auxiliis levis armaturæ aptissime intermixtis: parique ingenio et temperamento subsidiorum ordines distinxerant. Equitatus in cornua diffusus, neque impedimento futurus erat pedestri prælio, et si quis casus agendæ rei viam aperuisset, præsto erat. Inter exercitus non animis tantum, sed etiam numero pares (quadraginta utrinque millia fuisse constat) haud segnius, quam debuit, certatum est. Ancipiti adhuc victoria prælium nox diremit.

XL. Postera luce Pyrrhus, quum impeditiora loca præsidiis præcepisset, in campum paulo æquiorem Romanos descendere coegit. Ibi elephantorum aliquis usus fuit : alia parte aciei, qua currus adversum eos parati constiterant, subito inducti, equos hostium, sicuti priore prælio factum

[§] XXXVIII. Plin. VIII, 7. — Flor, I, 18. — Oros. IV, 1. — § XXXIX. Veget. de Re mil. III, 24. — Zonar. — Ammian. lib. XXIV. — Liv. XXXV, 14. — Plutarch. — Front. II, 3.

fuerat, perterritos averterunt in fugam: peditibus nihil magnopere nocuerunt. Valde diversa istius pugnæ fama est. Secundum Romanos eventum fuisse, quidam auctores sunt, etiam casu adjuvante victoriam: quum adversus Apulos impedimenta diripientes, missæ regis imperio cohortes, cæteris copiis fugientium speciem discessu suo præbuissent, eoque metu et errore facta apud regios fuga esset. Quin et cæsorum ingens numerus exprimitur: viginti millia de Pyrrhi exercitu; victorum ad millia quinque desiderata. Regem ipsum brachio pili jactu transmisso graviter vulneratum, quum fugientes retinere nequivisset, postremum fere omnium a satellitibus suis ex acie relatum: signa capta ex hoste tria et quinquaginta, romana vero undecim amissa esse. Fabricium quoque, legatum alterius consulis, vulnus accepisse.

XLI. Ex diverso, parem hujus atque superioris prælii fortunam fuisse, alii tradiderunt: et vicinia castrorum defensos romanos minus quidem sensisse detrimenti; sed tamen confusa fuga discessisse, sic quoque sex millibus amissis: de exercitu Pyrrhi tria millia quingentos et quinque cecidisse, idque in commentarios regios relatum esse, Hieronymus scribit. Atque hæc tanta non varietas modo, sed etiam pugna scriptorum me valde movet, ut iis potius credendum esse judicem, qui dubio eventu pugnatum esse tradiderunt. Solet enim, quoties pari fere damno discessum est, utraque pars sibi asserere victoriæ famam: quam deinceps aliorum negligentia, aliorum improbitas temere committit literis: pessimo facinore, magnaque cum infamia eorum, qui pro veris atque compertis, inani rumore vulgata, aut affectu serviliter corrupta, posteritati prodiderunt.

XLII. Quare propior vero videtur eorum annalium narratio, qui semel tantum ad Asculum pugnatum esse, referunt: et post acerrimam contentionem ac multas utrinque cædes, sole jam occaso, vulnus regis et direptorum impedimentorum casum, dirimendæ pugnæ locum, licet ægre, fecisse. Tum re-

[§] XL. Plutarch. — Zonar. — Front. — Eutr. — Flor. I, 18. — Oros. IV, 1. — Just. XVIII, 1. — § XLI. Liv. Epit. XIII. — Plutarch.

ceptui signum esse datum in utroque exercitu, quum jam utrinque millia circiter quindecim occubuissent. Atque hoc fuisse tempus, quo Pyrrhus cuidam quasi de victoria gratulanti responderit: «Si denuo sic vincendi sunt Romani, periimus.» Affirmant etiam hanc opinionem, quæ secuta sunt: nam et Pyrrhus Tarentum concessit: et consules hostem non insecuti, copias in hibernis per Apuliæ oppida distribuerunt, quum anni tempus, et ratio belli, potius victoriam tam illustrem prosequi, alterum facile passum fuisset, altera etiam omnino coegisset. Accedit, quod neque triumphatum ab his consulibus reperio, sed et P. Decium consulem eo prælio se devovisse, seque post patrem et avum pari genere mortis sublatos, e continenti genere tertiam victimam reipublicæ præbuisse, multi putant : quod historiis omnibus silentibus ne referendum quidem, nedum refellendum putavissem, nisi magnus auctor M. Tullius Cicero in philosophicis quidem libris, sed loco non uno, posuisset.

XLIII. Pugna ad Asculum, quocunque eventu certata, reliquum anni quietum a bellicis expeditionibus habuit: sed consultationibus et apparatuum cura tempus omne consumptum est. Pyrrhus quum veterum copiarum magnam partem, ducumque et amicorum plerosque perdidisset, in Epirum misit, cum mandatis, ut veniente vere milites et pecuniæ sibi mitterentur. Sed priusquam classis ea instrui posset, novæ spes exortæ consilium regis mutaverunt. Macedoniam olim Demetrio ademptam Pyrrhus tenuerat, deinde Lysimachi vi extortam amiserat; hanc iterum novæ occasioni aperuisse videbatur Ptolemæi Cerauni casus, qui a Gallis interfectus, dum bellum in Italia gerit Pyrrhus, uti turbatum regni statum, ita vacuam possessionem reliquerat. Ea ratio suasit, ne copiis militaribus Epirus nudaretur; simul ne pateret injuriis Gallorum, vicinam adhuc Macedoniam urentium. Neque tamen eo tum accessit, in Siciliam vocantibus aliis causis, ut postea trademus.

[§] XLII. Zonar. — Cic. Tusc. Quæst. I, 37, et de fin. II, 19. — § XLIII. Plutarchus.

XLIV. Hieme inter has curas circumacta, novi consules ad exercitum venerunt C. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, qui alium quoque consulatum una gesserant. Hoc audito, Pyrrhus etiam contra eduxit copias, et observare consilia hostium instituit. Quum ita castra utrique locis haud valde distantibus haberent, res evenit ad memoriam celebris, et a plerisque non ita magno dissensu tradita. Timochares quidam Ambraciensis, in amicitia regis honestum gradum obtinens, ad C. Fabricium consulem furtim accessit, regem, si præmium ejus rei dignum daretur, veneno tollere pollicitus. Id vero se per filios suos facile consecuturum autumabat, quod inter pocillatores regios illi haberentur. Fabricius, minime delectatus proditione, rem tamen perscripsit ad senatum. Senatus legatos ad Pyrrhum misit, Timocharis quidem, qui quomodocunque Romanis prodesse statuisset, insidias non indicaturos, sed monituros in universum, uti rex ageret circumspectius, videretque, quorum hominum, quamque fidelium, ministeriis uteretur. Hæc ita apud Valerium Antiatem leguntur.

XLV. At Claudius Quadrigarius pro Timochare Niciam beneficii istius promissorem prodit : neque legatos a senatu missos, sed a consulibus; literis quoque consulum recensitis, quibus detecto Niciæ consilio, negant, se dolis aut pecuniæ pugnaturos; sed virtute et armis : salvumque ab insidiis regem optare, aiunt, quem suæ victoriæ suorumque triumphorum splendidam sperarent materiam fore. Sunt, qui medicum regis Fabricium eo de negotio coram aut literis adiisse, consulisque indicio pœnas dedisse regi, tradiderint, suspendio necatum. Sed ut hæc dubitationem habere possent, certum est errare, qui medicum a Curio ad regem remissum esse scripserunt. Aiunt, Pyrrhum hoc tantæ virtutis experimento stupentem exclamasse: « Hic est « ille Fabricius, qui difficilius ab itinere justi et honesti, « quam a cursu suo sol averti possit! » statim certe, ne vinci beneficio videretur, captivos, quos habebat, omnes Romanis restituit; Cineamque denuo misit, ad pacem et amicitiam impetrandam.

XLVI. Minime decorum visum est, vel donum ab hoste accipere, vel ob lucrum potius, quam amore virtutis, a facinore abhorruisse videri: gratis igitur ne acciperentur captivi, totidem pro his alii Tarentinorum Samnitiumque missi sunt. Hanc publicam abstinentiam conspectiore mox fama privatorum est secuta gravitas, quum Pyrrhi munera (multa enim et pretiosa utrique sexui Cineas attulerat) non a viris modo omnibus, sed etiam a mulieribus repudiata sunt. Quo quidem tempore, quum aspernantibus, quibus primum oblata fuerant, ad alios aliosque deferrentur; nemo vir mulierve tam aut tenuis aut cupidus inveniri potuit, ut recipiendis regiis muneribus ostium domus suæ patere vellet. Legatis deinde prius responsum redditum : donec Italia Pyrrhus excessisset, hostem eum populo romano fore. Perplexum hisce regem, et neque bellum læto animo prosequentem, neque cupientem cum aliqua dignitatis jactura discedere, extricare visa est Siciliensis expeditio, quam post longam et ancipitem deliberationem, tandem statuit suscipere. Sic enim et romanum bellum honeste declinari posse sperabat, et imperium insulæ locupletissimæ occupari: simul vindictam de Carthaginiensibus, ut prior ab ipsis lacessitus, sumere cupiebat.

XLVII. Nam illi, suspecto regis consilio, paulo ante Magonem ducem cum centum viginti navium classe miserant, adversus externum hostem externis etiam auxiliis populum romanum adjuvandum esse dictitantes: et quanquam illorum opera Romani non sunt usi, senatu respondente, se consuevisse talia bella suscipere, quæ suo milite geri possent; fœdus tamen inter utrumque populum quarto renovatum est. Prioribus capitibus additum, ut sive romanus populus, sive pœnus, cum Pyrrho fœdus faceret, nominatim excipere-

[§] XLV. Ammian. 50, 5. — Tac. II, 88. — Plut. — Flor. I, 18. — Eutrop. — § XLVI. Front. IV, 4, 1. — Appian. — Liv. XXXIV, 4. — Just. — Val. Max. IV, 3, 14. — Zonar.

tur, ut his populis invicem auxiliari liceret, uter eorum bello peteretur; utque quoties utrivis eorum auxilio opus esset, naves a Carthaginiensibus præberentur; stipendia suis quisque daret; auxilia punica Romanos mari juvarent, exire navibus invita ne cogerentur.

XLVIII. Quo confecto, per speciem pacis conciliandæ Pyrrhum adierat Mago, speculaturus consilia regis, quem in Siciliam acciri Carthaginienses audierant; classemque Romanis obtulerant, non tam illorum caritate curaque, quam ut Pyrrhus italico bello implicatus, res Pænorum in insula magnis successibus efflorescentes non everteret. Tum quoque fretum, qua in Siciliam trajectus est, magno numero navium observabant, Rhegii quidem obsidendi studium præferentes, sed verius ut Pyrrho transmittere cupienti viam intercluderent. His igitur de causis ad siciliensia negotia adjecit animum; spes ipsi magnas faciente quum rerum ipsarum statu, tum etiam legationibus Siculorum, quæ aliæ super alias ex insula venientes, omnium votis expeti eum affirmabant, tanquam unicum levamen malorum, quibus miserrima terrarum nunquam acerbius conflictata esse videbatur.

XLIX. Nam post Agathoclis miserabilem magis quam indignum exitum, Mono quidam, Ægesta Siciliæ urbe oriundus, qui et venenum regi dederat, affectata tyrannide, a Syracusanis Hiceta prætore pulsus, ad Carthaginiensium opes se contulerat. Ita bellum gravius, et Syracusanis adversum fuit, per quod tamen privatim opes Hicetæ creverunt: qui postea versis in Agrigentinum Phintiam armis, inquietam diu insulam tenuit; donec Thoenionis cujusdam audacia, principatu, quem nonum jam annum obtinebat, pelleretur. Thoenioni dominationem retinere nitenti exortus est adversarius ex syracusana nobilitate Sosistratus, diuque certatum inter hos armis est; insulam, quæ syracusanæ urbis pars est (ipsi Nasum vocant) obtinente Thoenione, quum in cætera urbe Sosistratus tyrannidem ageret. Postremo quum

[§] XLVIII. Liv. Epit. XIII. — Polyb. III, 25. — § XLVIII. Just. — Diod. Eclog. ex lib. XXI et XXII.

utrinque nihil ex his discordiis præter communem interitum imminere cernerent, vocandum esse Pyrrhum consensu decreverunt; qui gener Agathoclis, filio ex Lanassa suscepto, successioni proximus, animoque et viribus ad constituendas res Siciliæ suffecturus habebatur.

L. His accedebant agrigentini leontinique principes, qui et ipsi suarum urbium, totiusque adeo insulæ imperium offerentes, una voce rogabant, ut quamprimum in Siciliam trajiceret, fessis rebus, et laboranti sub barbarorum armis libertati, præsentia sua succursurus. Carthaginienses enim, Syracusanorum agris vastatis, ipsam quoque urbem classe centum navium, et pedestri quinquaginta millium exercitu terra marique clauserant. Igitur Pyrrhus non ultra differendum ratus, Cineam, cujus ingenio fideque plurimum uti consueverat, præmittit, cum siculis civitatibus conditiones legesque fæderum et amicitiæ compositurum. Ipse socios, discessum ægre ferentes, consolatus, si a Romanis premerentur e vicina insula in tempore affuturum esse, novorum etiam sociorum accessione instructiorem, spopondit. Quum autem præsidium in urbe Tarentina relicturus esset, ægre passi Tanentini, ut sibi vel præstaret promissum auxilium iis conditionibus, quibus venisset, aut saltem urbem suam relinqueret liberam, postulaverunt. Neutra res impetrari potuit; nihil æqui respondente Pyrrho, sed jubente suum tempus exspectari.

LI. Has inter curas Epirotæ regis, consulibus bellum adversus cæteros hostes facilius fuit. Res itaque contra Etruscos, Lucanos, Bruttios, et Samnites prospere gestas hoc tempore lego. Cum Etruscis minus fuisse certaminum apparet, quod ex eo bello triumphatum non est: neque cum universa gente, sed cum una aut altera civitate, pugnatum esse puto, quæ a Samnitibus discessu Pyrrhi se nudari sentientibus, acrius sollicitatæ, posita nuper adversus Romanos arma resumpserint. Cæteris in populis, uti major aliquanto

[§] XLIX. Diod. — Liv. XXV, 24. — Appian. — § L. Plutarch. — Diod. — Appian.

292 JO. FREINS. SUPPL. IN LOC. LIB. XIII. belli moles; ita victoria illustrior fuit. C. Fabricius consul, profecto, ut conjectura est, in etruscum bellum collega, quod Epirotis cessantibus unus consularis exercitus sufficere videretur; Lucanos, Bruttios, Tarentinos, Samnitesque cecidit: civitates aliquot, in quibus et Heracleam, adstrinxit fœderibus: deque his populis omnibus ante diem Idus Decembres triumphavit.

LII. Comitiis deinde peractis, consules in annum sequentem designati sunt P. Cornelius Rufinus iterum, C. Junius Brutus iterum. Cum Rufino nobiles etiam alii petierant; sed hic ut fieret, effecit Fabricii favor qui tempora reipublicæ habens in consilio, patriæ salutem privatis inimicitiis anteponebat. Nam ex dissimilitudine morum simultas inter hos fuerat, quum Fabricius egregie firmus adversum pecuniam, una communis boni cura duceretur: Rufinus opum cupidior, multa privati quæstus studio consuleret ageretque. Verumtamen quum cætera industrius ut bonus imperator esset, competitoribus haudquaquam pari armorum peritia et usu præditis Fabricius præferendum esse judicaverat. Ferunt, quum ei gratias deinde Rufinus ageret, quod se homò inimicus consulem fecisset, bello præsertim magno et gravi, respondisse: non esse mirandum si compilari, quam venire, maluerit. Magna enim bellorum moles in Italia supererat; et Pyrrho in Sicilia (erat enim jam transgressus) omnia sibi prona reperiente, haud abs re metuebatur, ne paulo post auctis accessione nobilis insulæ viribus, ad bellum romanum gravior hostis reverteretur.

^{\$} LI. Liv. Bpit. XIII. — Eutrop. lib. II. — Cic. pro Balbo, c. 22. — Tab. Capitol. — \$ LII. Quintil. XII, r. — Dio apud Vales. — Cic. de Orat. II, 66. — Agell. IV, 8.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER QUARTUS

IN.LOCUM LIBRI DECIMI QUARTI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI QUARTI.

Pyrrhus in Siciliam trajecit. Quum inter alia prodigia fulmine dejectum esset in Capitolio Jovis signum, caput ejus per aruspices inventum est. Curius Dentatus, quum delectum haberet, ejus, qui citatus non responderat, bona primus vendidit. Pyrrhum iterum ex Sicilia in Italiam reversum vicit, et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is decem pondo argenti facti haberet. Lustro a censoribus condito, censa sunt capita civium ducenta septuaginta unum millia ducenta viginti quatuor. Cum Ptolemzeo Ægypti rege societas juncta est. Sextilia, virgo vestalis, damnata incesti, viva defossa est. Colonize deductæ sunt Posidonia et Cossa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab iis fædus violatum est. Res præterea contra Lucanos, Samnites, et Bruttios feliciter gestas, et Pyrrhi regis mortem continet.

I. Dum hæc in Italia geruntur, Pyrrhus, exercitu et elephantis in naves impositis, ex tarentino portu in Siciliam trajecit, postquam biennium et menses præterea quatuor in Italia fuisset. Deductus a Thænione, qui cum navibus occurrerat, maximaque Siculorum alacritate exceptus est,

296 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

in Samnio mansit. P. Cornelius in Lucanos et Bruttios convertit impetum. Ibi terrorem cladesque belli populationibus agrorum et villarum incendiis circumferenti, majoris aliquanto rei tentandæ occasio nata est. In extrema Italiæ ora, qua Orientem versus et Ionium mare Lacinii promontorii cornu protenditur, Croton est, veteri fama, et tum quoque non pænitendis opibus, inclyta. Mediam iis temporibus interfluebat Æsarus, juxta quem frequentia utrinque ædificia murus duodecim millia passuum in circuitu patens ambibat. Hanc aperta obsidione cingere non ausus consul, proditione occupaturum confidebat: quod a compluribus romanæ factionis hominibus spes ei facta erat, posse urbem præsidio externo destitutam, studiis et auxilio eorum, quibus Pyrrhi dominatio gravis esse cæpisset, recipi, si copias mature muris admovisset.

VI. Sed per eosdem forte dies, sive metu hostilis in vicinia exercitus, sive jam proditione, quæ plerumque tegi diu non potest, suspecta, Crotonienses præsidium a Milone acciverant: veneratque Nicomacho duce Lucanorum valida manus, quæ ignarum rei consulem, nulloque periculi metu confidentius ad mœnia suggressum, eruptione subito facta, non sine cæde vulneribusque multorum rejecit. Rufinus acceptum temeritatis detrimentum consilio correcturus, rumorem adversi certaminis ultro adauget; quoque majori percussus esse timore videatur, cœpto se desistere simulat, colligi sarcinas jubet, ut quamprimum discessurus. In urbem, ut castris tam propinquis necessum erat, cito hæc nunciantur: præter probabilem rei causam, juvatur eo quoque credulitas, quod verum hoc esse cupiebant: quum jam sponte hanc in partem inclinantibus animis, captivus quidam spe libertatis atque præmiorum inductus a consule supervenit, tanquam inter festinationem discedentium, occasione captata, custodiam effugisset.

. VII. Ille Cornelium Rufinum, quod ad Crotonis oppugna-

[§] V. Ovid. Metam. XV. — Liv. XXIV, 3. — Zonaras. — § VI. Front. Strat. III, 6.

tionem parum haberet roboris, Locros pergere narrat, accitum a quibusdam urbem illam prodere pollicitis. Adest paulo post et alter, qui de prioribus eadem; cæterum, jam iter ingressos esse Romanos asserit. Simul conspiciuntur eminus signa et agmen incedentium via quæ Locros ducit. Eo dolo captus Nicomachus, per compendia viarum celeriter cum suis accurrit Locros, ut eam quoque urbem defensurus. Quod ubi per occultos nuntios Rufinus cito comperit, converso itinere, Crotonem regressus, quanto consilio ac prius meliore, tanto etiam eventu feliciore usus est, diligentiamque ejus non modo securitas hostium, sed etiam fortunæ favor juvit: densa enim nebula opportune texit accedentem, priusque propemodum intra mœnia fuit victor exercitus, quam reversum Crotoniatæ didicissent. Atque hujus victoriæ per se satis magna lætitia, ut ferme neutram in partem fortuna tenet modum, aliis subinde rebus haud minus lætis cumulata est.

VIII. Nicomachus enim, intellecto se in errorem inemendabilem incidisse, dum incertus consilii Tarentum redit, exceptus a Rufino magnam suorum partem amisit, et cum reliquis vix in tutum elapsus est, quum unam urbem defendisse non contentus, duas perdidisset. Nam et Locri successu isto animati, præsidio Pyrrhi præfectoque, quorum injurias diutius perpeti nequibant, trucidatis, ad amicitiam Romanorum se contulerunt. Rebus ad hunc modum procedentibus, non ideo in tantum ceciderant animi Samnitium cæterorumque populorum, quin super insitam pervicaciam, spe quoque Pyrrhi regis, et nuntiatis ejus in Sicilia successibus, ad omnia, quæ sors ferebat, perpetienda sustentarentur.

IX. Pyrrhus enim (ut hujus etiam extra Italiam gesta, quod eorum temporibus locisque, ad hæc negotiis ipsis cum romanis rebus conjunctum est, exponantur) rebus apud Syracusanos Leontinosque constitutis, circa eadem tempora cum exercitu Agrigentum profectus, in ipso adhuc itinere occurrentibus nuntiis, ejectum ex urbe præsidium punicum

[§] VII. Zonar. — Frontin. — § VIII. Appian. apud Vales.

298 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

acceperat, et Agrigentinos ipsi se suaque omnia dedere paratos esse. Neque promissis abfuit fides. Venienti Sosistratus, qui et Syracusas tradiderat, et urbem, et egregiæ juventutis octo peditum millia, octingentos equites adjungit, copias Epiroticis, quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida præterea triginta, quibus imperabat Sosistratus, eodem auctore se regis arbitrio permiserunt. His ita gestis misit Syracusas, qui telorum omnis generis copiam, et machinas quarum in obsidionibus urbium usus esse posset, subveherent. Nam ad urbes punici juris oppugnandas animum adjecerat, parato jam exercitu triginta millium, præter equites mille quingentos, et, quos in Siciliam trajecerat, elephantos.

X. Prima ex his in potestatem venit Heraclea, ubi Carthaginiensium præsidium fuerat : exhinc Azonas cepit; statimque sequuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyæi et Ægestani, deficiendo a Carthaginiensium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum præbuerant. Erycinos autem, et auxiliorum numerosa manu, et munitionibus loci fidentes, summa vi expugnare statuit. Instructo igitur exercitu, armatus ipse, ad mœnia procedens, votum Herculi vovit, si dignum genere suo locoque bellatorem eo die se Græcis ostendisset. Postquam signum oppugnandi datum, crebroque missilium jactu propugnatores dimoti locum admovendis muro scalis fecerunt; primus omnium rex enisus, adversus concurrentes undique hostes insigne certamen edidit; alios umbone deturbans, alios cædens gladio, magnitudine vero animi roborisque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum hæc ei pugna, sed etiam omni ex parte felix fuit : sine ullo suo vulnere, magna gloria parta, etiam urbem ipsam eodem impetu cepit, animatis non minus exemplo regis cæteris quam sollicitis periculo, et utramque ob causam summa contentione pugnantibus. Sacrificavit deinde Herculi, voti reus; ludosque varii generis magnifico apparatu per complures dies edidit.

§ IX. Diod. Ecl. lib. XXII. - § X. Plut. in Pyrch. cap. 49, - Diod.

XI. Hoc quoque anno Romæ de Lucanis atque Brutiis ante diem nonas Januarias triumphatum esse reperio: sed C. Junio triumphum illum adscribi miror, quum in his populis res Rufinus gesserit, duasque nobiles civitates receperit, quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Civitate ob Pyrrhi progressus haudquaquam secura, novi quoque terrores ex prodigiis et morborum lue accesserunt. Fædi maxime ominis habitum est, quod Jovis Gapitolini signum fulmine tactum, caputque avulsum non nisi aruspicum arte curaque reperiri potuit. Graviore non jam metu, sed clade urbem affecit pestilentia, pecudes hominesque communi strage corripiens, sed præcipue gravidarum abortibus formidabilis; quum nulli propemodum jam aut partus humani, aut fœtus animalium ederentur incolumes, iraque deorum omne viventium genus interiturum esse crederetur.

XII. Ea vis mali maxime insignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum consulatum effecit, in quo collegam habuit C. Genucium Clepsinam. Neque tamen a bello samnitico lucanoque cessatum est; magnasque clades hostibus illatas duo certa sunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, triumphavit quirinalibus; quodque ii populi miserunt ad Pyrrhum literas et oratores, actum de se, nisi subveniretur, neque vim romanam ulterius sustineri posse, extremamque necessitatem deditione præveniendam esse, testaturos. La res, et quod senescentibus jam hominum studiis, aut ob injurias quasdam in contrarium versis, in Sicilia res ei duriores esse cœperant, permovit Pyrrhum, ut insula relicta copias in Italiam reportaret. Quod ejus consilium, et rerum inde sequutarum series, quo plenius nosceretur; paulo plura de rebus interim ab eo gestis referenda putavi.

XIII. Post occupatam igitur Erycem, præsidiumque loco impositum, ad Æginorum urbem profectus est, commodo

[§] XI. Plin. XVI, 6, et XXXIII, 11. — Liv. Epit. XIV. — Oros. IV, 3. Aug. de Civit. Dei, II, 17. — § XII. Zonar. — Justin. — Plutarch.

ad panormitanum portum situ, et munitionilus imignem. Ilu sponte oppidanorum receptus ad ipam Panorumm castra movit, cui ab argumento portus amplinimi pulcherrimique nomen est inditum. Hac quoque per vim occuputa, quum insuper locum, qui Epicirete vocatur, inter Panorumm et Erycem in monte ameno, sed arduis accessibus, situm orpisset, universa jam provincia Carthaginicusium poticlatur, excepto Lilyhao. Hanc antem urbem non ita pridem Paeni condiderant, ut Motyensibus ea sedes furet, quorum oppidum Dionysius tyrannus bello carthaginicusi diruccat. Quom igitur ex ouni, quod in Sicilia habuerant, imperio spes suas unum istum in locum conclusas viderent Puni, apparatus ad obsidioneur a Pyrrho fieri senticutes, majoribus eam viribus desendere decreverunt.

XIV. Introducto igitar non spernendo robore militum, commeatuque copioso, ad hæc magna vi machinarum ac telorum 'cujus rei facultas ipsis ampla erat, quod in potestate mare haberent) ad oppidnm undique permumendum magna cura se contulerunt. Praccipue, qua terra patebat aditus, crebre turres excitate sunt, lataque fossa facta: colerius opere procedente, quod majore sui parte structum in cautibus marinis oppidum, toto illo spatio manu facta munimenta nulla desiderabat. Missis interea legatis, quanquam ad bellum magnos apparatus fecerant, magnasque copias, quum aliunde, tum etiam ex Italia, mercede conduxerant; si pax æquis conditionibus impetrari posset, pecuniam et classem pollicebantur. Pecuniæ mentionem non admisit Pyrrhus, urbes quas occupaverat retinere cupiens; de Lilybeo tamen concessurus videbatur. Sed amici regis, civitatumque Sicularum principes, metu Carthaginiensium vacaturam esse insulam megantes, donec illi tantum valentes classibus Lilybæum, tanquam scalas quasdam ad exscensionem faciendam paratas tenerent; perpulerunt ut unam esse responderet amicitive conditionem, si universa Sicilia cedentes, utriusque imperii terminum esse mare paterentur.

[§] XIIL Polyb. I, 8. - Diod. Ecl. - § XIV. Zonac. - Plut. - Diod.

XV. Ita spe pacis discussa, protinus ad urbem signa movit; neque procul muris castra metatus, manipulis ita dispositis, ut defessi a recentibus per vices exciperentur, oppugnationem orsus est. Sed Lilybætani, quum et numero propugnatorum, et machinarum apparatu juvarentur, locum tenuerunt. Tantam enim catapultarum scorpionumque vim Carthaginienses invexerant, ut murorum ambitus capiendis omnibus minime sufficeret. Quum igitur cujusque generis missilium velut imber quidam in regios spargeretur, multique passim caderent aut sauciarentur, inceptum omiserunt. Machinas deinde et ipse fabricare instituit, præter eas, quæ Syracusis advehebantur: et effossis subter humum cuniculis, omnes obsidionum tentavit artes. Quum autem animose resistentibus Pœnis toto fere bimestri nequidquam se fatigasset, videretque, donec apertus a mari obsessis aditus exitusque foret, expugnari Lilybæum non posse: obsidione soluta aliam in partem convertit impetum.

XVI. Quippe adversus Mamertinos freti accolas Græcæ quædam civitates fidem regis implorabant, super alias graves et crebras injurias etiam tributum pendere coactæ. Pyrrhus igitur exercitu propere ducto, quum iis in locis quosdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia missos comprehendisset, necavissetque, prælio cum occurrentibus facto discessit superior; ac multa eorum præsidia expugnavit diruitque. Et hactenus quidem rebus præclarissime gestis, eximiam sibi potentiam gloriamque rex paraverat; præter alias virtutes etiam eximia humanitate amorem singulorum, studia civitatum, non adeptus magis, quam meritus. Sed felicitatem tantam, et quam existimare fundatissimam potuisses, momento fere dissipatam, præter levitatem ingeniorum, quæ istis populis nunquam defuit, et amicorum intemperiem, ipsius maxime regis culpa traditur : qui adversis egregius, secundis rebus, ut inter has ferme inferiores humanæ mentes sunt, in superbiam efferebatur.

[§] XV. Diod. — Polyb. I, 56. — Plutarch. — § XVI. — Fazel. Hist. Sicil. dec. I, lib. I. — Plutarch.

AVIL Quam aptur, ut ante dicimus, ai efficienda capta classem sità necessarium esse duceret, naves antem habenet multas, sed parem instructas a sociis navalibus; peniglius acerbe conquirentis value offendit civitates; repente mutatus, et ex priori ienitate ad superha imperia, minanque, et postremo surpucia, peaceps. Sed hare tamen, quio communia boni specie tegebantur, utcurque toleralmut; pustquam autem eos ipsos, quorum beredicio maxime Siciliam obtimierat, interium videre; non panlatum, neque mora interposita, sed subito aversis animis, musti popum ab ejus anicitia desciscentes, ut cuique opportur em erat, alli Punis, alli Mamertinis se applicaverunt. Adeo nimicum crudelitas, etiam quam sola est, semper gravis, penitus fit intulerabilis, postquam adversus bene meritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi detestationem adjunxit.

XVIII. Hanc autem in necessitatem vi cuncta tractandi se maxime videtur induxisse, dum pravis suorum capiditatibus consiliisque nizais obsequitur: his enim opes, amicis aut necessariis Agathoclis ademptas, dono dabat, mililo quam fuerant illi melioribus : magistratus urbium practipuos satellitibus aut centurionibus suis committehat, neque ex institutis sut moribus civitatum, neque in legitimum tempus, sed quomodo et quoud ipsi placuisset. Lites atque controversias publicorumque negotiorum administrationem omnem ad se traxerat, pleraque familiaribus committens, ques habebat avaritia luxuriaque detestabiles, qui cogendis per flagitium perdendisque pecuniis pariter intenti, dum libidini sua satisfacerent, jus injuriamque in promiscuo habehant. Irritatis ob huc animis, mussare primum homines, mos palam queri : cur igitur prioris status poenituisset, si nunc etiam toleranda eadem forent? frustra vocatum receptumque Pyrrhum, si studest cemulari mores, quos puniturus advenisset: neque acriorem ullius injuriæ sensum esse, quan cujus auctor haberetur idem ille, qui vindex esse debuisset.

XIX. Jamque multi haud obscure studium novarum re-

[§] XVIII. Dionys. apud Vales.

rum præ se ferebant; quum ille ad pessima consiliorum conversus, augere causas offensionum, quam tollere, maluit: quasi, quod per injustitiam peccatum fuerat, emendari sævitia posset. Interea Carthaginienses, animadverso regem propriis viribus haud sane validum, quotidie minore apud Siculos affectu haberi, erecti in spem recuperandæ provinciæ, novum exercitum miserant : passimque transfugientibus, qui Pyrrhi sævitiam metuebant, negotium Epirotis magnum exhibebant. Pyrrhus per causam punici belli, præsidiis in urbes introductis, splendidissimum quemque falso proditionis crimine oneratos necare instituit : his de medio sublatis, multitudinem facilius in officio mansuram esse ratus. Postremo Thænionem et Sosistratum corripit, totius insulæ longe principes, quorum præcipuis studiis imperio Siciliæ potitum fuisse ostendimus. Sed Thænio quidem interfectus est: Sosistratus ad hostes effugit, non minus auctoritatis opisque collaturus ad ejiciendum Sicilia regem, quam ad imponendum confirmandumque contulerat.

XX. Tum igitur certatim plerisque ad Carthaginienses deficientibus urbibus, nonnullis ad Mamertinos; res Epirotarum ex florentissimis angustæ malæque redigi cœperunt. In hoc statu rerum non ingrata regi sociorum italicorum legatio venit: quæ, cæteris omnibus amissis, vix paucas urbes hostem ægre a mænibus submovere, questa, honestum discedere cupienti prætextum præbuit, ut partibus laborantibus auxilio futurus, non ejectus a Carthaginiensibus, in Italiam reverti voluisse videretur. Abiturus, quum opes insulæ situmque, et hominum animos secreta cogitatione expenderet, dixisse fertur: « O amici, qualem Romanis « atque Carthaginiensibus palæstram relinquimus! » Haud vano præsagio: quod paulo post longa inter hos bella, tot utrinque submersæ classes, tot acies cæsæ, satis superque impleverunt. Cæterum hostium animis cum fortuna crescentibus, neque tutus ex Sicilia discessus Pyrrho, neque in Italiam appellenti tranquillum ad Tarentinos iter fuit.

[§] XIX. Plut. — Zon. — Dionys. — § XX. Just. — Plut. — App. — Paus.

XXI. In ipso freto trajicientem adorti Carthaginienses, quum Epirotæ nulla ferme maritimarum rerum experientia, hominibus exercitatissimis pares esse non possent, septuaginta naves depresserunt, cæteras reddiderunt inutiles. Ita cum duodecim navibus ex adverso prælio in Italiam effugit, qui navibus tectis amplius centum, et longe adhuc majori onerariarum actuariarumque numero cursum instituerat. Sed undique collecto quod militum ex adverso prælio litora tenere potuerat, statim ita robustam effecit manum, ut Rhegii subito impetu expugnandi spem conciperet. Sed rejectus a Campanis Rhegium tenentibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Quum enim per loca cæca et saltibus impedita duceret, coorti ex insidiis hostes turbaverunt novissimum agmen, multosque milites cum duobus elephantis peremerunt.

XXII. Erat neque genere bellatorum, neque numero spernenda manus. Decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini plerique: hi enim Rheginorum amicitia et cognatione confisi, intellecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe prædæ in opportunis ad subitam irruptionem locis consederant. In eo certamine quum pro solita audacia Pyrrhus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum quum ex acie paulisper secessisset, quidam hostium magnitudine corporis et armorum cultu conspicuus longe ante alios procurrens increpavit eum elata voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrhus ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit: occupatumque illata in caput plaga prosternit: Memoriæ proditum est, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuisse, ut infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrinque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Ejus spectaculi fœda novitate percussi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt.

[§] XXI. Appian. - Plut. - Zonar. - § XXII. Polyb. I, 8. - Plut.

XXIII. Pyrrhus hac molestia solutus, non ideo lætior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto prælio amissa erat, et opes ex Siciliæ spoliis partas prioris cum Pœno pugnæ casus interceperat; in magna rei nummariæ difficultate, quum, poscentibus stipendia militibus, non esset unde præberentur, dicatos Proserpinæ thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locrenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit : quam civitatem quum Pyrrhus animatis præsentia sua regiæ factionis hominibus recepisset, multa in Locrenses fœda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti præsidii postulasset ultio, cædibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod conferre homines vellent possentve, manus ad sacram pecuniam extendere cœpit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem ejus inflammantibus.

XXIV. Erant autem hi Evogoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Ii non suasores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere prædicantes; sed ministerium quoque suum sacrilegio præbuerunt : ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus asservatum fuerat, eruto. Lætus ille, religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse, dictitans, impositam navibus prædam Tarentum avehi jussit : ipse terra est profectus. Cæterum facinus ei suum non turpius cœpto, quam infelicius eventu fuit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim in fretum expulit. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque undis irrumpentibus, cum ipsis hominibus interierunt : pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conqui-

[§] XXIII. Liv. XXIX, 18. — Appian. — § XXIV. Dio et Dionys. ap. Vales. — Suidas in ἄθυσσος. — Appian. — Diod. — Liv. VII, 3.

situm referri ad pristinas sedes jussit, pacem numinis, ut putabat, hoc facto impetraturus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fatis usus est, omnes ejus conatus, etiam quibus consilium et virtus non abfuisset, eludente fortuna: quam ille rem et postea constanter ad læsi numinis iram referebat, uti Proxenus historiæ scriptor, atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat: et recenti adhuc malo, quum Proserpinæ sacrificans, multis hostiis litare non posset, exarsit adeo ut cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud aggressuro vel leviter consenserant, de medio tolleret; atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt: Pyrrhus autem institutum prosequutus, quieto deinceps itinere Tarentum pervenit.

XXVI. Romani, quum majorem in modum urgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor crevisset, nihil adversus ista vel humani præsidii, vel divini intentatum reliquerunt. Vetus erat opinio, pestilentiam clavo ab dictatore fixo sedari posse: eam spem tum quoque tentatam, clavique pangendi causa dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis conjectura est : quum et mali magnitudo ad omnia quærenda remedia stimulare mentes posset, et Rufinum anno sequenti a censoribus notatum fuisse constet, postquam bis consul et dictator fuisset; neque dictaturæ ejus vel certior inveniatur memoria, vel convenientior locus. Et adversus morbos quidem, ut potuit, provisum est: armorum cura majorem industriam contentionemque, præcipue ob difficultatem delectuum, postulabat. Nam præter diuturnitatem belli, etiam longo jam tempore infesta lues tædium rerum omnium hominibus injecerat: citatique juniores militiam mira obstinatione detrectabant. Sed pervicaciam istam severitas et constantia M. Curii Dentati secundum consulis fregit.

XXVII. Is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum jam iniverat. Quum igitur in Capitolio delectum habe-

S XXV.Val. Max. I, r, r. — Suidas in παραιτησάμενος. — Dionys. — Appian. — Plut. in Pyrrh. c. 53. — S XXVI. Pigh. in Annal. rom. — Liv. VII, 3. — Varro in Sat. Γέροντος διδασχάλου.

ret Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, quumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum, deinde quum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: nihil opus esse reipublicæ eo cive, qui nesciret parere, præfatus: neque tribuni auxilio fuerunt; et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transiit: ut delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitutem venderetur. Hoc terrore cæteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quæ decretæ erant, in hosticum ambo consules moverunt: Lentulus in Lucaniam irruit; Samnitas adortus est Curius. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit.

XXVIII. Cum his, et delecta Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnitas dicto minus audientes habuit; tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem fessis, sed etiam exulceratis, eo quod istarum causam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi proditis discessu suo italicis sociis, expeditionem siculam ille suscepisset. Verumtamen sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam, ad distinendum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare aggressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedoniæ, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

XXIX. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur assumptis ex omni exercitu promptissimis quibusque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra

[§] XXVII. Valer. Maxim. VI, 3, 4. — Liv. Epit. XIV. — Cic. pro A. Cæc. cap. 34. — Plutarch. in Pyrrh. c. 54. — § XXVIII. Frontin. Strat. II, 2.

acceperat, et Agrigentinos ipsi se suaque omnia dedere paratos esse. Neque promissis abfuit fides. Venienti Sosistratus, qui et Syracusas tradiderat, et urbem, et egregiæ juventutis octo peditum millia, octingentos equites adjungit, copias Epiroticis, quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida præterea triginta, quibus imperabat Sosistratus, eodem auctore se regis arbitrio permiserunt. His ita gestis misit Syracusas, qui telorum omnis generis copiam, et machinas quarum in obsidionibus urbium usus esse posset, subveherent. Nam ad urbes punici juris oppugnandas animum adjecerat, parato jam exercitu triginta millium, præter equites mille quingentos, et, quos in Siciliam trajecerat, elephantos.

X. Prima ex his in potestatem venit Heraclea, ubi Carthaginiensium præsidium fuerat : exhinc Azonas cepit; statimque sequuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyæi et Ægestani, deficiendo a Carthaginiensium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum præbuerant. Erycinos autem, et auxiliorum numerosa manu, et munitionibus loci fidentes, summa vi expugnare statuit. Instructo igitur exercitu, armatus ipse, ad mœnia procedens, votum Herculi vovit, si dignum genere suo locoque bellatorem eo die se Græcis ostendisset. Postquam signum oppugnandi datum, crebroque missilium jactu propugnatores dimoti locum admovendis muro scalis fecerunt; primus omnium rex enisus, adversus concurrentes undique hostes insigne certamen edidit; alios umbone deturbans, alios cædens gladio, magnitudine vero animi roborisque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum hæc ei pugna, sed etiam omni ex parte felix fuit : sine ullo suo vulnere, magna gloria parta, etiam urbem ipsam codom impetu cepit, animatis non minus exemplo regis cæteris quam sollicitis periculo, et utramque ob causam summa contentione pugnantibus. Sacrificavit deinde Herculi, voti reus; ludosque varii generis magnifico apparatu per complures dies edidit.

XI. Hoc quoque anno Romæ de Lucanis atque Brutiis ante diem nonas Januarias triumphatum esse reperio: sed G. Junio triumphum illum adscribi miror, quum in his populis res Rufinus gesserit, duasque nobiles civitates receperit, quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Civitate ob Pyrrhi progressus haudquaquam secura, novi quoque terrores ex prodigiis et morborum lue accesserunt. Fœdi maxime ominis habitum est, quod Jovis Gapitolini signum fulmine tactum, caputque avulsum non nisi aruspicum arte curaque reperiri potuit. Graviore non jam metu, sed clade urbem affecit pestilentia, pecudes hominesque communi strage corripiens, sed præcipue gravidarum abortibus formidabilis; quum nulli propemodum jam aut partus humani, aut fœtus animalium ederentur incolumes, iraque deorum omne viventium genus interiturum esse crederetur.

XII. Ea vis mali maxime insignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum consulatum effecit, in quo collegam habuit C. Genucium Clepsinam. Neque tamen a bello samnitico lucanoque cessatum est; magnasque clades hostibus illatas duo certa sunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, triumphavit quirinalibus; quodque ii populi miserunt ad Pyrrhum literas et oratores, actum de se, nisi subveniretur, neque vim romanam ulterius sustineri posse, extremamque necessitatem deditione præveniendam esse, testaturos. Ea res, et quod senescentibus jam hominum studiis, aut ob injurias quasdam in contrarium versis, in Sicilia res ei duriores esse cœperant, permovit Pyrrhum, ut insula relicta copias in Italiam reportaret. Quod ejus consilium, et rerum inde sequutarum series, quo plenius nosceretur; paulo plura de rebus interim ab eo gestis referenda putavi.

XIII. Post occupatam igitur Erycem, præsidiumque loco impositum, ad Æginorum urbem profectus est, commodo

[§] XI. Plin. XVI, 6, et XXXIII, 11. — Liv. Epit. XIV. — Oros. IV, 3. Aug. de Civit. Dei, II, 17. — § XII. Zonar. — Justin. — Plutarch.

300

ad panormitanum portum situ, et munitionibus insignem. Ibi sponte oppidanorum receptus ad ipsam Panormum castra movit, cui ab argumento portus amplissimi pulcherrimique nomen est inditum. Hac quoque per vim occupata, quum insuper locum, qui Epieircte vocatur, inter Panormum et Erycem in monte amœno, sed arduis accessibus, situm cepisset, universa jam provincia Carthaginiensium potiebatur, excepto Lilybæo. Hanc autem urbem non ita pridem Pæni condiderant, ut Motyensibus ea sedes foret, quorum oppidum Dionysius tyrannus bello carthaginiensi diruerat. Quum igitur ex omni, quod in Sicilia habuerant, imperio spes suas unum istum in locum conclusas viderent Pæni, apparatus ad obsidionem a Pyrrho fieri sentientes, majoribus eam viribus defendere decreverunt.

XIV. Introducto igitur non spernendo robore militum, commeatuque copioso, ad hæc magna vi machinarum ac telorum (cujus rei facultas ipsis ampla erat, quod in potestate mare haberent) ad oppidum undique permuniendum magna cura se contulerunt. Præcipue, qua terra patebat aditus, crebræ turres excitatæ sunt, lataque fossa facta: celerius opere procedente, quod majore sui parte structum in cautibus marinis oppidum, toto illo spatio manu facta munimenta nulla desiderabat. Missis interea legatis, quanquam ad bellum magnos apparatus fecerant, magnasque copias, quum aliunde, tum etiam ex Italia, mercede conduxerant; si pax æquis conditionibus impetrari posset, pecuniam et classem pollicebantur. Pecuniæ mentionem non admisit Pyrrhus, urbes quas occupaverat retinere cupiens; de Lilybæo tamen concessurus videbatur. Sed amici regis, civitatumque Sicularum principes, metu Carthaginiensium vacaturam esse insulam negantes, donec illi tantum valentes classibus Lilybæum, tanquam scalas quasdam ad exscensionem faciendam paratas tenerent; perpulerunt ut unam esse responderet amicitiæ conditionem, si universa Sicilia cedentes, utriusque imperii terminum esse mare paterentur.

[§] XIII. Polyb. I, 8. — Diod. Ecl. — § XIV. Zonar. — Plut. — Diod.

XV. Ita spe pacis discussa, protinus ad urbem signa movit; neque procul muris castra metatus, manipulis ita dispositis, ut defessi a recentibus per vices exciperentur. oppugnationem orsus est. Sed Lilybætani, quum et numero propugnatorum, et machinarum apparatu juvarentur, locum tenuerunt. Tantam enim catapultarum scorpionumque vim Carthaginienses invexerant, ut murorum ambitus capiendis omnibus minime sufficeret. Quum igitur cujusque generis missilium velut imber quidam in regios spargeretur, multique passim caderent aut sauciarentur, inceptum omiserunt. Machinas deinde et ipse fabricare instituit, præter eas, quæ Syracusis advehebantur: et effossis subter humum cuniculis, omnes obsidionum tentavit artes. Quum autem animose resistentibus Pœnis toto fere bimestri nequidquam se fatigasset, videretque, donec apertus a mari obsessis aditus exitusque foret, expugnari Lilybæum non posse: obsidione soluta aliam in partem convertit impetum.

XVI. Quippe adversus Mamertinos freti accolas Græcæ quædam civitates fidem regis implorabant, super alias graves et crebras injurias etiam tributum pendere coactæ. Pyrrhus igitur exercitu propere ducto, quum iis in locis quosdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia missos comprehendisset, necavissetque, prælio cum occurrentibus facto discessit superior; ac multa eorum præsidia expugnavit diruitque. Et hactenus quidem rebus præclarissime gestis, eximiam sibi potentiam gloriamque rex paraverat; præter alias virtutes etiam eximia humanitate amorem singulorum, studia civitatum, non adeptus magis, quam meritus. Sed felicitatem tantam, et quam existimare fundatissimam potuisses, momento fere dissipatam, præter levitatem ingeniorum, quæ istis populis nunquam defuit, et amicorum intemperiem, ipsius maxime regis culpa traditur : qui adversis egregius, secundis rebus, ut inter has ferme inferiores humanæ mentes sunt, in superbiam efferebatur.

[§] XV. Diod. — Polyb. I, 56. — Plutarch. — § XVI. — Fazel. Hist. Sicil. dec. I, lib. I. — Plutarch.

XVII. Quum igitur, ut ante diximus, ad efficienda cupta classem sibi necessariam esse duceret, naves autem haberet multas, sed parum instructas a sociis navalibus; remigibus acerbe conquirendis vakle offendit civitates: repente mutatus, et ex priori lenitate ad superba imperia, minasque, et postremo supplicia, præceps. Sed hæc tamen, quia communis boni specie tegebantur, utcunque tolerabant: postquam autem eos ipsos, quorum beneficio maxime Siciliam obtinuerat, interimi videre; non paulatim, neque mora interposita, sed subito aversis animis, multi populi ab ejus amicitia desciscentes, ut cuique opportunum erat, alii Pœnis, alii Mamertinis se applicaverunt. Adeo nimirum crudelitas, etiam quum sola est, semper gravis, penitus fit intolerabilis, postquam adversus bene meritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi detestationem adjunxit.

XVIII. Hane autem in necessitatem vi cuncta tractandi se maxime videtur induxisse, dum pravis suorum cupiditatibus consiliisque nimis obsequitur: his enim opes, amicis aut necessariis Agathoclis ademptas, dono dabat, nihilo quam fuerant illi melioribus : magistratus urbium præcipuos satellitibus aut centurionibus suis committebat, neque ex institutis aut moribus civitatum, neque in legitimum tempus, sed quomodo et quoad ipsi placuisset. Lites atque controversias publicorumque negotiorum administrationem omnem ad se traxerat, pleraque familiaribus committens, quos habebat avaritia luxuriaque detestabiles, qui cogendis per flagitium perdendisque pecuniis pariter intenti, dum libidini suz satisfacerent, jus injuriamque in promiscuo habebant. Irritatis ob heec animis, mussare primum homines, mox palam queri: cur igitur prioris status poenituisset, si nunc etiam toleranda eadem forent? frustra vocatum receptumque Pyrrhum, si studeat æmulari mores, quos puniturus advenisset: neque acriorem ullius injuriæ sensum esse, quan cujus auctor haberetur idem ille, qui vindex esse debuisset.

XIX. Jamque multi haud obscure studium novarum re-

rum præ se ferebant; quum ille ad pessima consiliorum conversus, augere causas offensionum, quam tollere, maluit: quasi, quod per injustitiam peccatum fuerat, emendari sævitia posset. Interea Carthaginienses, animadverso regem propriis viribus haud sane validum, quotidie minore apud Siculos affectu haberi, erecti in spem recuperandæ provinciæ, novum exercitum miserant : passimque transfugientibus, qui Pyrrhi sævitiam metuebant, negotium Epirotis magnum exhibebant. Pyrrhus per causam punici belli, præsidiis in urbes introductis, splendidissimum quemque falso proditionis crimine oneratos necare instituit : his de medio sublatis, multitudinem facilius in officio mansuram esse ratus. Postremo Thænionem et Sosistratum corripit, totius insulæ longe principes, quorum præcipuis studiis imperio Siciliæ potitum fuisse ostendimus. Sed Thænio quidem interfectus est: Sosistratus ad hostes effugit, non minus auctoritatis opisque collaturus ad ejiciendum Sicilia regem, quam ad imponendum confirmandumque contulerat.

XX. Tum igitur certatim plerisque ad Carthaginienses deficientibus urbibus, nonnullis ad Mamertinos; res Epirotarum ex florentissimis angustæ malæque redigi cœperunt. In hoc statu rerum non ingrata regi sociorum italicorum legatio venit: quæ, cæteris omnibus amissis, vix paucas urbes hostem ægre a mænibus submovere, questa, honestum discedere cupienti prætextum præbuit, ut partibus laborantibus auxilio futurus, non ejectus a Carthaginiensibus, in Italiam reverti voluisse videretur. Abiturus, quum opes insulæ situmque, et hominum animos secreta cogitatione expenderet, dixisse fertur: « O amici, qualem Romanis « atque Carthaginiensibus palæstram relinquimus! » Haud vano præsagio: quod paulo post longa inter hos bella, tot utrinque submersæ classes, tot acies cæsæ, satis superque impleverunt. Cæterum hostium animis cum fortuna crescentibus, neque tutus ex Sicilia discessus Pyrrho, neque in Italiam appellenti tranquillum ad Tarentinos iter fuit.

[§] XIX. Plut. — Zon. — Dionys. — § XX. Just. — Plut. — App. — Paus.

XXI. In ipso freto trajicientem adorti Carthaginienses, quum Epirotæ nulla ferme maritimarum rerum experientia, hominibus exercitatissimis pares esse non possent, septuaginta naves depresserunt, cæteras reddiderunt inutiles. Ita cum duodecim navibus ex adverso prælio in Italiam effugit, qui navibus tectis amplius centum, et longe adhuc majori onerariarum actuariarumque numero cursum instituerat. Sed undique collecto quod militum ex adverso prælio litora tenere potuerat, statim ita robustam effecit manum, ut Rhegii subito impetu expugnandi spem conciperet. Sed rejectus a Çampanis Rhegium tenentibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Quum enim per loca cæca et saltibus impedita duceret, coorti ex insidiis hostes turbaverunt novissimum agmen, multosque milites cum duobus elephantis peremerunt.

XXII. Erat neque genere bellatorum, neque numero spernenda manus. Decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini plerique: hi enim Rheginorum amicitia et cognatione confisi, intellecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe prædæ in opportunis ad subitam irruptionem locis consederant. In eo certamine quum pro solita audacia Pyrrhus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum quum ex acie paulisper secessisset, quidam hostium magnitudine corporis et armorum cultu conspicuus longe ante alios procurrens increpavit eum elata voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrhus ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit: occupatumque illata in caput plaga prosternit: Memoriæ proditum est, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuisse, ut infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrinque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Ejus spectaculi fœda novitate percussi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt.

§ XXI. Appian. — Plut. — Zonar. — § XXII. Polyb. I, 8. — Plut.

XXIII. Pyrrhus hac molestia solutus, non ideo lætior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto prælio amissa erat, et opes ex Siciliæ spoliis partas prioris cum Pœno pugnæ casus interceperat; in magna rei nummariæ difficultate, quum, poscentibus stipendia militibus, non esset unde præberentur, dicatos Proserpinæ thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locrenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit : quam civitatem quum Pyrrhus animatis præsentia sua regiæ factionis hominibus recepisset, multa in Locrenses fœda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti præsidii postulasset ultio, cædibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod conferre homines vellent possentve, manus ad sacram pecuniam extendere cœpit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem ejus inflammantibus.

XXIV. Erant autem hi Evogoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Ii non suasores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere prædicantes; sed ministerium quoque suum sacrilegio præbuerunt : ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus asservatum fuerat, eruto. Lætus ille, religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse, dictitans, impositam navibus prædam Tarentum avehi jussit : ipse terra est profectus. Cæterum facinus ei suum non turpius cœpto, quam infelicius eventu fuit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim in fretum expulit. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque undis irrumpentibus, cum ipsis hominibus interierunt : pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conqui-

[§] XXIII. Liv. XXIX, 18. — Appian. — § XXIV. Dio et Dionys. ap. Vales. — Suidas in ἄδυσσος. — Appian. — Diod. — Liv. VII, 3.

situm referri ad pristinas sedes jussit, pacem numinis, ut putabat, hoc facto impetraturus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fatis usus est, omnes ejus conatus, etiam quibus consilium et virtus non abfuisset, eludente fortuna: quam ille rem et postea constanter ad læsi numinis iram referebat, uti Proxenus historiæ scriptor, atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat: et recenti adhuc malo, quum Proserpinæ sacrificans, multis hostiis litare non posset, exarsit adeo ut cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud aggressuro vel leviter consenserant, de medio tolleret; atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt: Pyrrhus autem institutum prosequutus, quieto deinceps itinere Tarentum pervenit.

XXVI. Romani, quum majorem in modum urgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor crevisset, nihil adversus ista vel humani præsidii, vel divini intentatum reliquerunt. Vetus erat opinio, pestilentiam clavo ab dictatore fixo sedari posse: eam spem tum quoque tentatam, clavique pangendi causa dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis conjectura est : quum et mali magnitudo ad omnia quærenda remedia stimulare mentes posset, et Rufinum anno sequenti a censoribus notatum fuisse constet, postquam bis consul et dictator fuisset; neque dictaturæ ejus vel certior inveniatur memoria, vel convenientior locus. Et adversus morbos quidem, ut potuit, provisum est: armorum cura majorem industriam contentionemque, præcipue ob difficultatem delectuum, postulabat. Nam præter diuturnitatem belli, etiam longo jam tempore infesta lues tædium rerum omnium hominibus injecerat: citatique juniores militiam mira obstinatione detrectabant. Sed pervicaciam istam severitas et constantia M. Curii Dentati secundum consulis fregit.

XXVII. Is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum jam iniverat. Quum igitur in Capitolio delectum habe-

[§] XXV.Val. Max. I, 1, 1. — Suidas in παραιτησάμενος. — Diouys. — Appian. — Plut. in Pyrrh. c. 53. — § XXVI. Pigh. in Annal. rom. — Liv. VII, 3. — Varro in Sat. Γέροντος διδασκάλου.

ret Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, quumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum, deinde quum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: nihil opus esse reipublicæ eo cive, qui nesciret parere, præfatus: neque tribuni auxilio fuerunt; et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transiit: ut delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitutem venderetur. Hoc terrore cæteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quæ decretæ erant, in hosticum ambo consules moverunt: Lentulus in Lucaniam irruit; Samnitas adortus est Curius. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit.

XXVIII. Cum his, et delecta Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnitas dicto minus audientes habuit; tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem fessis, sed etiam exulceratis, eo quod istarum causam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi proditis discessu suo italicis sociis, expeditionem siculam ille suscepisset. Verumtamen sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam, ad distinendum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare aggressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedoniæ, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

XXIX. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur assumptis ex omni exercitu promptissimis quibusque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra

[§] XXVII. Valer. Maxim. VI, 3, 4. — Liv. Epit. XIV. — Cic. pro A. Cæc. sap. 34. — Plutarch. in Pyrrh. c. 54. — § XXVIII. Frontin. Strat. II, 2.

Romanorum statuit accedere. Dum autem ad iter et oppugnationem futuram omnia apparantur, ipse in somnum lapsus majorem sibi dentium partem excidere, et ex ore copiosum erumpere sanguinem imaginatus est. Eo visu perplexus, abstinere in id tempus rebus gerendis decreverat; sed amicis obtestantibus, ne occasionem forte non redituram elabi pateretur, signum ad proficiscendum dari jussit. Circa Maleventum urbem (hoc enim tum adhuc nomine erat) montosa et silvestria loca sunt; quæ deinde paulatim æquioribus clivis demissa, postremo in planitiem late patentem desinunt, qui Taurasini campi appellantur. Itaque Pyrrhus ex inferioribus locis per objectos colles et saltus instituto itinere, quum lumina defecissent, erroribus et ignorantia locorum tardatus, luce jam orta ex castris romanis conspici cœpit.

XXX. Commotis inopinato hostis adventu animis, quia tamen dubium haberi non poterat, quin pugnandum foret, extaque victimarum lætiora fuerant, consul celeriter ex castris progressus, primos quosque hostium divulsos a suis et incompositos adoritur, pellitque. Hi in suos incurrentes totum agmen turbavere; cæsusque est militum haud exiguus numerus, et nonnulli elephanti a suis relicti venerunt in potestatem victoris. Hic successus animavit Curium, ut insistendum fortunæ putaret, et cum universis copiis ad pugnam instructis paratisque in campum se demitteret. Neque Epirenses moram fecere. Concursum est utrinque ferociter, sed quod priore certamine Romanus superior fuerat, plus etiam in præsens animorum atque spei attulerat. Cedentibus Epirotis, iterum a belluis subsidium petiit Pyrrhus, alteroque suo cornu fugiente, vicissim in altero Romanos ad præsidia sua pedem referre coegit.

XXXI. Firmam ibi stationem iturus in pugnam consul constituerat: hanc igitur recentibus viribus excipere prælium, et elephantos amoliri jubet. Adversus hæc animantia promptam atque facilem opem usus monstraverat, ignique magis quam ferro averti posse superiores docuerant pugnæ. Parati

[§] XXIX. Dionys. apud Vales. — Cluv. Ital. Antiq. IV, 8. — Plutarch.

igitur erant malleoli, stupa et pice multa obducti, quos incensos ardentesque in terga et turres belluarum jaculabantur: ii, sive cuti elephantorum, sive ligno turrium insedissent, uncis præacutis infixi hærebant. Quum igitur hi, et una varii generis missilia ex superiore loco confertim jacerentur, elephanti partim terrore flammæ, partim dolore vulnerum in furorem acti, quum amplius a magistris regi nequirent, in suorum aciem retrocesserunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione et clade miscentes. Narrant initium stragis ab elephanto pullo ortum, qui telo ictus in capite, quum stridorem querulum edidisset, matrem primum ad notam vocem exsilientem, deinde hac etiam tumultum augente, cæteras belluas omnes turbaverit averteritque.

XXXII. Magna ea pugna et numero cæsorum, et victoriæ fructu fuit. Tum enim debellatum est cum Pyrrho, neque cæteri deinceps Itali diu, neque post Italiam, aliæ nationes regesque restiterunt. Triplo majorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicasse tradunt. Octoginta enim peditum, sex equitum millia fuisse; ex his qui plurimum, sex et triginta millia; qui minimum, sex et viginti cæsa memorant: captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta ejus castra admirationi fuisse dicuntur, et in posterum usui. Antiquitus enim et Romani et alii populi castra passim per corpora cohortium constituere, mapaliorum in morem, solebant: primus totum exercitum Pyrrhus dimensis rite spatiis sub eodem vallo continuisse fertur: atque illo exemplo adjutos Romanos, additis, quæ ex usu viderentur, ad metationem castrorum, quam sequentibus temporibus perfectissimam habuere, pervenisse.

XXXIII. Hic annus republica belli præclare feliciterque gesta, domesticis quoque rebus, et notabili severitate disciplinæ urbanæ illustris fuit. Q. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, concordem censuram exercuerunt. Multis

[§] XXXI. Oros. IV, 2. — Plut. — Flor. I, 18. — Zonaras. — § XXXII. Dionys. apud Vales. — Eutrop. lib. II. — Front. Strat. IV, 1.

oppida sua, copias, pecunias, naves, certatim tradentium: ideoque græcarum urbium omnium imperio brevi potitus, etiam punicam ditionem universam armis obtinuit, una excepta urbe Lilybætana, quam opportunitate situs adjuti Carthaginienses, nequidquam oppugnante Pytrho, retinebant. Unde non absque causa spes ingentes animo complexus, relictis maximo filiorum patriis opibus, ex duobus reliquis, regem alterum Italiæ, alterum Siciliæ constituere agitabat.

II. Erat omnino regis istius ea tempestate magna fama magnæque virtutes; et Siculi per annos sane multos externa simul ac civilia bella, et nocentius utrisque malum tyrannidem passi, vel mediocrem aliquem principem gratantibus animis laturi videbantur. Sed tamen ipse paulo post ad exigendas ab invitis pecunias, et potentiorum cædes versus, odium immane concitavit, etiam accedentibus cupiditatibus et arrogantia ministrorum, quorum ei vita non minus ubivis, quam sua nocuerunt. Adeo post primam illam et præcipuam curam, ut ipsi quam optimi sint, nulla aut dignior aut salubrior esse regibus sollicitudo potest, quam ut amicos ex virtute deligant; quando inter privatos ob suam quisque eulpam exosus est; principibus etiam aliena peccata imputantur. Sed hæc postea secuta sunt. Tum vero calentibus adhuc studiis, primum a Taurominitanorum principe Tyndarione (nam ea parte insulæ primum appulerat) mox a Catanense populo maximis honoribus acceptus cultusque, cum pedestri exercitu Syracusas versus processit. Classem haud procul litoribus circumduci jussit paratam instructamque: nec enim citra prælii discrimen aditum ad syracusanam urbem daturæ Carthaginiensium naves videbantur.

III. Sed evenerat ut paulo ante hoc tempus triginta naves punicæ alios ob usus a classe discederent; quæ quia nondum reverterant, cum reliquis aleam belli tentare Pænorum

[§] I. Liv. Epit. XIV. — Appian. — Diod. Ecl. — Justin. XXIII, 2. — § II. Plutarch. — Dionys.

imperator recusabat. Igitur nemine prohibente ingressus, Thomione et Sosistrato tradentibus, pecuniam publicam, naves tectas centum viginti, apertas viginti, tela, machinas, coeterumque belli apparatum accipit. Hoc agenti superveniunt a Leontinis legati, quorum princeps Heraclidas urbem suam regi, prætereaque copias, peditum millia quatuor, equites quingentos offerebat. Neque segnius aliis ab urbibus occursum est, quodam veluti torrente fortunæ. Pyrrhus humaniter exceptos habitosque, conciliata omnium voluntate, suam quemque in civitatem remisit, ampliores jam animo spes agitans, et, si destinata porro ita fluerent, etiam in Africam transiturus.

IV. At sociis ejus in Italia haud perinde lætæ res erant: quos absente rege et robore exercitus, adversus infestiores quotidie Romanos, Milo cum parte copiarum Tarenti relictus, non satis tutabatur. Hactenus tamen profuit, ut Tarentinis ad tempus dilatis ambo consules in Samnium signa converterent. Samnites quum agros suos uri, castella expugnari, totam belli molem in se versam, seque a sociis derelictos esse cernerent; animis ac viribus impares, desertis oppidis atque vicis, in montes excelsos et arduos, cum uxoribus suis liberisque ac carissimis rerum, quas inter tumultum et trepidationem avehere potuerant, se receperunt. Apud Romanos præter æmulationem ducum, etiam ex rebus prosperis et metu hostium, negligentia orta erat, perpetua felicitatis comes. Ea eausa et damni aliquid, et aliquanto plus ignominiæ attulit. Quippe milites per abrupta et invia contemptim repentes, loco adjutus Samnis pepulit fuditque: multi saxis telisve obruti, aut in præcipitia deturbati, interierunt: alii quum neque receptus copia, neque pugnandi facultas esset, vivi capti sunt.

V. Hic casus ducibus ad disjungendas iterum copias incitamento fuit, quum in collegam infelicis cœpti collata culpa, se quisque, si solus fuisset, melius atque prosperius rem gesturum fuisse prædicaret. C. Junius cum suis legionibus

[§] III. Dionys. — Diod. Ecl. l. XXII. — Plutarch. — § IV. Zonar.

in Samnio mansit. P. Cornelius in Lucanos et Bruttios convertit impetum. Ibi terrorem cladesque belli populationibus agrorum et villarum incendiis circumferenti, majoris aliquanto rei tentandæ occasio nata est. In extrema Italiæ ora, qua Orientem versus et Ionium mare Lacinii promontorii cornu protenditur, Croton est, veteri fama, et tum quoque non pænitendis opibus, inclyta. Mediam iis temporibus interfluebat Æsarus, juxta quem frequentia utrinque ædificia murus duodecim millia passuum in circuitu patens ambibat. Hanc aperta obsidione cingere non ausus consul, proditione occupaturum confidebat: quod a compluribus romanæ factionis hominibus spes ei facta erat, posse urbem præsidio externo destitutam, studiis et auxilio eorum, quibus Pyrrhi dominatio gravis esse cæpisset, recipi, si copias mature muris admovisset.

VI. Sed per eosdem forte dies, sive metu hostilis in vicinia exercitus, sive jam proditione, quæ plerumque tegi diu non potest, suspecta, Crotonienses præsidium a Milone acciverant: veneratque Nicomacho duce Lucanorum valida manus, quæ ignarum rei consulem, nulloque periculi metu confidentius ad mœnia suggressum, eruptione subito facta, non sine cæde vulneribusque multorum rejecit. Rufinus acceptum temeritatis detrimentum consilio correcturus, rumorem adversi certaminis ultro adauget; quoque majori percussus esse timore videatur, cœpto se desistere simulat, colligi sarcinas jubet, ut quamprimum discessurus. In urbem, ut castris tam propinquis necessum erat, cito hæc nunciantur: præter probabilem rei causam, juvatur eo quoque credulitas, quod verum hoc esse cupiebant: quum jam sponte hanc in partem inclinantibus animis, captivus quidam spe libertatis atque præmiorum inductus a consule supervenit, tanquam inter festinationem discedentium, occasione captata, custodiam effugisset.

. VII. Ille Cornelium Rufinum, quod ad Crotonis oppugna-

[§] V. Ovid. Metam. XV. — Liv. XXIV, 3. — Zonaras. — § VI. Front. Strat. III, 6.

tionem parum haberet roboris, Locros pergere narrat, accitum a quibusdam urbem illam prodere pollicitis. Adest paulo post et alter, qui de prioribus eadem; cæterum, jam iter ingressos esse Romanos asserit. Simul conspiciuntur eminus signa et agmen incedentium via quæ Locros ducit. Eo dolo captus Nicomachus, per compendia viarum celeriter cum suis accurrit Locros, ut eam quoque urbem defensurus. Quod ubi per occultos nuntios Rufinus cito comperit, converso itinere, Crotonem regressus, quanto consilio ac prius meliore, tanto etiam eventu feliciore usus est, diligentiamque ejus non modo securitas hostium, sed etiam fortunæ favor juvit: densa enim nebula opportune texit accedentem, priusque propemodum intra mœnia fuit victor exercitus, quam reversum Crotoniatæ didicissent. Atque hujus victoriæ per se satis magna lætitia, ut ferme neutram in partem fortuna tenet modum, aliis subinde rebus haud minus lætis cumulata est.

VIII. Nicomachus enim, intellecto se in errorem inemendabilem incidisse, dum incertus consilii Tarentum redit, exceptus a Rufino magnam suorum partem amisit, et cum reliquis vix in tutum elapsus est, quum unam urbem defendisse non contentus, duas perdidisset. Nam et Locri successu isto animati, præsidio Pyrrhi præfectoque, quorum injurias diutius perpeti nequibant, trucidatis, ad amicitiam Romanorum se contulerunt. Rebus ad hunc modum procedentibus, non ideo in tantum ceciderant animi Samnitium cæterorumque populorum, quin super insitam pervicaciam, spe quoque Pyrrhi regis, et nuntiatis ejus in Sicilia successibus, ad omnia, quæ sors ferebat, perpetienda sustentarentur.

IX. Pyrrhus enim (ut hujus etiam extra Italiam gesta, quod eorum temporibus locisque, ad hæc negotiis ipsis cum romanis rebus conjunctum est, exponantur) rebus apud Syracusanos Leontinosque constitutis, circa eadem tempora cum exercitu Agrigentum profectus, in ipso adhuc itinere occurrentibus nuntiis, ejectum ex urbe præsidium punicum

[§] VII. Zonar. — Frontin. — § VIII. Appian. apud Vales.

acceperat, et Agrigentinos ipsi se suaque omnia dedere paratos esse. Neque promissis abfuit fides. Venienti Sosistratus, qui et Syracusas tradiderat, et urbem, et egregiæ juventutis octo peditum millia, octingentos equites adjungit, copias Epiroticis, quas Pyrrhus adduxerat, nihilo deteriores. Oppida præterea triginta, quibus imperabat Sosistratus, eodem auctore se regis arbitrio permiserunt. His ita gestis misit Syracusas, qui telorum omnis generis copiam, et machinas quarum in obsidionibus urbium usus esse posset, subveherent. Nam ad urbes punici juris oppugnandas animum adjecerat, parato jam exercitu triginta millium, præter equites mille quingentos, et, quos in Siciliam trajecerat, elephantos.

X. Prima ex his in potestatem venit Heraclea, ubi Carthaginiensium præsidium fuerat : exhinc Azonas cepit; statimque sequuti fortunam Selinuntii primum, mox Halicyæi et Ægestani, deficiendo a Carthaginiensium amicitia, compluribus etiam aliis in eo tractu oppidis idem audendi exemplum præbuerant. Erycinos autem, et auxiliorum numerosa manu, et munitionibus loci fidentes, summa vi expugnare statuit. Instructo igitur exercitu, armatus ipse, ad mœnia procedens, votum Herculi vovit, si dignum genere suo locoque bellatorem eo die se Græcis ostendisset. Postquam signum oppugnandi datum, crebroque missilium jactu propugnatores dimoti locum admovendis muro scalis feeerunt; primus omnium rex enisus, adversus concurrentes undique hostes insigne certamen edidit; alios umbone deturbans, alios cædens gladio, magnitudine vero animi roborisque cunctos perterrefaciens. Neque magnifica tantum hæc ei pugna, sed etiam omni ex parte felix fuit : sine ullo suo valnere, magna gloria parta, etiam urbem ipsam codem impetu cepit, animatis non minus exemplo regis cæteris quam sollicitis periculo, et utramque ob causam summa contentione pugnantibus. Sacrificavit deinde Herculi, voti reus; ludosque varii generis magnifico apparatu per complures dies edidit.

XI. Hoc quoque anno Romæ de Lucanis atque Brutiis ante diem nonas Januarias triumphatum esse reperio: sed C. Junio triumphum illum adscribi miror, quum in his populis res Rufinus gesserit, duasque nobiles civitates receperit, quem etiam alios apud auctores triumphalem virum nominari video. Civitate ob Pyrrhi progressus haudquaquam secura, novi quoque terrores ex prodigiis et morborum lue accesserunt. Fædi maxime ominis habitum est, quod Jovis Gapitolini signum fulmine tactum, caputque avulsum non nisi aruspicum arte curaque reperiri potuit. Graviore non jam metu, sed clade urbem affecit pestilentia, pecudes hominesque communi strage corripiens, sed præcipue gravidarum abortibus formidabilis; quum nulli propemodum jam aut partus humani, aut fœtus animalium ederentur incolumes, iraque deorum omne viventium genus interiturum esse crederetur.

XII. Ea vis mali maxime insignem Q. Fabii Maximi Gurgitis alterum consulatum effecit, in quo collegam habuit C. Genucium Clepsinam. Neque tamen a bello samnitico lucanoque cessatum est; magnasque clades hostibus illatas duo certa sunt argumenta, quod eodem anno Q. Fabius de Samnitibus, Lucanis, Bruttiis, triumphavit quirinalibus; quodque ii populi miserunt ad Pyrrhum literas et oratores, actum de se, nisi subveniretur, neque vim romanam ulterius sustineri posse, extremamque necessitatem deditione præveniendam esse, testaturos. Ea res, et quod senescentibus jam hominum studiis, aut ob injurias quasdam in contrarium versis, in Sicilia res ei duriores esse cæperant, permovit Pyrrhum, ut insula relicta copias in Italiam reportaret. Quod ejus consilium, et rerum inde sequutarum series, quo plenius nosceretur; paulo plura de rebus interim ab eo gestis referenda putavi.

XIII. Post occupatam igitur Erycem, præsidiumque loco impositum, ad Æginorum urbem profectus est, commodo

[§] XI. Plin. XVI, 6, et XXXIII, rr. — Liv. Epit. XIV. — Oros. IV, 3. Aug. de Civit. Dei, II, 17. — § XII. Zonar. — Justin. — Plutarch.

300

ad panormitanum portum situ, et munitionibus insignem. Ibi sponte oppidanorum receptus ad ipsam Panormum castra movit, cui ab argumento portus amplissimi pulcherrimique nomen est inditum. Hac quoque per vim occupata, quum insuper locum, qui Epieircte vocatur, inter Panormum et Erycem in monte amœno, sed arduis accessibus, situm cepisset, universa jam provincia Carthaginiensium potiebatur, excepto Lilybæo. Hanc autem urbem non ita pridem Pœni condiderant, ut Motyensibus ea sedes foret, quorum oppidum Dionysius tyrannus bello carthaginiensi diruerat. Quum igitur ex omni, quod in Sicilia habuerant, imperio spes suas unum istum in locum conclusas viderent Pœni, apparatus ad obsidionem a Pyrrho fieri sentientes, majoribus eam viribus defendere decreverunt.

XIV. Introducto igitur non spernendo robore militum, commeatuque copioso, ad hæc magna vi machinarum ac telorum (cujus rei facultas ipsis ampla erat, quod in potestate mare haberent) ad oppidum undique permuniendum magna cura se contulerunt. Præcipue, qua terra patebat aditus, crebræ turres excitatæ sunt, lataque fossa facta: celerius opere procedente, quod majore sui parte structum in cautibus marinis oppidum, toto illo spatio manu facta munimenta nulla desiderabat. Missis interea legatis, quanquam ad bellum magnos apparatus fecerant, magnasque copias, quum aliunde, tum etiam ex Italia, mercede conduxerant; si pax æquis conditionibus impetrari posset, pecuniam et classem pollicebantur. Pecuniæ mentionem non admisit Pyrrhus, urbes quas occupaverat retinere cupiens; de Lilybæo tamen concessurus videbatur. Sed amici regis, civitatumque Sicularum principes, metu Carthaginiensium vacaturam esse insulam negantes, donec illi tantum valentes classibus Lilybæum, tanquam scalas quasdam ad exscensionem faciendam paratas tenerent; perpulerunt ut unam esse responderet amicitiæ conditionem, si universa Sicilia cedentes, utriusque imperii terminum esse mare paterentur.

[§] XIII. Polyb. I, 8. — Diod. Ecl. — § XIV. Zonar. — Plut. — Diod.

XV. Ita spe pacis discussa, protinus ad urbem signa movit; neque procul muris castra metatus, manipulis ita dispositis, ut defessi a recentibus per vices exciperentur, oppugnationem orsus est. Sed Lilybætani, quum et numero propugnatorum, et machinarum apparatu juvarentur, locum tenuerunt. Tantam enim catapultarum scorpionumque vim Carthaginienses invexerant, ut murorum ambitus capiendis omnibus minime sufficeret. Quum igitur cujusque generis missilium velut imber quidam in regios spargeretur, multique passim caderent aut sauciarentur, inceptum omiserunt. Machinas deinde et ipse fabricare instituit, præter eas, quæ Syracusis advehebantur: et effossis subter humum cuniculis, omnes obsidionum tentavit artes. Quum autem animose resistentibus Pœnis toto fere bimestri nequidquam se fatigasset, videretque, donec apertus a mari obsessis aditus exitusque foret, expugnari Lilybæum non posse: obsidione soluta aliam in partem convertit impetum.

XVI. Quippe adversus Mamertinos freti accolas Græcæ quædam civitates fidem regis implorabant, super alias graves et crebras injurias etiam tributum pendere coactæ. Pyrrhus igitur exercitu propere ducto, quum iis in locis quosdam Mamertinorum ad exigenda vectigalia missos comprehendisset, necavissetque, prælio cum occurrentibus facto discessit superior; ac multa eorum præsidia expugnavit diruitque. Et hactenus quidem rebus præclarissime gestis, eximiam sibi potentiam gloriamque rex paraverat; præter alias virtutes etiam eximia humanitate amorem singulorum, studia civitatum, non adeptus magis, quam meritus. Sed felicitatem tantam, et quam existimare fundatissimam potuisses, momento fere dissipatam, præter levitatem ingeniorum, quæ istis populis nunquam defuit, et amicorum intemperiem, ipsius maxime regis culpa traditur: qui adversis egregius, secundis rebus, ut inter has ferme inferiores humanæ mentes sunt, in superbiam efferebatur.

[§] XV. Diod. — Polyb. I, 56. — Plutarch. — § XVI. — Fazel. Hist. Sicil. dec. I, lib. I. — Plutarch.

XVII. Quum igitur, ut ante diximus, ad efficienda cœpta classem sibi necessariam esse duceret, naves autem haberet multas, sed parum instructas a sociis navalibus; remigibus acerbe conquirendis valde offendit civitates : repente mutatus, et ex priori lenitate ad superba imperia, minasque, et postremo supplicia, præceps. Sed hæc tamen, quia communis boni specie tegebantur, utcunque tolerabant: postquam autem eos ipsos, quorum beneficio maxime Siciliam obtinuerat, interimi videre; non paulatim, neque mora interposita, sed subito aversis animis, multi populi ab ejus amicitia desciscentes, ut cuique opportunum erat, alii Pœnis, alii Mamertinis se applicaverunt. Adeo nimirum crudelitas, etiam quum sola est, semper gravis, penitus fit intolerabilis, postquam adversus bene meritos exercita, propriis odiis etiam ingrati perfidique animi detestationem adjunxit.

XVIII. Hanc autem in necessitatem vi cuncta tractandi se maxime videtur induxisse, dum pravis suorum cupiditatibus consiliisque nimis obsequitur: his enim opes, amicis aut necessariis Agathoclis ademptas, dono dabat, nihilo quam fuerant illi melioribus : magistratus urbium præcipuos satellitibus aut centurionibus suis committebat, neque ex institutis aut moribus civitatum, neque in legitimum tempus, sed quomodo et quoad ipsi placuisset. Lites atque controversias publicorumque negotiorum administrationem omnem ad se traxerat, pleraque familiaribus committens, quos habebat avaritia luxuriaque detestabiles, qui cogendis per flagitium perdendisque pecuniis pariter intenti, dum libidini suæ satisfacerent, jus injuriamque in promiscuo habehant. Irritatis ob heec animis, mussare primum homines, mox palam queri : cur igitur prioris status pœnituisset, si nunc etiam toleranda eadem forent? frustra vocatum receptumque Pyrrhum, si student æmulari mores, quos puniturus advenisset: neque acriorem ullius injuriæ sensum esse, quan cujus auctor haberetur idem ille, qui vindex esse debuisset.

XIX. Jamque multi haud obscure studium novarum re-

rum præ se ferebant; quum ille ad pessima consiliorum conversus, augere causas offensionum, quam tollere, maluit: quasi, quod per injustitiam peccatum fuerat, emendari sævitia posset. Interea Carthaginienses, animadverso regem propriis viribus haud sane validum, quotidie minore apud Siculos affectu haberi, erecti in spem recuperandæ provinciæ, novum exercitum miserant: passimque transfugientibus, qui Pyrrhi sævitiam metuebant, negotium Epirotis magnum exhibebant. Pyrrhus per causam punici belli, præsidiis in urbes introductis, splendidissimum quemque falso proditionis crimine oneratos necare instituit : his de medio sublatis, multitudinem facilius in officio mansuram esse ratus. Postremo Thænionem et Sosistratum corripit, totius insulæ longe principes, quorum præcipuis studiis imperio Siciliæ potitum fuisse ostendimus. Sed Thænio quidem interfectus est: Sosistratus ad hostes effugit, non minus auctoritatis opisque collaturus ad ejiciendum Sicilia regem, quam ad imponendum confirmandumque contulerat.

XX. Tum igitur certatim plerisque ad Carthaginienses deficientibus urbibus, nonnullis ad Mamertinos; res Epirotarum ex florentissimis angustæ malæque redigi cœperunt. In hoc statu rerum non ingrata regi sociorum italicorum legatio venit: quæ, cæteris omnibus amissis, vix paucas urbes hostem ægre a mænibus submovere, questa, honestum discedere cupienti prætextum præbuit, ut partibus laborantibus auxilio futurus, non ejectus a Carthaginiensibus, in Italiam reverti voluisse videretur. Abiturus, quum opes insulæ situmque, et hominum animos secreta cogitatione expenderet, dixisse fertur: « O amici, qualem Romanis « atque Carthaginiensibus palæstram relinquimus! » Haud vano præsagio: quod paulo post longa inter hos bella, tot utrinque submersæ classes, tot acies cæsæ, satis superque impleverunt. Cæterum hostium animis cum fortuna crescentibus, neque tutus ex Sicilia discessus Pyrrho, neque in Italiam appellenti tranquillum ad Tarentinos iter fuit.

[§] XIX. Plut. - Zon. - Dionys. - § XX. Just. - Plut. - App. - Paus.

302 II. HEINSEEMI STPALEM

TIL la que iven representa anna l'estagnament, que Esperie sula iente monament sont parece, esperiente, temmines exercitatames pares ene un parece, separagna suves representat, entens sendimente monies. La cum autorient monies es acreme parie a limitan effecte que ser une ser une sendime comune, et impe adient major, un ser une tempe monies comune, et impe adient major, un monies en acreme parece, for undique culiera quant militant es acreme parecis insta tenere portecat, statua da returnam effecta manera, se finega suma: impeta expagnamà spem omosperet. Sed represes a l'ampania finegama tenenciaus, mas as periodica haus contempendos mendie. Quant como per inca carca et sambus impedita discoret, coera es maidis hautes turba-versus acrementants aguera, muitos que mittes com doubes eleptorates percencrata.

XXII. Erat neque genere helantrum, neque numero spernenda manus. Decem hand manus milia hominum in araus esercitatorum. Mamertani pienique: ita enim Rheginorma amorina et cognatione comisi, macilecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe prædæ in opportunes ad substam irruptionem locis consederant. In eo certamine quem pro sonta ambacia Pyrritus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obigandum quam ex acie paulisper secessisset, quidam hostium magnitudine corporis et armorum cultu conspicuos longe ante alios procurrens increpavit cum chan voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrius ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit : occupatumque illata in caput plaga prosternit. Memorise proditum est, cam gladii temperiem, camque vim ferientis fuisse, ut infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrinque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Eius spectaculi fœda novitate percussi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt,

XXIII. Pyrrhus hac molestia solutus, non ideo lætior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto prælio amissa erat, et opes ex Siciliæ spoliis partas prioris cum Pœno pugnæ casus interceperat; in magna rei nummariæ difficultate, quum, poscentibus stipendia militibus, non esset unde præberentur, dicatos Proserpinæ thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locrenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit : quam civitatem quum Pyrrhus animatis præsentia sua regiæ factionis hominibus recepisset, multa in Locrenses fœda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti præsidii postulasset ultio, cædibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod conferre homines vellent possentve, manus ad sacram pecuniam extendere cœpit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem eius inflammantibus.

XXIV. Erant autem hi Evogoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Ii non suasores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere prædicantes; sed ministerium quoque suum sacrilegio præbuerunt : ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus asservatum fuerat, eruto. Lætus ille, religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse, dictitans, impositam navibus prædam Tarentum avehi jussit : ipse terra est profectus. Cæterum facinus ei suum non turpius cœpto, quam infelicius eventu fuit. Subita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim in fretum expulit. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque undis irrumpentibus, cum ipsis hominibus interierunt : pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conqui-

[§] XXIII. Liv. XXIX, 18. — Appian. — § XXIV. Dio et Dionys. ap. Vales. — Suidas in ἄθυσσος. — Appian. — Diod. — Liv. VII, 3.

THE COME STREET, SHE CAN AND THE PARTY OF TH AN IMPERSON . SERVE MESSAGE COMME as the six manufacture and the second TO THE WAR THE STATE OF SCHOOL STREET, AND THE THE PERSON NAMED IN COLUMN TO PERSON NAMED I TOWN Harris . Cons. ... And the Cons. tani yang uning * 1 * 16 - 151. .. Property 70 4 .: 1002 ** STORES OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF THE P Freedomer unter unter Mitte. Inches ... CHE LINE CO. DESCRIPTION OF DESCRIPTION O The state of the s SATISFIED A CHIEF THE TANK TO STATE OF STREET AUTOTIC CELECT CIA. Seisterman, Contain the Contain THE PERSON NAMED IN COLUMN TO PERSON OF THE AND THE AMERICAN LITTLE CONTROL OF THE PARTY And the state of t of the section of the committee of the c THE PARTY DESTRUCT IN THE TARREST THE of a laborated by the first properties and the con-STANDARD BUILD IN APPENDE MOTION HARRIES. IN MARKET. ANY NAME AND ADDRESS OF THE PARTY OF THE PAR ANGLE . THE STREET STREET, STR The rest distribution and state 1000 and appear STARLE AND STATE OFFICE AND ADDRESS OF THE PROPERTY OF THE PARTY OF TH WALL A MANAGE BUILDING BUILDING SERVICE METERS IN THE PARTY OF THE PAR Des services and some services of constitute I. Larri Den-WE MALLOW AND THE

All a source of the first in the market habe

ret Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, quumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum, deinde quum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: nihil opus esse reipublicæ eo cive, qui nesciret parere, præfatus: neque tribuni auxilio fuerunt; et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transiit: ut delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitutem venderetur. Hoc terrore cæteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quæ decretæ erant, in hosticum ambo consules moverunt: Lentulus in Lucaniam irruit; Samnitas adortus est Curius. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit.

XXVIII. Cum his, et delecta Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnitas dicto minus audientes habuit; tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem fessis, sed etiam exulceratis, eo quod istarum causam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi proditis discessu suo italicis sociis, expeditionem siculam ille suscepisset. Verumtamen sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam, ad distinendum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare aggressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedoniæ, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

XXIX. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur assumptis ex omni exercitu promptissimis quibusque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra

[§] XXVII. Valer. Maxim. VI, 3, 4. — Liv. Epit. XIV. — Cic. pro A. Cæc. 6ap. 34. — Plutarch. in Pyrrh. c. 54. — § XXVIII. Frontin. Strat. II, 2.

368 15. FREINSHEMII SUPPLEM

I manuseum statut aventere. Dum autom ai intr et oppugrationem futurum somin apparature, que in samma
appus majorem site deutium partem esculure, et ex ore
conjustum commpere sangumem imaginalms est. En visu
proportus, abstancre la sit rempus retus geremiis decreveret; sed amons occestantams, se commune furir um rediturum o ale paterdar, signum ad prefenseemdum dari jussit.
Cara Maleventum arbem loce enum tum adone manine eratmontosa et silvestra soca sunt; que decade parlatim aquioribus caras demissa, postremo in planticum late patentem desinuat, que l'aurante compi appellanter. Imque Pyrrhus ex
inferioritus loris per objectos colles et saltes instituto itimere,
quem annina octroissent, errochus et ignorantia locorum
tardatus, ince pun orta ex castris romanis conspici cupit.

XXX. Commotis inceinato bostis adventu animis, quia tamen dabium haberi non poterat, quin pugnandum foret, extaque victimarum letiora fuerant, consul celeriter ex castris progressus , primos quosque hostium divulsos a suis et incompositos adoritur, pellitque. Hi in suos incurrentes totum agmen turbavere: czesusque est militum hand exiguns numerus, et nonnulli elephanti a suis relicti venerunt in potestatem victoris. Hie successus animavit Curium, ut insistendum fortunze putaret, et cum universis copiis ad pugnam instructis paratisque in campum se demitteret. Negne Epirenses moram fecere. Concursum est utrinque ferociter, sed quod priore certamine Romanus superior fuerat, plus etiam in præsens animorum atque spei attulerat. Cedenlibus Epirotis, iterum a belluis subsidium petiit Pyrrhus, alteroque suo cornu fugiente, vicissim in altero Romanos ad præsidia sua pedem referre coegit.

XXXI. Firmam ibi stationem iturus in pugnam consul constituerat: hanc igitur recentibus viribus excipere praelium, et elephantos amoliri jubet. Adversus hæc animantia promptam atque facilem opem usus monstraverat, ignique magis quam ferro averti posse superiores docuerant pugnæ. Parati

5 XXIX. Dionys. apud Vales. — Cluv. Ital. Antiq. IV, 8. — Plutarch.

igitur erant malleoli, stupa et pice multa obducti, quos incensos ardentesque in terga et turres belluarum jaculabantur: ii, sive cuti elephantorum, sive ligno turrium insedissent, uncis præacutis infixi hærebant. Quum igitur hi, et una varii generis missilia ex superiore loco confertim jacerentur, elephanti partim terrore flammæ, partim dolore vulnerum in furorem acti, quum amplius a magistris regi nequirent, in suorum aciem retrocesserunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione et clade miscentes. Narrant initium stragis ab elephanto pullo ortum, qui telo ictus in capite, quum stridorem querulum edidisset, matrem primum ad notam vocem exsilientem, deinde hac etiam tumultum augente, cæteras belluas omnes turbaverit averteritque.

XXXII. Magna ea pugna et numero cæsorum, et victoriæ fructu fuit. Tum enim debellatum est cum Pyrrho, neque cæteri deinceps Itali diu, neque post Italiam, aliæ nationes regesque restiterunt. Triplo majorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicasse tradunt. Octoginta enim peditum, sex equitum millia fuisse; ex his qui plurimum, sex et triginta millia; qui minimum, sex et viginti cæsa memorant : captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta ejus castra admirationi fuisse dicuntur, et in posterum usui. Antiquitus enim et Romani et alii populi castra passim per corpora cohortium constituere, mapaliorum in morem, solebant: primus totum exercitum Pyrrhus dimensis rite spatiis sub eodem vallo continuisse fertur: atque illo exemplo adjutos Romanos, additis, quæ ex usu viderentur, ad metationem castrorum, quam sequentibus temporibus perfectissimam habuere, pervenisse.

XXXIII. Hic annus republica belli præclare feliciterque gesta, domesticis quoque rebus, et notabili severitate disciplinæ urbanæ illustris fuit. Q. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, concordem censuram exercuerunt. Multis

[§] XXXI. Oros. IV, 2. — Plut. — Flor. I, 18. — Zonaras. — § XXXII. Dionys. apud Vales. — Eutrop. lib. II. — Front. Strat. IV, 1.

equi publici adempti sunt; quidam etiam in senatu legendo præteriti. Sed maxime insignis ad memoriam P. Cornelii Rufini nota fuit. Bis consul et dictator fuerat, rebusque magnis bello gestis triumphaverat. Hunc igitur senatu moverunt censores, causamque isti animadversioni subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti cænæ gratia pondo decem habere. Isque casus non hominis modo, sed familiæ ad longum deinde tempus fuit: nec ante Sullam dictatorem, quisquam ex ea summis honoribus usus est. Tanta temporibus istis parsimonia, tantusque in eadem civitate postea luxus fuit, ut quæ supellex apud posteros contemptissimæ vilitatis argumentum futura erat, eadem a prioribus pro intolerabili luxuria damnaretur. Censu perfecto lustrum conditum est: censa civium capita ducenta septuaginta unum millia, ducenta, viginti quatuor.

XXXIV. In exitu anni consul uterque triumphantes Capitolium invecti sunt. Prior Curius: cujus et triumphus cum fama rerum, et lætitia successus, tum etiam splendore pompæ illustrior fuit. Nam ad eam diem ex vicinis et pauperibus populis in apparatu triumphi nihil ferme nisi arma fracta, aut carpenta gallica; in præda, nisi greges et armenta ducta fuerant; tum vero et varietate gentium, quarum captivi ante currum ducebantur, et spoliorum pulchritudine ac magnificentia, celebris species fuit: quum Epirotæ, Thessali, Macedones, Apuli, Lucani, Bruttii, vincti ante currum agerentur : præferrentur autem tabulæ pictæ, signa nobilium artificum, aurum, purpura, cæteræque transmarinæ elegantiæ, et Tarentini luxus instrumenta. Sed præcipui miraculi gaudiique spectaculum elephanti fuere. Cum ipsis turribus suis quatuor (nam reliqui ex vulneribus interierant) tum primum Romæ visi sunt : vulgus a nomine animalis, quod hactenus maximum noverat, et loci, ubi primum conspexerat, boves Lucas vocitabat.

XXXV. Alterius consulis paucos post dies obscurior trium-

[§] XXXIII. Zonar. — Liv. Epit. XIV. — Agell. IV, 8. — Plutarch. Sulla, I. — Val. Max. II, 9, 4. — Fasti Capitol. — § XXXIV. Flor. I, 18. — Senec. de brev. vitæ, cap. 13. — Eutrop. — Plinius, VIII, 6.

phus fuit. Neque tamen illi pænitendæ res fuerunt. Samnites et Lucanos vicerat; oppida multa ceperat, sed comparatione curianæ gloriæ, horum splendor æstimatioque decrescebat. Inter eos, qui virtutis ergo donati sunt, Ser. Cornelio Merendæ auream coronam ex præda dedit, ob samniticum quoddam oppidum ejus maxime opera captum. Romanis ad hunc modum victoriæ suæ lætitia fruentibus, longe dispar animorum habitus apud hostes erat. Ii jam olim imperio Pyrrhi minime læti, post infelicem pugnam, animis timore atque indignatione plenis, nihil quietum agitabant. Rex ipse dudum romani belli pertæsus, et nunc desperata penitus victoria, nihil nisi rationem tutius honestiusque discedendi meditabatur. Sed dissimulato interea consilio, hortabatur socios, ne ob unum adversum prælium conciderent animis: non plus eos cladis postrema hac pugna accepisse, quam prima intulissent: neque ideo Romanos ad pacem etiam bonis conditionibus permoveri potuisse. Horum constantiam si ipsi quoque æmularentur, seque fortunæ vertenti servarent, omnia commodius habitura; superesse vires ad hæc diuturno bello suffecturas. In Græcia multos potentes amicos se habere, a quibus certa auxilia exspectare possit.

XXXVI. Neque hæc incredibiliter fingebantur: quum et antea, præsertim a Ptolemæo, qui Macedoniæ tum præerat, luculenter adjutus fuisset: et in magna existimatione apud Græcos barbarosque esset; aliisque beneficiorum memoria, aliis metu devinctis, ab Ætolorum gente temporibus istis potentissima, ipsisque Macedonibus, præterea Illyriorum regulis coleretur. Cæterum hæc ita jactabat, magis ut desciscere parantes socios in fide retineret, donec aperto ad navigandum mari regnum repetere posset; quam quod aut bellum in Italia continuare vellet, aut magnam spem in transmarinis auxiliis haberet. Dimissis tamen circum Asiæ Macedoniæque reges legatis, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono, qui Macedoniam tenebat, utrumque postulabat. Hac spe utcunque retenta sociorum voluntate,

[§] XXXV. Capit. Marmor. — Plin. — Just. XXV, 3.

quum interea dissimulanter omnia paravisset ad discessum, legati cum litteris ab Antigono redierunt. Convocatis igitur suorum Italorumque principibus, non quidem quas acceperat litteras recitavit, sed fictitias alias, quibus paulo post ab Antigono auxilia magna affutura esse continebatur.

XXXVII. Hoc astu non sociis modo delusis, sed etiam Romanis, qui propinquo loco præsidium agitabant; consecuta nocte citra ullum impedimentum vela fecit, Cerauniosque montes (Epiri id promontorium est) tenuit. Sed quo minori turpitudine deseruisse bellum videretur, fidesque hominibus fieret, perfectis quibus evocatus esset rebus reversurum, Milonem ad custodiam arcis Tarentinæ reliquit; eique, ut non modo spe præmiorum, sed etiam paris exitii metu in fide maneret, sellam dedit, cujus lora erant ex Niciæ pelle, quem compertis in caput suum insidiis occiderat. Huic igitur addito præsidio militum, cum cæteris copiis, octo peditum millia, quingenti equites erant, sexto quam exiverat anno, patrium in regnum reversus est. Interea Romæ quum comitia centuriata haberentur, Pyrrhusque bellum instauraturus putaretur, M'. Curium refici consulem placuit; quod unus ille adversus regem optime gesta re, ad reliqua quoque belli plus auctoritatis et fortunæ allaturus videretur. Ex patriciis Ser. Cornelius Merenda factus est, eum quoque provehente recenti gloria, et commendatione gentilis sui, sub que priore anno militaverat.

XXXVIII. His consulibus in Lucanos, Samnitesque et Bruttios conversa belli moles est; qui cum locis potius quam armis se defenderent, nihil rei ad reliquarum exemplum memorabilis geri potuit. Neque tamen imminuta inde Curii gloria est, sic quoque judicantibus omnibus, regem acerrimum, non modo cladem acceptam, sed etiam ducem adversus se denuo venturum Curium, exhorruisse. Confecti itaque belli hujus, fugatique ex Italia Pyrrhi penes illum laus atque fama permansit. Anno, qui tertium Curii consu-

[§] XXXVI. Dio apud Vales. — Pausan. l. I. — Just. XXIII, 2. — Polyæn. Strat. VI, 6. — § XXXVII. Zonar. — Plut. in Pyrrh. c. 59.

latum sequutus est, primum ab alexandrinis regibus legati cum muneribus Romam venerunt; in C. Fabii Dorsonis, C. Claudii Caninæ magistratu. Ptolemæus cognomento Philadelphus, audita Pyrrhi fuga, gratulatum misit, petitumque, ut populi romani socius et amicus haberetur. Lætum id honorificumque patribus visum, quod amicitia romana ultro a tam potentibus tamque longinquis regibus ambiretur. Igitur comiter acceptis habitisque legatis, societatem cum Ptolemæo jungi placuit: simul delecti ex illustribus, qui confirmandæ ejus, reddendique officii gratia legatione ad regem fungerentur, Q. Fabius Gurges ex consularibus, et cum eo C. et Numerius Fabii Pictores, Quintusque Ogulnius.

XXXIX. His profectis, adversus italicos populos, qui arma adhuc necessitate et desperatione retinebant, a consulibus feliciter dimicatum est. Majores alterius res fuisse visas, triumphus C. Claudii Caninæ argumento est, quem de Lucanis, Samnitibus, Bruttiis in magistratu suo duxit Quirinalibus. Sed rerum foris prosperarum lætitiam nonnihil turbavit Sextilia, quæ Vestalis virgo quum esset, incesti. comperta, temeratis religionibus, infensos civitati deos effecisse credebatur. Sed piaculis et sacris placata deum ira, sacerdosque verso in noxium caput supplicio, ad portam Collinam viva defossa est. Iisdem consulibus coloniæ deductæ sunt, Cossa in Volscientibus, et in Lucania Pæstum, quæ Græcis Posidonia vocatur. Eam Lucani Sybaritis ademerant: ab his recens in ditionem populi romani pervenerat. Illustrior anni sequentis memoria est, qui finem belli non adversum Samnitas modo cæterosque, sed etiam cum Tarentinis attulit.

XL. L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius secundum consules, Samnites Bruttiosque et lucanum cum tarentino populo provincias nacti, exspectationem hominum (nam in spem hoc anno finiendi belli par istud consulum studiose delectum

[§] XXXVIII. Liv. Epit. XIV. — Eutr. lib. II. — Zon. — Euseb. II, 1729. — Dio apud Urs. — Val. Max. IV, 3, 9. — § XXXIX. Marm. Capitol. — Liv. Epit. XIV. — Oros. IV, 2. — Vell. I, 14. — Plin. III, 5. — Strab. l. V.

314 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

fuerat) consiliis factisque magnificis expleverunt. Et Samnites quidem a Carvilio perdomiti, primum atque septuagesimum post annum, quam decertari cœperat, meliori quam antea fide conditiones pacis a Romanis impositas accepere. L. Papirius Bruttios et Lucanos magnis cladibus subactos ad pacem petendam compulit. Ut tamen in uno multorum finitimorum populorum bello, terminis quoque regionum ipsarum permixtis, etiam Papirio cum Samnitibus, Carvilio cum Bruttiis Lucanisque, et utrique cum Tarentinis res fuit. Nec enim modo copiæ Tarentinorum fusæ fugatæque; sed ipsa quoque civitas in fidem accepta est. Quod negotium, quia præter victoriam ex nobilissima urbe, Pyrrhi regis mortem, Carthaginiensium calliditatem, et prima æmulationum inter Pænos Romanosque initia continet, paulo accuratius explicandum est.

XLI. Pyrrhus ante biennium ex Italia sic abnavigaverat, ut, relicto in urbe tarentina præsidio, spem reditus sui faceret. Ea paulo post novo regis istius in Macedonia successu non parum aucta, Italorum animos adversus præsentia damna sustenta verat. Vir enim ardentis animi quum diu quiescere non posset, Antigono, quod in Italia belligerantem nullis auxiliis juvisset, bellum intulerat, eumque prælio victum universo prope regno ejecerat. Unde Romanis quoque continuus per ea tempora metus fuit, ne auctioribus copiis regressus in Italiam, majus priore bellum excitaret. Sed inopinata mors regis spes metusque omnium subito incidit atque sustulit. Pyrrhus enim, ut erat potentiæ in immensum augendæ insatiabiliter appetens, per causam reducendi in regnum Spartæ Cleonymi, qui cum Areo dissidebat, Peloponnesum ingressus, ad illam etiam occupandam adjecit animum. Et Lacedæmonios quidem, licet urbe frustra oppugnata, magnis affecit incommodis.

XLII. Sed Argis interea, quum adversæ factiones duæ essent, principes earum Aristippus Antigonum, Aristias Pyr-

[§] XL. Liv. XXIV, 9; id. XXXI, 31; ejusdem Epit. — Zonaras. — Pausan. lib. I. — Plutarch. in Pyrrh. cap. 57. — § XLI. Pausan. — Plutarch.

rhum, ad opprimendos inimicos advocat; nam et Antigonus, contra communem hostem Laconibus auxilio futurus, in Peloponnesum venerat. Ita diversis portis, sub eandem noctem, utriusque regis copiæ in argivam urbem recipiuntur. Pyrrhus cognito urgeri suos, urbem et ipse ingressus, quum die jam oriente lupum et taurum ex ære, certantium inter se habitu, vidisset, imminentis fati indicio exhorruit.Oraculum enim erat vetus, fatalem Æacidæ locum fore, ubi taurum cum lupo dimicantem spectavisset. Igitur retrahere copias, et ex urbe recedere cogitabat. Sed occurrentes cum Heleno Pyrrhi filio subsidiarii milites elephantique, clauserant exitum: hisque in urbem irrumpere, illis exire nitentibus, quum hostes etiam acriter insisterent cedenti turbæ, et in angustis viarum spatiis Argivi, Macedones, Epirotæ, quique cum Areo venerant Spartani Cretesque, ad hæc elephanti quidam truderent inter se'truderenturque; omnia trepidatione et tumultu miscebantur.

XLIII. Dum inter hæc Pyrrhus ubique consiliis, clamoribus, manu, servare suos, arcere hostes satagit; a juvene quodam Argivo lancea leviter vulneratus est. Matrem hic habebat anum pauperculam, quæ cum aliis mulieribus ex tecto domus prælium spectans, quum Pyrrhum in auctorem vulneris sui toto impetu ferri videret, periculo filii attonita, protinus tegulam corripuit, ac utraque manu libratam in caput regis demisit. Tam inhonorus et miserabilis exitus Pyrrho fuit, quo majorem animi robore, solertia consiliorum, scientia rei militaris, multisque præterea corporis ingeniique bonis, ætas illa non tulit. Sed fructum laboris operumque suorum, et ornamenta virtutum, ambitione corrupit, felicior futurus, si suis rebus contentus; potentissimus autem omnium, si quam in quærendis opibus industrius fuit, tam in retinendis circumspectus esse potuisset.

XLIV. Hæc igitur postquam in Italia sunt audita, pro variis hominum studiis, lætitia luctuve civitates affecere.

[§] XLIII. Strabo, lib. VIII. — Ovid. in Ibin. — Dionys. ap. Vales. — Justin. XXV, 4 et 5.

Set alli pratera populi, pui sur spontis erant, pacen aniestamente domanorum, quina potente empiroruminas, re- s dimebent beenfinum, se sus espailis miretur, prassition Engineerum et prieterius arus Mila version. Emer gans res gonatim et errorons in urus sapre continuests in apertas municitas processerat lautie maximis il filleritations constari Termani, sum esta menu Romanes destes, intes Epirotas nacemente musis arguns antilium a Carthogiacrasikas petrecriat. Prais vid Suille magnam partem tenerent, et maritima liulia loca silit. rium Romans, accedere mallent, specie at ejiciendum Micheem, caterum si Tarento poteratur, etam airersos komanos tuturi, cum instructa classe prompte accurrerunt. Quam inter hace cham L. Papirius consul advenisset, undique chasa Tarentus erat, Romanis a terra urbem simul arcemente. Parais camdem arcem a mari otsúdeztibus.

XLV. In lose statu rerum, quem hand minor Romano cura esset, ne Carthaginienses arcem caperent, quam ne a se non caperetur, omnes victoria rationes subtiliter indagans, Milonem per idoneos internuntios tentat, si Tarentum ejus opera obtinuisset, ipsum popularesque cum rebus suis incolumes dimissurum esse, policitus. Milo nihil ex præsentibus viciens potius, cum Tarentinis agit, ut junctis consiliis de communi salute deliberarent : sensimque persuadet, ut se legatum ad L. Papirium mitterent, de conditionibus ex omnium utilitate ferendis diligenter acturum. Ut homines tædio curarum periqulorumque fessi lubenter assensi sunt, ad consulem identidem profectus, quocum fallaciam istam composuerat, luculentas plerumque conditiones, et spem non poenitendæ pacis certam referebat. Ea credulitas, si quid in animis Tarentinorum diligentiæ ac curæ superfuerat, securitate fiduciaque resolvit, occasionemque Miloni præbuit, qua non arx modo, sed etiam urbs ipsa Romanis traderetur.

XLVI. Carthaginienses hoc eventu minime leti, sed amicos Romanorum se ferentes, neque aliam ob causam, quam

[§] XLIV. Zon. — Oros. IV, 3.— Liv. Ep. XIV. — § XLV. Front. Str. III, 3.

ad expellendum Milonem venisse, discesserunt. Auctores habeo, Pœnos a Romanis monitos, si tarentinæ rei se immiscerent, contra fædera facturos videri, non modo denuntiationem hanc insuper habuisse, verum etiam in acie tarentina contra Romanos auxilia punica stetisse: qua ex offensa maxime bellum, quod adversum Carthaginienses in Sicilia gestum est, eruperit: quanquam Pœni perjurio culpam tegere volentes, nihil ab se dolo malo factum esse, juravissent. Ego sicut non abnuerim, vel inter ipsos duces tale quid agi potuisse, dum Romanus Pœni præsentiam ægre patitur, Pœnus instituto suo quam potest causam prætexit; vel populos ipsos publice isthæc disputavisse: ita veriores belli mox exorti causas alias fuisse existimo; quod neque statim bellatum est, et postea natum in Sicilia bellum, ob Mamertinos præcipue, manentibus adhuc punicis fæderibus, exarsit. Aucto ad hunc modum imperio, redeuntes Romam consules a gratulantibus' excepti, magno omnium favore, magnaque sua gloria triumpharunt.

XLVII. Inter hæc Q. Fabius Gurges et cæteri, qui missi Alexandriam fuerant, in senatu legationem renuntiarunt: Omni se genere hospitalitatis ac benevolentiæ acceptos habitosque; munera venientibus magnifica missa; majora etiam data discedentibus. Sed priora quidem illa modeste recusari, magis ex dignitate abstinentiaque romana visum esse : cætera, quæ omnino recipienda fuissent, a se priusquam aliarum rerum quidquam agerent, in ærarium populi romani delata esse. Sed et Alexandriæ, quum ad solennes epulas invitatis, more apud reges usitato, coronæ aureæ missæ essent, eas ominis causa acceptas, noctu statuis regis imposuisse. Senatus et successu legationis, et gravitate legatorum mire lætus, gratiis actis, quod sua continentia mores romanos externis quoque nationibus venerabiles reddidissent, restitui munera, quæ in ærarium detulerant, præcepit. Continuo populus, ita demum rempublicam optime gestum iri, dictitans, si ditescendi ex

[§] XLVI. Zonaras. — Oros. — Liv. Epit. — Gotef. Viterb. — Paul. Diac. Hist. Misc. II, 23. — Fast. Capit.

publicis negotiis infame studium tolleretur, idem scivit: quæstoribusque pecuniam eam, uti jussi erant, prompte restituentibus, digni hoc abstinentiæ fructu homines, pari gloria et recusarunt ægyptias opes, et receperunt. Q. Fabium, qui caput legationis ejus fuerat, hoc quoque nomine prælatum tot egregiis viris existimo, ut a censoribus M. Curio, L. Papirio princeps senatus legeretur: quum nobilitate domus, et paternis meritis, simul consulatibus duobus totidemque triumphis, nulli jam honori impar videretur.

XLVIII. Iisdem consulibus M'. Curius censor Anienis amnis aquam in urbem ducendam locavit, ex manubiis hostium. Ex quibus adeo privatim ditari noluit, ut aliquando, quum a malevolis interversæ pecuniæ argueretur, gutto ligneo, quo ad sacrificia uti consueverat, in medium prolato, juraverit, se nihil præterea de præda hostili suam in domum intulisse. Vir profecto tum rerum gestarum magnitudine, tum etiam aliarum virtutum illustribus experimentis meritus, ut quædam ejus insigniora dicta factaque modico excursu annotentur. Neque vero indignum, aut historiæ condendæ officio alienum judico ea referri, per quæ homines in republica versaturi, haud sane minus quam consiliis operibusque militaribus, ad felicitatem ex virtute petendam instruantur. Bello sabino quum tantum prædæ fuisset, ut tum primum Romanos gustum divitiarum cepisse scriptor historiæ Fabius autumet, Curius nihil ex tam opulenta victoria, præter conscientiam famamque, sibi vindicans, in pristina paupertate duritieque mansit: etiam publicæ continentiæ magister idem idoneus, et severus custos.

XLIX. Agri enim captivi parte maxima publicata, privatis haud amplius quaterna dena jugera viritim divisit; ipse, quum senatus majorem ei portionem assignaret, eodem quem cæteris dederat agri modo contentus fuit, malum esse civem dictitans, cui non idem, quod aliis, satis esse posset.

[§] XLVII. Marm. Capitol. — Just. XVIII, 2. — Val. Maxim. IV, 4, 9. — Tacit. Ann. II, 57. — Zonar. — Front. de Aquæduct. — Plin.VII, 41. — § XLVIII. Auct. de Vir. ill. c. 30. — Strab. l. V.

Hæc deinde in Sabinis villa Curiana fuit, in qua forte rapa torrentem victi nuper Samnites quum adivissent, ingensque pondus auri afferrent dono: Ego hæc, inquit, in fictilibus meis esse malo, et aurum habentibus imperare. Cui villæ quum vicina prædia senior Cato possideret, eo ventitabat crebro, tenuemque casam, et rusculum, quod vir tantus post tres triumphos manibus suis foderat, cum recordatione vitæ abstinentissime actæ contemplatus, animum ad parem constantiam, antiquæ simplicitatis et virtutis æmulatione componebat. Et profecto viris haud aliis opus fuit ad imperii futuri tam firma ponenda fundamenta, quæ et impositam molem perferre possent, et non exteris modo concutientibus resisterent, sed ipsis quoque domesticis vitiis ægre vixque convellerentur.

§ XLIX. — Plut. in Apopht. — Front. Strat. IV, 3. — Plin. XVIII, 3. — Auct. de Vir. ill. — Cic. in Catone, cap. 16. — Plutarch. in Cat. maj.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER QUINTUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI QUINTI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI QUINTI.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. Legio campana, quæ Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, securi percussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. Coloniæ deductæ, Arininum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus romanus argento uti cæpit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

I. Superatis post multa certamina validissimis hostibus, partaque per Italiam pace, supererat ea deliberatio Patribus, quemadmodum victoria bene uterentur. Mulctari parte finium omnes, qui arma contra tulerant, populos placuit: severiore adversum Tarentinos vindicta, quanto intemperantius offenderant: arma navesque tradere jussis, muri quoque diruti sunt, tributumque civitati impositum: pax modo cum libertate concessa. Nihil deinde visum antiquius, quam perfidiam puniri legionis, quæ Rheginis dolo circum-

ventis, oppidum eorum decimum jam annum pro suo possidebat. Hi quum ante providissent, romanis rebus quotidie lætioribus, suum scelus inultum non fore, quidquid ad communiendam urbem, viresque defensioni parandas pertinebat, sollicite administraverant: non ignari, quod fraude vique partum esset, nisi iisdem illis artibus diu retineri non posse. Præter insitam ferociam freti erant amicitia Mamertinorum; successuque adversus Carthaginienses, deinde Pyrrhum, quo urbis suæ animorumque fortitudinem experti fuerant, hostibus ab obsidendi consilio cito depulsis. Itaque in tantum creverant rebellium et desertorum animi, ut Crotomem prodentibus quibusdam capere ausi, præsidium romanum trucidare, urbem diruere sustinuerint.

II. Igitur L. Genucio, qui cum C. Quintio consulatum eo anno gerebat, mandata est ultio: compulsisque intra mænia perduellibus urbs obsessa. Sed illis suas et Mamertinorum vires non instrenue opponentibus, quum incommoda quædam passus consul etiam rerum necessararium penuria laboraret, ab Hierone, qui Syracusis principatum obtinebat, frumento et milite adjutus est. Hic enim Mamertinis infensus, etiam socios eorum Rhegium tenentes oderat: incrementis quoque Romanorum, ut eorum animos ad usum sequentium temporum beneficiis occuparet, movebatur. Sic ad extremum ad deditionem urbe coacta, Mamertinos certis conditionibus adstrictos dimisit consul, perfugas et latrones, quorum multi Rhegium, velut ad asylum concurrerant, affecit supplicio: legionarios autem milites abduxit Romam, ut de ipsis senatus statueret.

III. Magnum inde publicæ severitatis exemplum sequitur. Senatus primum omnes, qui adducti a consule fuerant, in carcerem condi jussit, ut inde ad supplicium capitis promerentur. Deinde, quum intercessisset senatusconsulto tribunus plebis M. Fulvius Flaccus, denuntians, ne in capita civium romanorum adversus leges et morem majorum animadverte-

[§] I. Zonaras. — Liv. Epit. XV. — Polyb. I, 7. — Oros. IV, 3. — § II. Zonar. — Liv. Epit. XV.

retur; constantia Patrum tribunitii clamores spreti sunt: suppliciumque de nocentibus sumptum. Ne tamen invidia facti tam acerbi, plebisque mœstitia gravior foret, si tanta hominum multitudo eodem tempore interficeretur; singulis diebus quinquaginta ducti sunt, quos virgis cæsos securi percusserunt. Senatus etiam corpora sepeliri, mortemque cujusquam eorum lugeri vetuit. Decius Jubellias, qui ad eam usque diem oculis suis superstes vixerat, ut majore cum dolore moreretur, in carcere manus sibi attulit. Plures auctores sequutus legionem totam, hominum milia quatuor Romæ in foro securi percussa retuli.

IV. Sed verius puto, quod a Polybio traditur, ex ea legione vivos in potestatem venisse admodum trecentos; reliquum numerum, dum urbs capitur, ferociter repugnando cædi maluisse, non ignaris omnibus, post delicta tam enormia, nihil ex deditione aliud, quam plures cruciatus, mortemque graviore cum ignominia conjunctam exspectari posse. Urbs rhegina prioribus incolis, quod eorum usquam reperiri conquirique poterat, cum libertate legibusque suis, reddita est. Hoc justitiæ fideique documentum romanæ civitatis existimationem largiter auxit: neque minus amoris eo facto, quan per arma metus, apud italicos vicinosque populos quæsitum. C. deinde Genucii, Cn. Cornelii consulatus bellum cum Sarsinatibus habuit. Umbrorum ea gens Apenninum incolentium, quibus causis in arma fuerit acta, quaque spe formidabili iam Romanorum potentiæ se opposuerit, silentibus scriptorum reliquiis, divinare non potui. Totius etiam belli series penitus intercidit, nihilque ad nos ex veteri rerum istarum memoria pervenit, nisi quod a Cn. Cornelio de Sarsinatibus triumphatum est.

V. Asperrimam his consulibus hiemem fuisse Romæ traditur, ut arbores emortuo succo aruerint, Tiberis densa glacie concreverit, jumenta et pecudes inopia pabuli contabuerint: tantaque fuit inclementia cæli, ut in foro romano

[§] III. Valer. Maxim. II, 7, 15. — Front. IV, 1. — Appien. apud Vales. — § IV. Liv. XXVIII. 28, et XXXI, 31. — Polyb. I, 17, et II, 16.

nives horrendæ altitudinis per dies quadraginta continuos duraverint. Res inusitata, ut fit, a multis prodigii loco habita, vehementi terrore hominum animos perculit: intentiore statim metu, quum Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore magistratum ingressis multa cernerentur ostenta, multa nuntiarentur. Romæ enim ædes Salutis, et pars muri sub eodem loco, de cælo tacta. Lupi tres ante lucem Urbem ingressi semesum cadaver intulerunt, membratimque laceratum, in foro, ipsi strepitu hominum exterriti. reliquerunt. Formiis mœnia fulmine sæpius icta disjectaque nuntiabantur: et in agro caleno diducta repente terra flammam erupisse alatam, quæ triduo toto flagrans quinque agri jugera usque in cinerem exusserit, ut non modo fruges eo loco cunctæ, sed etiam arbores radicitus emorerentur. Plus ea res timoris Romæ, quam calamitatis attulit. Nihil enim magnopere consequutum est, nisi quod bellum a Picentibus ortum, annoque sequente confectum, eam quoque regionem romanæ ditioni adjecit.

VI. Interea in Urbe signandi argenti primum initium fuit, auctis jam successu rerum opibus, quum ad eam diem æs tantummodo Romæ in promiscuo pecuniæ usu fuisset, tum autem denarii quinariique ex argento cusi, qui pro libris totidem æris essent; aliique minores, qui dupondio et semisse quum æstimarentur, ex re sunt sestertii appellati. Moneta dicta, quod in æde Junonis capitolina cuderetur. Cognomen enim illud inditum Junoni fuerat, quod bello Pyrrhi et tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monuisset, pecuniam non defore justitiam et arma colentibus. Consules Q. Gallus, C. Fabius ad comprehendendum Lollium samnitem profecti sunt: qui quum obses. Romæ fuisset, clam elapsus, castello quodam occupato faciebat latrocinia, populariumque animos vix adhuc certa pace compositos, ad defectionem incitabat.

[§] V. Colum. Capit. — Zonar. — Aug. de Civ. Dei, III, 17. — Oros. IV, 4. — Eutr. l. II. — § VI. Liv. Epit. XV. — Zonar. — Plin. XXXIII, 3. — Suid. in Μογήτα.

304 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

XXI. In ipso freto trajicientem adorti Carthaginienses, quum Epirotæ nulla ferme maritimarum rerum experientia, hominibus exercitatissimis pares esse non possent, septuaginta naves depresserunt, cæteras reddiderunt inutiles. Ita cum duodecim navibus ex adverso prælio in Italiam effugit, qui navibus tectis amplius centum, et longe adhuc majori onerariarum actuariarumque numero cursum instituerat. Sed undique collecto quod militum ex adverso prælio litora tenere potuerat, statim ita robustam effecit manum, ut Rhegii subito impetu expugnandi spem conciperet. Sed rejectus a Campanis Rhegium tenentibus, mox in periculum haud contemnendum incidit. Quum enim per loca cæca et saltibus impedita duceret, coorti ex insidiis hostes turbaverunt novissimum agmen, multosque milites cum duobus elephantis peremerunt.

XXII. Erat neque genere bellatorum, neque numero spernenda manus. Decem haud minus millia hominum in armis exercitatorum, Mamertini plerique: hi enim Rheginorum amicitia et cognatione confisi, intellecto Pyrrhum in Italiam reverti constituisse, fretum priores transjecerant, et spe prædæ in opportunis ad subitam irruptionem locis consederant. In eo certamine quum pro solita audacia Pyrrhus ante prima signa pugnaret, in capite vulnus accepit. Ad quod obligandum quum ex acie paulisper secessisset, quidam hostium magnitudine corporis et armorum cultu conspicuus longe ante alios procurrens increpavit eum elata voce, jussitque prodire, si viveret. Ibi Pyrrhus ardens ira, visuque et manante per faciem cruore terribilis, impetum in provocatorem, frustra retinentibus suis, vertit: occupatumque illata in caput plaga prosternit! Memoriæ proditum est, eam gladii temperiem, eamque vim ferientis fuisse, ut infimum ad corpus vulnere continuato, partibus utrinque dilabentibus, medium hominem eodem ictu dissecaret. Ejus spectaculi fœda novitate percussi hostes, et ut majorem communi hominum sorte virum reveriti, pugnam omiserunt.

XXIII. Pyrrhus hac molestia solutus, non ideo lætior agebat. Quod enim pars impedimentorum isto prælio amissa erat, et opes ex Siciliæ spoliis partas prioris cum Pœno pugnæ casus interceperat; in magna rei nummariæ difficultate, quum, poscentibus stipendia militibus, non esset unde præberentur, dicatos Proserpinæ thesauros spoliare coactus est. Fanum illud apud Locrenses opinione sanctitatis celeberrimum iis temporibus fuit : quam civitatem quum Pyrrhus animatis præsentia sua regiæ factionis hominibus recepisset, multa in Locrenses fœda facinora edidit, cupidius et latius, quam interfecti præsidii postulasset ultio, cædibus et rapinis in miseros grassatus. Postquam autem nihil supererat, quod conferre homines vellent possentve, manus ad sacram pecuniam extendere cœpit, pessimis amicorum, qui plerumque nocentissimi cujusque consilii auctores fuerant, cupiditatem ejus inflammantibus.

XXIV. Erant autem hi Evogoras Theodori filius, Balacerque Nicandro, et Dinarchus Nicia genitus. Ii non suasores modo fuerunt Pyrrho, necessitati omnia cedere prædicantes; sed ministerium quoque suum sacrilegio præbuerunt : ingenti pondere auri, quod multos per annos subterraneis in specubus asservatum fuerat, eruto. Lætus ille, religione intempestiva nihil ineptius, opesque paratas non accipere dementis esse, dictitans, impositam navibus prædam Tarentum avehi jussit : ipse terra est profectus. Cæterum facinus ei suum non turpius cœpto, quam infelicius eventu fuit. Su-· bita tempestas adorta classem, ventis sub noctem mutantibus, qui ferentes hactenus fuerant, naves in tenebris circumactas partim in fretum expulit. Sed quæ sacram pecuniam vehebant, quassatæ laceratæque undis irrumpentibus, cum ipsis hominibus interierunt : pecuniam autem reliquis ex naufragio tabulis hærentem, postridie quam exportata fuerat, in vicina fano litora fluctus retulerunt.

XXV. Re intellecta, thesaurum omnem diligenter conqui-

[§] XXIII. Liv. XXIX, 18. — Appian. — § XXIV. Dio et Dionys. ap. Vales. — Suidas in ἄδυσσος. — Appian. — Diod. — Liv. VII, 3.

situm referri ad pristinas sedes jussit, pacem numinis, ut putabat, hoc facto impetraturus. Neque tamen ideo melioribus deinceps fatis usus est, omnes ejus conatus, etiam quibus consilium et virtus non abfuisset, eludente fortuna: quam ille rem et postea constanter ad læsi numinis iram referebat, uti Proxenus historiæ scriptor, atque ipse in commentariis suis Pyrrhus memorat: et recenti adhuc malo, quum Proserpinæ sacrificans, multis hostiis litare non posset, exarsit adeo ut cunctos infelicis consilii auctores ac ministros, quique facinus istud aggressuro vel leviter consenserant, de medio tolleret; atque hi quidem dignum moribus factisque suis exitum habuerunt: Pyrrhus autem institutum prosequutus, quieto deinceps itinere Tarentum pervenit.

XXVI. Romani, quum majorem in modum urgeret pestilentia, Pyrrhique in Italiam reditu belli timor crevisset, nihil adversus ista vel humani præsidii, vel divini intentatum reliquerunt. Vetus erat opinio, pestilentiam clavo ab dictatore fixo sedari posse : eam spem tum quoque tentatam, clavique pangendi causa dictatorem dictum esse P. Cornelium Rufinum, haudquaquam improbabilis conjectura est : quum et mali magnitudo ad omnia quærenda remedia stimulare mentes posset, et Rufinum anno sequenti a censoribus notatum fuisse constet, postquam bis consul et dictator fuisset; neque dictaturæ ejus vel certior inveniatur memoria, vel convenientior locus. Et adversus morbos quidem, ut potuit, provisum est: armorum cura majorem industriam contentionemque, præcipue ob difficultatem delectuum, postulabat. Nam præter diuturnitatem belli, etiam longo jam tempore infesta lues tædium rerum omnium hominibus injecerat: citatique juniores militiam mira obstinatione detrectabant. Sed pervicaciam istam severitas et constantia M. Curii Dentati secundum consulis fregit.

XXVII. Is enim, L. Cornelio Lentulo collega, magistratum jam iniverat. Quum igitur in Capitolio delectum habe-

S XXV.Val. Max. I, r, r. — Suidas in παραιτησάμενος. — Dionys. — Appian. — Plut. in Pyrrh. c. 53. — S XXVI. Pigh. in Annal. rom. — Liv. VII, 3. — Varro in Sat. Γέροντος διδασχάλου.

ret Curius, respondente nullo, vocabula tribuum omnium in urnam conjici, quumque Pollia tribus exiisset, quod ex ea nomen primum sorte eductum erat, citari jussit. Tacere perseverantis bona primum, deinde quum graviter de consulis injuria questus tribunos appellasset, ipsum quoque vendidit: nihil opus esse reipublicæ eo cive, qui nesciret parere, præfatus: neque tribuni auxilio fuerunt; et postea quoque salubris exempli judicata res in consuetudinem transiit: ut delectu rite acto, qui miles factus non esset, in servitutem venderetur. Hoc terrore cæteri adacti ad nomina promptius danda: conscriptisque legionibus, quæ decretæ erant, in hosticum ambo consules moverunt: Lentulus in Lucaniam irruit; Samnitas adortus est Curius. Excitus ad ejus rei famam Pyrrhus, lustrato Tarenti exercitu suo, peditum ferme viginti millia, tria equitum recensuit.

XXVIII. Cum his, et delecta Tarentinorum juventute, Samnium ingressus, Samnitas dicto minus audientes habuit; tardiusque ad eum auxilia et infrequentius venere, animis non ob cladium modo magnitudinem fessis, sed etiam exulceratis, eo quod istarum causam Pyrrho imputabant, tam tristia non passuri, nisi proditis discessu suo italicis sociis, expeditionem siculam ille suscepisset. Verumtamen sic quoque magnis instructus copiis, partem earum in Lucaniam, ad distinendum alterum consulem misit; ipse Man. Curium oppugnare aggressus est, facilem sibi reliquam victoriam fore ratus, si hunc superavisset. Romanus autem, gnarus phalangi Macedoniæ, si explicari possit, nullam aciem parem esse, locis impeditis se tuebatur: et quoniam ex Lucania ventura sperabat auxilia, simul etiam auspicia et exta parum læta erant, copiam pugnandi minime faciebat.

XXIX. Tanto vehementius cupiebat confligere Pyrrhus, priusquam duo consulares exercitus conjungerentur. Igitur assumptis ex omni exercitu promptissimis quibusque, præter aliquot elephantos, noctu, quo falleret hostem, ad castra

[§] XXVII. Valer. Maxim. VI, 3, 4. — Liv. Epit. XIV. — Cic. pro A. Cæc. cap. 34. — Plutarch. in Pyrrh. c. 54. — § XXVIII. Frontin. Strat. II, 2.

308 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

Romanorum statuit accedere. Dum autem ad iter et oppugnationem futuram omnia apparantur, ipse in somnum lapsus majorem sibi dentium partem excidere, et ex ore copiosum erumpere sanguinem imaginatus est. Eo visu perplexus, abstinere in id tempus rebus gerendis decreverat; sed amicis obtestantibus, ne occasionem forte non redituram elabi pateretur, signum ad proficiscendum dari jussit. Circa Maleventum urbem (hoc enim tum adhuc nomine erat) montosa et silvestria loca sunt; quæ deinde paulatim æquioribus clivis demissa, postremo in planitiem late patentem desinunt, qui Taurasini campi appellantur. Itaque Pyrrhus ex inferioribus locis per objectos colles et saltus instituto itinere, quum lumina defecissent, erroribus et ignorantia locorum tardatus, luce jam orta ex castris romanis conspici cæpit.

XXX. Commotis inopinato hostis adventu animis, quia tamen dubium haberi non poterat, quin pugnandum foret, extaque victimarum lætiora fuerant, consul celeriter ex castris progressus, primos quosque hostium divulsos a suis et incompositos adoritur, pellitque. Hi in suos incurrentes totum agmen turbavere; cæsusque est militum haud exiguus numerus, et nonnulli elephanti a suis relicti venerunt in potestatem victoris. Hic successus animavit Curium, ut insistendum fortunæ putaret, et cum universis copiis ad pugnam instructis paratisque in campum se demitteret. Neque Epirenses moram fecere. Concursum est utrinque ferociter, sed quod priore certamine Romanus superior fuerat, plus etiam in præsens animorum atque spei attulerat. Cedentibus Epirotis, iterum a belluis subsidium petiit Pyrrhus, alteroque suo cornu fugiente, vicissim in altero Romanos ad præsidia sua pedem referre coegit.

XXXI. Firmam ibi stationem iturus in pugnam consul constituerat: hanc igitur recentibus viribus excipere prælium, et elephantos amoliri jubet. Adversus hæc animantia promptam atque facilem opem usus monstraverat, ignique magis quam ferro averti posse superiores docuerant pugnæ. Parati

igitur erant malleoli, stupa et pice multa obducti, quos incensos ardentesque in terga et turres belluarum jaculabantur: ii, sive cuti elephantorum, sive ligno turrium insedissent, uncis præacutis infixi hærebant. Quum igitur hi, et una varii generis missilia ex superiore loco confertim jacerentur, elephanti partim terrore flammæ, partim dolore vulnerum in furorem acti, quum amplius a magistris regi nequirent, in suorum aciem retrocesserunt, omnia, quo impetum verterant, trepidatione et clade miscentes. Narrant initium stragis ab elephanto pullo ortum, qui telo ictus in capite, quum stridorem querulum edidisset, matrem primum ad notam vocem exsilientem, deinde hac etiam tumultum augente, cæteras belluas omnes turbaverit averteritque.

XXXII. Magna ea pugna et numero cæsorum, et victoriæ fructu fuit. Tum enim debellatum est cum Pyrrho, neque cæteri deinceps Itali diu, neque post Italiam, aliæ nationes regesque restiterunt. Triplo majorem ea pugna numerum in regiis partibus dimicasse tradunt. Octoginta enim peditum, sex equitum millia fuisse; ex his qui plurimum, sex et triginta millia; qui minimum, sex et viginti cæsa memorant: captos mille trecentos, cum elephantis octo. Pyrrhus cum paucis equitibus Tarentum effugit. Capta ejus castra admirationi fuisse dicuntur, et in posterum usui. Antiquitus enim et Romani et alii populi castra passim per corpora cohortium constituere, mapaliorum in morem, solebant: primus totum exercitum Pyrrhus dimensis rite spatiis sub eodem vallo continuisse fertur: atque illo exemplo adjutos Romanos, additis, quæ ex usu viderentur, ad metationem castrorum, quam sequentibus temporibus perfectissimam habuere, pervenisse.

XXXIII. Hic annus republica belli præclare feliciterque gesta, domesticis quoque rebus, et notabili severitate disciplinæ urbanæ illustris fuit. Q. Fabricius Luscinus, Q. Æmilius Papus, concordem censuram exercuerunt. Multis

[§] XXXI. Oros. IV, 2. — Plut. — Flor. I, 18. — Zonaras. — § XXXII. Dionys. apud Vales. — Eutrop. lib. II. — Front. Strat. IV, 1.

equi publici adempti sunt; quidam etiam in senatu legendo præteriti. Sed maxime insignis ad memoriam P. Cornelii Rufini nota fuit. Bis consul et dictator fuerat, rebusque magnis bello gestis triumphaverat. Hunc igitur senatu moverunt censores, causamque isti animadversioni subscripserunt, quod eum comperissent argenti facti cænæ gratia pondo decem habere. Isque casus non hominis modo, sed familiæ ad longum deinde tempus fuit: nec ante Sullam dictatorem, quisquam ex ea summis honoribus usus est. Tanta temporibus istis parsimonia, tantusque in eadem civitate postea luxus fuit, ut quæ supellex apud posteros contemptissimæ vilitatis argumentum futura erat, eadem a prioribus pro intolerabili luxuria damnaretur. Censu perfecto lustrum conditum est: censa civium capita ducenta septuaginta unum millia, ducenta, viginti quatuor.

XXXIV. In exitu anni consul uterque triumphantes Capitolium invecti sunt. Prior Curius: cujus et triumphus cum fama rerum, et lætitia successus, tum etiam splendore pompæ illustrior fuit. Nam ad eam diem ex vicinis et pauperibus populis in apparatu triumphi nihil ferme nisi arma fracta, aut carpenta gallica; in præda, nisi greges et armenta ducta fuerant; tum vero et varietate gentium, quarum captivi ante currum ducebantur, et spoliorum pulchritudine ac magnificentia, celebris species fuit: quum Epirotæ, Thessali, Macedones, Apuli, Lucani, Bruttii, vincti ante currum agerentur : præferrentur autem tabulæ pictæ, signa nobilium artificum, aurum, purpura, cæteræque transmarinæ elegantiæ, et Tarentini luxus instrumenta. Sed præcipui miraculi gaudiique spectaculum elephanti fuere. Cum ipsis turribus suis quatuor (nam reliqui ex vulneribus interierant) tum primum Romæ visi sunt: vulgus a nomine animalis, quod hactenus maximum noverat, et loci, ubi primum conspexerat, boves Lucas vocitabat.

XXXV. Alterius consulis paucos post dies obscurior trium-

[§] XXXIII. Zonar. — Liv. Epit. XIV. — Agell. IV, 8. — Plutarch. Sulla, I. — Val. Max. II, 9, 4. — Fasti Capitol. — § XXXIV. Flor. I, 18. — Senec. de brev. vitæ, cap. 13. — Eutrop. — Plinius, VIII, 6.

phus fuit. Neque tamen illi pænitendæ res fuerunt. Samnites et Lucanos vicerat; oppida multa ceperat, sed comparatione curianæ gloriæ, horum splendor æstimatioque decrescebat. Inter eos, qui virtutis ergo donati sunt, Ser. Cornelio Merendæ auream coronam ex præda dedit, ob samniticum quoddam oppidum ejus maxime opera captum. Romanis ad hunc modum victoriæ suæ lætitia fruentibus, longe dispar animorum habitus apud hostes erat. Ii jam olim imperio Pyrrhi minime læti, post infelicem pugnam, animis timore atque indignatione plenis, nihil quietum agitabant. Rex ipse dudum romani belli pertæsus, et nunc desperata penitus victoria, nihil nisi rationem tutius honestiusque discedendi meditabatur. Sed dissimulato interea consilio, hortabatur socios, ne ob unum adversum prælium conciderent animis: non plus eos cladis postrema hac pugna accepisse, quam prima intulissent: neque ideo Romanos ad pacem etiam bonis conditionibus permoveri potuisse. Horum constantiam si ipsi quoque æmularentur, seque fortunæ vertenti servarent, omnia commodius habitura; superesse vires ad hæc diuturno bello suffecturas. In Græcia multos potentes amicos se habere, a quibus certa auxilia exspectare possit.

XXXVI. Neque hæc incredibiliter fingebantur: quum et antea, præsertim a Ptolemæo, qui Macedoniæ tum præerat, luculenter adjutus fuisset: et in magna existimatione apud Græcos barbarosque esset; aliisque beneficiorum memoria, aliis metu devinctis, ab Ætolorum gente temporibus istis potentissima, ipsisque Macedonibus, præterea Illyriorum regulis coleretur. Cæterum hæc ita jactabat, magis ut desciscere parantes socios in fide retineret, donec aperto ad navigandum mari regnum repetere posset; quam quod aut bellum in Italia continuare vellet, aut magnam spem in transmarinis auxiliis haberet. Dimissis tamen circum Asiæ Macedoniæque reges legatis, ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono, qui Macedoniam tenebat, utrumque postulabat. Hac spe utcunque retenta sociorum voluntate,

[§] XXXV. Capit. Marmor. — Plin. — Just. XXV, 3.

quum interea dissimulanter omnia paravisset ad discessum, legati cum litteris ab Antigono redierunt. Convocatis igitur suorum Italorumque principibus, non quidem quas acceperat litteras recitavit, sed fictitias alias, quibus paulo post ab Antigono auxilia magna affutura esse continebatur.

XXXVII. Hoc astu non sociis modo delusis, sed etiam Romanis, qui propinquo loco præsidium agitabant; consecuta nocte citra ullum impedimentum vela fecit, Cerauniosque montes (Epiri id promontorium est) tenuit. Sed quo minori turpitudine deseruisse bellum videretur, fidesque hominibus fieret, perfectis quibus evocatus esset rebus reversurum, Milonem ad custodiam arcis Tarentinæ reliquit; eique, ut non modo spe præmiorum, sed etiam paris exitii metu in fide maneret, sellam dedit, cujus lora erant ex Niciæ pelle, quem compertis in caput suum insidiis occiderat. Huic igitur addito præsidio militum, cum cæteris copiis, octo peditum millia, quingenti equites erant, sexto quam exiverat anno, patrium in regnum reversus est. Interea Romæ quum comitia centuriata haberentur, Pyrrhusque bellum instauraturus putaretur, M'. Curium refici consulem placuit; quod unus ille adversus regem optime gesta re, ad reliqua quoque belli plus auctoritatis et fortunæ allaturus videretur. Ex patriciis Ser. Cornelius Merenda factus est, eum quoque provehente recenti gloria, et commendatione gentilis sui, sub que priore anno militaverat.

XXXVIII. His consulibus in Lucanos, Samnitesque et Bruttios conversa belli moles est; qui cum locis potius quam armis se defenderent, nihil rei ad reliquarum exemplum memorabilis geri potuit. Neque tamen imminuta inde Curii gloria est, sic quoque judicantibus omnibus, regem acerrimum, non modo cladem acceptam, sed etiam ducem adversus se denuo venturum Curium, exhorruisse. Confecti itaque belli hujus, fugatique ex Italia Pyrrhi penes illum laus atque fama permansit. Anno, qui tertium Curii consu-

[§] XXXVI. Dio apud Vales. — Pausan. I. I. — Just. XXIII, 2. — Polygen. Strat. VI, 6. — § XXXVII. Zonar. — Plut. in Pyrrh. c. 59.

latum sequutus est, primum ab alexandrinis regibus legati cum muneribus Romam venerunt; in C. Fabii Dorsonis, C. Claudii Caninæ magistratu. Ptolemæus cognomento Philadelphus, audita Pyrrhi fuga, gratulatum misit, petitumque, ut populi romani socius et amicus haberetur. Lætum id honorificumque patribus visum, quod amicitia romana ultro a tam potentibus tamque longinquis regibus ambiretur. Igitur comiter acceptis habitisque legatis, societatem cum Ptolemæo jungi placuit: simul delecti ex illustribus, qui confirmandæ ejus, reddendique officii gratia legatione ad regem fungerentur, Q. Fabius Gurges ex consularibus, et cum eo C. et Numerius Fabii Pictores, Quintusque Ogulnius.

XXXIX. His profectis, adversus italicos populos, qui arma adhuc necessitate et desperatione retinebant, a consulibus feliciter dimicatum est. Majores alterius res fuisse visas, triumphus C. Claudii Caninæ argumento est, quem de Lucanis, Samnitibus, Bruttiis in magistratu suo dukit Quirinalibus. Sed rerum foris prosperarum lætitiam nonnihil turbavit Sextilia, quæ Vestalis virgo quum esset, incesti. comperta, temeratis religionibus, infensos civitati deos effecisse credebatur. Sed piaculis et sacris placata deum ira, sacerdosque verso in noxium caput supplicio, ad portam Collinam viva defossa est. Iisdem consulibus coloniæ deductæ sunt, Cossa in Volscientibus, et in Lucania Pæstum, quæ Græcis Posidonia vocatur. Eam Lucani Sybaritis ademerant: ab his recens in ditionem populi romani pervenerat. Illustrior anni sequentis memoria est, qui finem belli non adversum Samnitas modo cæterosque, sed etiam cum Tarentinis attulit.

XL. L. Papirius Cursor, Sp. Carvilius secundum consules, Samnites Bruttiosque et lucanum cum tarentino populo provincias nacti, exspectationem hominum (nam in spem hoc anno finiendi belli par istud consulum studiose delectum

^{\$} XXXVIII. Liv. Epit. XIV. — Eutr. lib. II. — Zon. — Euseb. II, 1729. — Dio apud Urs. — Val. Max. IV, 3, 9. — \$ XXXIX. Marm. Capitol. — Liv. Epit. XIV. — Oros. IV, 2. — Vell. I, 14. — Plin. III, 5. — Strab. l. V.

314 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

fuerat) consiliis factisque magnificis expleverunt. Et Samnites quidem a Carvilio perdomiti, primum atque septuagesimum post annum, quam decertari cœperat, meliori quam antea fide conditiones pacis a Romanis impositas accepere. L. Papirius Bruttios et Lucanos magnis cladibus subactos ad pacem petendam compulit. Ut tamen in uno multorum finitimorum populorum bello, terminis quoque regionum ipsarum permixtis, etiam Papirio cum Samnitibus, Carvilio cum Bruttiis Lucanisque, et utrique cum Tarentinis res fuit. Nec enim modo copiæ Tarentinorum fusæ fugatæque; sed ipsa quoque civitas in fidem accepta est. Quod negotium, quia præter victoriam ex nobilissima urbe, Pyrrhi regis mortem, Carthaginiensium calliditatem, et prima æmulationum inter Pænos Romanosque initia continet, paulo accuratius explicandum est.

XLI. Pyrrhus ante biennium ex Italia sic abnavigaverat, ut, relicto in urbe tarentina præsidio, spem reditus sui faceret. Ea paulo post novo regis istius in Macedonia successu non parum aucta, Italorum animos adversus præsentia damna sustentaverat. Vir enim ardentis animi quum diu quiescere non posset, Antigono, quod in Italia belligerantem nullis auxiliis juvisset, bellum intulerat, eumque prælio victum universo prope regno ejecerat. Unde Romanis quoque continuus per ea tempora metus fuit, ne auctioribus copiis regressus in Italiam, majus priore bellum excitaret. Sed inopinata mors regis spes metusque omnium subito incidit atque sustulit. Pyrrhus enim, ut erat potentiæ in immensum augendæ insatiabiliter appetens, per causam reducendi in regnum Spartæ Cleonymi, qui cum Areo dissidebat, Peloponnesum ingressus, ad illam etiam occupandam adjecit animum. Et Lacedæmonios quidem, licet urbe frustra oppugnata, magnis affecit incommodis.

XLII. Sed Argis interea, quum adversæ factiones duæ essent, principes earum Aristippus Antigonum, Aristias Pyr-

[§] XL. Liv. XXIV, 9; id. XXXI, 31; ejusdem Epit. — Zonaras. — Pausanlib. I. — Plutarch. in Pyrrh. cap. 57. — § XLI. Pausan. — Plutarch.

rhum, ad opprimendos inimicos advocat; nam et Antigonus, contra communem hostem Laconibus auxilio futurus, in Peloponnesum venerat. Ita diversis portis, sub eandem noctem, utriusque regis copiæ in argivam urbem recipiuntur. Pyrrhus cognito urgeri suos, urbem et ipse ingressus, quum die jam oriente lupum et taurum ex ære, certantium inter se habitu, vidisset, imminentis fati indicio exhorruit. Oraculum enim erat vetus, fatalem Æacidæ locum fore, ubi taurum cum lupo dimicantem spectavisset. Igitur retrahere copias, et ex urbe recedere cogitabat. Sed occurrentes cum Heleno Pyrrhi filio subsidiarii milites elephantique, clauserant exitum: hisque in urbem irrumpere, illis exire nitentibus, quum hostes etiam acriter insisterent cedenti turbæ, et in angustis viarum spatiis Argivi, Macedones, Epirotæ, quique cum Areo venerant Spartani Cretesque, ad hæc elephanti quidam truderent inter se'truderenturque; omnia trepidatione et tumultu miscebantur.

XLIII. Dum inter hæc Pyrrhus ubique consiliis, clamoribus, manu, servare suos, arcere hostes satagit; a juvene quodam Argivo lancea leviter vulneratus est. Matrem hic habebat anum pauperculam, quæ cum aliis mulieribus ex tecto domus prælium spectans, quum Pyrrhum in auctorem vulneris sui toto impetu ferri videret, periculo filii attonita, protinus tegulam corripuit, ac utraque manu libratam in caput regis demisit. Tam inhonorus et miserabilis exitus Pyrrho fuit, quo majorem animi robore, solertia consiliorum, scientia rei militaris, multisque præterea corporis ingenique bonis, ætas illa non tulit. Sed fructum laboris operumque suorum, et ornamenta virtutum, ambitione corrupit, felicior futurus, si suis rebus contentus; potentissimus autem omnium, si quam in quærendis opibus industrius fuit, tam in retinendis circumspectus esse potuisset.

XLIV. Hæc igitur postquam in Italia sunt audita, pro variis hominum studiis, lætitia luctuve civitates affecere.

[§] XLIII. Strabo, lib. VIII. — Ovid. in Ibin. — Dionys. ap. Vales. — Justin. XXV, 4 et 5.

Sed alii quidem populi, qui suæ spontis erant', pacem amicitiamque Romanorum, quibus poterant conditionibus, redimebant: tarentinum, ne suis consiliis uteretur, præsidium Epirotarum et præfectus arcis Milo vetabat. Inter quos res paulatim ex levioribus injuriis atque contumeliis in apertas inimicitias processerat. Itaque maximis in difficultatibus constituti Tarentini, quum extra mænia Romanos hostes, intus Epirotas haberent; missis legatis auxilium a Carthaginiensibus petiverunt. Pœni, qui Siciliæ magnam partem tenerent, et maritima Italiæ loca sibi, quam Romanis, accedere mallent, specie ad ejiciendum Milonem, cæterum si Tarento potirentur, etiam adversus Romanos tuituri, cum instructa classe prompte accurrerunt. Quum inter hæc etiam L. Papirius consul advenisset, undique clausa Tarentus erat, Romanis a terra urbem simul arcemque, Pœnis eamdem arcem a mari obsidentibus.

XLV. In hoc statu rerum, quum haud minor Romano cura esset, ne Carthaginienses arcem caperent, quam ne a se non caperetur, omnes victoriæ rationes subtiliter indagans, Milonem per idoneos internuntios tentat, si Tarentum ejus opera obtinuisset, ipsum popularesque cum rebus suis incolumes dimissurum esse, pollicitus. Milo nihil ex præsentibus videns potius, cum Tarentinis agit, ut junctis consilüs de communi salute deliberarent: sensimque persuadet, ut se legatum ad L. Papirium mitterent, de conditionibus ex omnium utilitate ferendis diligenter acturum. Ut homines tædio curarum periculorumque fessi lubenter assensi sunt, ad consulem identidem profectus, quocum fallaciam istam composuerat, luculentas plerumque conditiones, et spem non pænitendæ pacis certam referebat. Ea credulitas, si quid in animis Tarentinorum diligentiæ ac curæ superfuerat, securitate fiduciaque resolvit, occasionemque Miloni præbuit, qua non arx modo, sed etiam urbs ipsa Romanis traderetur.

XLVI. Carthaginienses hoc eventu minime læti, sed amicos Romanorum se ferentes, neque aliam ob causam, quam

[§] XLIV. Zon. — Oros. IV, 3. — Liv. Ep. XIV. — § XLV. Front. Str. III, 3.

ad expellendum Milonem venisse, discesserunt. Auctores habeo, Pœnos a Romanis monitos, si tarentinæ rei se immiscerent, contra fædera facturos videri, non modo denuntiationem hanc insuper habuisse, verum etiam in acie tarentina contra Romanos auxilia punica stetisse: qua ex offensa maxime bellum, quod adversum Carthaginienses in Sicilia gestum est, eruperit: quanquam Pæni perjurio culpam tegere volentes, nihil ab se dolo malo factum esse, juravissent. Ego sicut non abnuerim, vel inter ipsos duces tale quid agi potuisse, dum Romanus Pœni præsentiam ægre patitur, Pœnus instituto suo quam potest causam prætexit; vel populos ipsos publice isthæc disputavisse : ita veriores belli mox exorti causas alias fuisse existimo; quod neque statim bellatum est, et postea natum in Sicilia bellum, ob Mamertinos præcipue, manentibus adhuc punicis fæderibus, exarsit. Aucto ad hunc modum imperio, redeuntes Romam consules a gratulantibus' excepti, magno omnium favore, magnaque sua gloria triumpharunt.

XLVII. Inter hæc Q. Fabius Gurges et cæteri, qui missi Alexandriam fuerant, in senatu legationem renuntiarunt: Omni se genere hospitalitatis ac benevolentiæ acceptos habitosque; munera venientibus magnifica missa; majora etiam data discedentibus. Sed priora quidem illa modeste recusari, magis ex dignitate abstinentiaque romana visum esse : cætera, quæ omnino recipienda fuissent, a se priusquam aliarum rerum quidquam agerent, in ærarium populi romani delata esse. Sed et Alexandriæ, quum ad solennes epulas invitatis, more apud reges usitato, coronæ aureæ missæ essent, eas ominis causa acceptas, noctu statuis regis imposuisse. Senatus et successu legationis, et gravitate legatorum mire lætus, gratiis actis, quod sua continentia mores romanos externis quoque nationibus venerabiles reddidissent, restitui munera, quæ in ærarium detulerant, præcepit. Continuo populus, ita demum rempublicam optime gestum iri, dictitans, si ditescendi ex

[§] XLVI. Zonaras. — Oros. — Liv. Epit. — Gotef. Viterb. — Paul. Diac. Hist. Misc. II, 23. — Fast. Capit.

publicis negotiis infame statimu tollaretur, idem scivit: questoribusque pecuniam cam, uti jussi erant, prompte restituentibus, degni hoc abstinentiie fructu homines, pari gloria et recusarunt ægyptias opes, et receperunt. Q. Fabium, qui caput legationis ejus fuerat, hoc quoque nomine prælatum tot egregiis viris existimo, ut a censoribus M. Curio, L. Papirio princeps senatus legeretur: quum nobilitate domus, et paternis meritis, simul consulatibus duobus totidemque triumphis, nulli jam honori impar videretur.

XLVIII. lisdem consulibus M. Curius censor Anienis annis aquam in urbem ducendam locavit, ex manubiis hostium. Ex quibus adeo privatim ditari noluit, ut aliquando, quum a malevolis interverse pecunize argueretur, gutto ligneo, quo ad sacrificia uti consueverat, in medium prolato, juraverit, se nihil præteren de præda hostiti snam in domum intulisse. Vir profecto tum rerum gestarum magnitudine, tum etiam aliarum virtutum illustribus experimentis meritus, ut quædam ejus insigniora dicta factaque modico excursu annotentur. Neque vero indignum, aut historia condendæ officio alienum judico ea referri, per quæ homines in republica versaturi, haud sane minus quam consiliis operibusque militaribus, ad felicitatem ex virtute petendam instruantur. Bello sabino quum tantum prædæ fuisset, ut tum primum Romanos gustum divitiarum cepisse scriptor historiæ Fabius autumet, Curius nihil ex tam opulenta victoria, præter conscientiam famamque, sibi vindicans, in pristina paupertate duritieque mansit : etiam publicæ continentiæ magister idem idoneus, et severus custos.

XLIX. Agri enim captivi parte maxima publicata, privatis haud amplius quaterna dena jugera viritim divisit; ipse, quum senatus majorem ei portionem assignaret, eodem quem cæteris dederat agri modo contentus fuit, malum esse civem dictitans, cui non idem, quod aliis, satis esse posset.

[§] XLVII. Marm. Capitol. — Just. XVIII, 2. — Val. Maxim. IV, 4, 9. — Tacit. Ann. II, 57. — Zonar. — Front. de Aquæduct. — Plin. VII, 41. — § XLVIII. Auct. de Vir. ill. c. 30. — Strab. l. V.

Hæc deinde in Sabinis villa Curiana fuit, in qua forte rapa torrentem victi nuper Samnites quum adivissent, ingensque pondus auri afferrent dono: Ego hæc, inquit, in fictilibus meis esse malo, et aurum habentibus imperare. Cui villæ quum vicina prædia senior Cato possideret, eo ventitabat crebro, tenuemque casam, et rusculum, quod vir tantus post tres triumphos manibus suis foderat, cum recordatione vitæ abstinentissime actæ contemplatus, animum ad parem constantiam, antiquæ simplicitatis et virtutis æmulatione componebat. Et profecto viris haud aliis opus fuit ad imperii futuri tam firma ponenda fundamenta, quæ et impositam molem perferre possent, et non exteris modo concutientibus resisterent, sed ipsis quoque domesticis vitiis ægre vixque convellerentur.

§ XLIX. — Plut. in Apopht. — Front. Strat. IV, 3. — Plin. XVIII, 3. — Auct. de Vir. ill. — Cic. in Catone, cap. 16. — Plutarch. in Cat. maj.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER QUINTUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI QUINTI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI QUINTI.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. Legio campana, quæ Rhegium occupaverat, obsessa, deditione facta, securi percussa est. Quum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam juvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. Coloniæ deductæ, Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. Tunc primum populus romanus argento uti cœpiţ. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. Quæstorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

I. Superatis post multa certamina validissimis hostibus, partaque per Italiam pace, supererat ea deliberatio Patribus, quemadmodum victoria bene uterentur. Mulctari parte finium omnes, qui arma contra tulerant, populos placuit: severiore adversum Tarentinos vindicta, quanto intemperantius offenderant: arma navesque tradere jussis, muri quoque diruti sunt, tributumque civitati impositum: pax modo cum libertate concessa. Nihil deinde visum antiquius, quam perfidiam puniri legionis, quæ Rheginis dolo circum-

JO. FREINS. SUPPL. IN LOC. LIB. XV. 321 ventis, oppidum eorum decimum jam annum pro suo possidebat. Hi quum ante providissent, romanis rebus quotidie lætioribus, suum scelus inultum non fore, quidquid ad communiendam urbem, viresque defensioni parandas pertinebat, sollicite administraverant: non ignari, quod fraude vique partum esset, nisi iisdem illis artibus diu retineri non posse. Præter insitam ferociam freti erant amicitia Mamertinorum; successuque adversus Carthaginienses, deinde Pyrrhum, quo urbis suæ animorumque fortitudinem experti fuerant, hostibus ab obsidendi consilio cito depulsis. Itaque in tantum creverant rebellium et desertorum animi, ut Crotonem prodentibus quibusdam capere ausi, præsidium romanum trucidare, urbem diruere sustinuerint.

II. Igitur L. Genucio, qui cum C. Quintio consulatum eo anno gerebat, mandata est ultio: compulsisque intra mænia perduellibus urbs obsessa. Sed illis suas et Mamertinorum vires non instrenue opponentibus, quum incommoda quædam passus consul etiam rerum necessararium penuria laboraret, ab Hierone, qui Syracusis principatum obtinebat, frumento et milite adjutus est. Hic enim Mamertinis infensus, etiam socios eorum Rhegium tenentes oderat: incrementis quoque Romanorum, ut eorum animos ad usum sequentium temporum beneficiis occuparet, movebatur. Sic ad extremum ad deditionem urbe coacta, Mamertinos certis conditionibus adstrictos dimisit consul, perfugas et latrones, quorum multi Rhegium, velut ad asylum concurrerant, affecit supplicio: legionarios autem milites abduxit Romam, ut de ipsis senatus statueret.

III. Magnum inde publicæ severitatis exemplum sequitur. Senatus primum omnes, qui adducti a consule fuerant, in carcerem condi jussit, ut inde ad supplicium capitis promerentur. Deinde, quum intercessisset senatusconsulto tribunus plebis M. Fulvius Flaccus, denuntians, ne in capita civium romanorum adversus leges et morem majorum animadverte-

[§] I. Zonaras. — Liv. Epit. XV. — Polyb. I, 7. — Qros. IV, 3. — § II. Zonar. — Liv. Epit. XV.

retur; constantia Patrum tribunitii clamores spreti sunt: suppliciumque de nocentibus sumptum. Ne tamen invidia facti tam acerbi, plebisque mœstitia gravior foret, si tanta hominum multitudo eodem tempore interficeretur; singulis diebus quinquaginta ducti sunt, quos virgis cæsos securi percusserunt. Senatus etiam corpora sepeliri, mortemque cujusquam eorum lugeri vetuit. Decius Jubellius, qui ad eam usque diem oculis suis superstes vixerat, ut majore cum dolore moreretur, in carcere manus sibi attulit. Plures auctores sequutus legionem totam, hominum millia quatuor Romæ in foro securi percussa retuli.

IV. Sed verius puto, quod a Polybio traditur, ex ea legione vivos in potestatem venisse admodum trecentos; reliquum numerum, dum urbs capitur, ferociter repugnando cædi maluisse, non ignaris omnibus, post delicta tam enormia, nihil ex deditione aliud, quam plures cruciatus, mortemque graviore cum ignominia conjunctam exspectari posse. Urbs rhegina prioribus incolis, quod eorum usquam reperiri conquirique poterat, cum libertate legibusque suis, reddita est. Hoc justitiæ fideique documentum romanæ civitatis existimationem largiter auxit: neque minus amoris eo facto, quam per arma metus, apud italicos vicinosque populos quæsitum. C. deinde Genucii, Cn. Cornelii consulatus bellum cum Sarsinatibus habuit. Umbrorum ea gens Apenninum incolentium, quibus causis in arma fuerit acta, quaque spe formidabili jam Romanorum potentiæ se opposuerit, silentibus scriptorum reliquiis, divinare non potui. Totius etiam belli series penitus intercidit, nihilque ad nos ex veteri rerum istarum memoria pervenit, nisi quod a Cn. Cornelio de Sarsinatibus triumphatum est.

V. Asperrimam his consulibus hiemem fuisse Romæ traditur, ut arbores emortuo succo aruerint, Tiberis densa glacie concreverit, jumenta et pecudes inopia pabuli contabuerint: tantaque fuit inclementia cæli, ut in foro romano

[§] III. Valer. Maxim. II, 7, 15. — Front. IV, 1. — Appian. apud Vales. — § IV. Liv. XXVIII, 28, et XXXI, 31. — Polyb. I, 17, et II, 16.

nives horrendæ altitudinis per dies quadraginta continuos duraverint. Res inusitata, ut fit, a multis prodigii loco habita, vehementi terrore hominum animos perculit: intentiore statim metu, quum Q. Ogulnio Gallo, C. Fabio Pictore magistratum ingressis multa cernerentur ostenta, multa nuntiarentur. Romæ enim ædes Salutis, et pars muri sub eodem loco, de cælo tacta. Lupi tres ante lucem Urbem ingressi semesum cadaver intulerunt, membratimque laceratum, in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Formiis mœnia fulmine sæpius icta disjectaque nuntiabantur: et in agro caleno diducta repente terra flammam erupisse alatam, quæ triduo toto flagrans quinque agri jugera usque in cinerem exusserit, ut non modo fruges eo loco cunctæ, sed etiam arbores radicitus emorerentur. Plus ea res timoris Romæ, quam calamitatis attulit. Nihil enim magnopere consequutum est, nisi quod bellum a Picentibus ortum, annoque sequente confectum, eam quoque regionem romanæ ditioni adjecit.

VI. Interea in Urbe signandi argenti primum initium fuit, auctis jam successu rerum opibus, quum ad eam diem æs tantummodo Romæ in promiscuo pecuniæ usu fuisset, tum autem denarii quinariique ex argento cusi, qui pro libris totidem æris essent; aliique minores, qui dupondio et semisse quum æstimarentur, ex re sunt sestertii appellati. Moneta dicta, quod in æde Junonis capitolina cuderetur. Cognomen enim illud inditum Junoni fuerat, quod bello Pyrrhi et tarentino consulentes de pecuniarum inopia Romanos monuisset, pecuniam non defore justitiam et arma colentibus. Consules Q. Gallus, C. Fabius ad comprehendendum Lollium samnitem profecti sunt: qui quum obses. Romæ fuisset, clam elapsus, castello quodam occupato faciebat latrocinia, populariumque animos vix adhuc certa pace compositos, ad defectionem incitabat.

[§] V. Colum. Capit. — Zonar. — Aug. de Civ. Dei, III, 17. — Oros. IV, 4. — Eutr. l. II. — § VI. Liv. Epit. XV. — Zonar. — Plin. XXXIII, 3. — Suid. in Μογήτα.

324 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

VII. Atque is quidem cum collectitia et maximam partem inermi turba non diu restitit; in Caricinis (ea quoque Samnii pars est, Frentanis propior) laboris periculique plusculum fuit. Dum locus munitus, qui prædarum Lollio receptaculum fuerat, expugnatur; ancipiti casu, ex spe magna in timorem, ex timore ad victoriam subito ventum est. Inducti quidam ex propugnatoribus impunitatis pacto, nocte sublustri Romanos intra mœnia receperunt. Concurrentibus ad tumultum oppidanis, quam manus conseri coepisset, magna vis nivis repente celo delapsa conspectum eripuit præliantibus. Ea res Caricinis adversus locorum ignaros ita profuit, ut maximo in discrimine romana signa versarentur: jamque prope aberat, ut cogerentur referre pedem, quod inter tenebras fieri citra magnum detrimentum nequibat; quum subito, cessante nivium casu, reddita luna est; cecoque metu liberatis promptum ad victoriam iter virtute partum. En turbe impedimento videntur fuisse, ne Picentes iis consulibus perdomarentur.

VIII. Insequente autem anno P. Sempronius Sophus, Appius Claudius Cæci F. Crassus consulatu inito bellum illud aggressi, rem ex sententia confecere. Sub eadem ista tempora in Piceno, qui ager Senonum Gallorum fuerat, Ariminum colonis occupari placuit; Maleventum in Samnio: sed nomine, quod ominosum esse videbatur, mutato, Benevantum colonia dicta est. Sabinis, qui ante aliquot annos accepti in civitatem fuerant, tum suffragii quoque jus datum. In Umbria res etiam a Claudio gestæ, Camarinumque oppidum captum: incolæ sub corona venditi: sed quia parum liquida fide gestum ab imperatore bellum videbatur, utilitatem populus romanus justitiæ posthabuit: conquisitosque Camertes redimi ab emptoribus, receptisque in civitatem locum ad habitandum in Aventino colle assignari, et prædia sua restitui, jussit.

IX. At picentinæ victoriæ majus gaudium fuit : resque

[§] VII. Ptolem. — Zonar. — § VIII. Eutrop. l. II. — Vell. I, 14. — Liv. Epit. XV. — Val. Max. VI, 5, 1. — Pigh. in ann. 485.

digna visa, quæ denariis argenteis nuper cudi cœptis impressa, et pluribus statim innotesceret, et ad memoriam servaretur posteritatis. Nummos Picum repræsentantes, Saturni filium (nam is gentis auctor creditur) et ab alia parte dextram a magistratu romano porrectam supplicanti, ex senatusconsulto cudendos curavit Q. Gædicius Quinti filius. Et certe luculentam ea gente pacata virium accessionem factam vel inde constare potest, quod trecenta sexaginta Picentium millia in fidem populi romani venisse traduntur. Eo bello triumphum consules meruerunt duxeruntque: insigniore tamen P. Sempronii gloria, quod adversus validiores hostium copias, periculoque et contentione majore certaverat. Res enim prodigiosa tum accidit, ut instructa utrinque acie, sub ipsum committendi prælii tempus, terra subito moveret.

X. Sed consul apta tempori oratione territos militum animos confirmavit: haud minus hostes religione non necessaria perturbatos dictitans, ejusque victoriam fore, qui excusso inani metu adversarium sui non bene compotem prior invasisset. Templo deinde Telluri dece voto, si populo romano victoriam dedisset, impetum in hostes fecit. Neque hi segnius excepere certamen, cædesque tam atrox fuit, ut etiam victoris exercitus pars minor evasisse dicatur. Ab hoc prælio, quum alia Picentium oppida, tura caput gentis Asculum, situ murisque tutissimus locus, Sempronio se dediderunt. Hujus deinceps exemplo Picentium omne nomen imperata facere pollicitum, a senatu pacem obtinuit. Jam Italia tota, qua siculum ioniumque mare spectat, perdomita, soli restabant Sallentini, qui ad extremas Italiæ oras colunt, qua mare superum ionio committitur: ad hos igitur a Picentibus bellum, veluti contagione quadam pervasit, iisque M. Atilio Regulo, L. Julio Libone consulibus indictum est. Crimini datum, quod Pyrrhum ex Epiro venientem, portubus oppidisque suis recepissent.

[§] IX. Plin. XXXIII, 3. — Col. triumph. — Entr. lib. II. — § X. Front. Strat. I, 12. — Flor. I, 19 et 20. — Oros. IV, 4. — Strabo, lib. VI. — Liv. Epit. XV. — Eutrop.

XI. Cæterum commoditas portus brundusini, qui eodem vento spirante et dimittere naves potest, et accipere, facilisque inde in Illyricum et Epirum trajectus, quodque opportunius videbatur ipsis Italiæ finibus imperium terminare, veriores belli causæ putabantur. Triumpharunt ex his ambo consules una die, quæ fuit octava Kalend. Februar. Fusis acie Sallentinis, nobilissimum eo tractu oppidum brundusinum ceperant: aliaque prospere gesserant: adjuti, ut ferebant, a Pale pastorum dea, quæ præmium victoriæ petiisse ultro dicitur, ut ædes sibi Romæ dedicaretur. Majori parte Sallentinorum ab his subacta, victoriam sequentis anni consules absolverunt. Numerius Fabius C. F. M. N. et D. Junius D. F. D. nepos Pera fuere. Ab his Umbri simul atque Sallentini in deditionem accepti.

XII. Sic universa jam Italia perpacata, qua maribus et amne Pado finitur, e vestigio per insulas propinquas, et adsitam ionio hadriaticoque pelagoque continentem, aliorum spe, aliorum formidine celebrari romana magnitudo cœpta est. Nam quibus studium erat per injurias vicinorum crescendi, suis consiliis impedimentum a Romano metuebant: aliis ex diverso præsidium istud adversus impotentiam adversariorum, tanquam divinitus oblatum amplexantibus. Primi omnium Apolloniatæ missis Romam legatis in amicitiam recipi petierunt. Urbs illa sexaginta stadiis a mari recedit, a Corinthiis et Corcyræis condita, commodumque portum habet, qua proximus in Græciam a Brundusio trajectus est. Illyricæ macedonicæque circum gentes colunt: igitur inter potentes et cupidos libertatem suam ægre tuebatur. Ab senatu non tam civitatis ejus opes, quæ tenues erant, quam spem futuri, et apertam ad majora occasionem reputante, perquam humaniter accepta est legatio : quo gravior mox vindicta fuit in quosdam ordinis senatorii juvenes, qui legatos orta contentione pulsaverant.

XIII. Q. enim Fabium neque magistratus dignitas, ædi-

[§] XI. Enn. lib. VI. — Zonaras. — Column. triumph. — Flor. I, 20. — Liv. Epit. - S XII. Strab. lib. VII. - Liv. Epit.

litatem enim gerebat, neque generis amplitudo tutata est, quin Apolloniatibus ob eam noxam dederetur. Deditus est etiam Cn. Apronius itidem ædilis, ejusdemque culpæ reus. Hos igitur per feciales legatis Apolloniatorum tradi, quæstoremque cum his Brundusium ire senatus censuit, ne quid in itinere legatis a deditorum propinquis amicisve noceretur. Magnum sane fidei publicæ documentum; sed non inferius prudentiæ: quum enim opinione justitiæ nationum exterarum animos ad amicitiam suam attrahere desiderarent; magnopere intererat, injurias eorum, qui primi ad societatem jungendam venissent, quam accuratissime vindicari: neque enim quidquam destinatis eorum tam inimicum fieri potuisset, quam si commissum esset, ut et Apolloniatas facti sui, et alios exempli pœniteret; atque ab hac utilitate receptum, constanterque secutis etiam temporibus servatum est, ut qui legatos civitatis liberæ pulsavissent, iis, quorum erant legati, dederentur. Cæterum Apolloniatæ deditis in suum oppidum adductis, plus se commodi ex humanitate, quam ex vindicta, consecuturos, prudenter arbitrati, domum incolumes remiserunt.

XIV. Hoc anno ab utroque consule, bini sunt triumphi ducti. D. Junius ante diem quintum Kal. Octobres, Numerius Fabius ante diem tertium Nonas ejusdem mensis de Sarsinatibus Umbrorum populo triumpharunt: iterum Kalend. Febr. Fabius, Nonis Junius de Sallentinis et Messapiorum gente, quæ Sallentinos accolas auxiliis juverat. Is finis eo tempore bellorum italicorum fuit; nam quod anno sequente, Q. Fabio Gurgite tertium, L. Mamilio Vitulo consulibus, ad Volsinios gestum est, non cum justis hostibus bellum, sed adversum scelesta servitia pro sociis ultio fuit. Etruscorum gens opulentissima Volsinii fidem populi romani contra servos quondam suos implorabat. Usi enim inepto consilio, sive quod superioribus bellis attritas vires ita recreari posse sperabant; sive deliciis ipsi diffluentes, ar-

[§] XIII. Dionys. apud Vales. — Zonaras. — Val. Max. VI, 6, 5. — L. 17, ff. de Legation. I, tit. 7.

morum laborem fugiebant: servis libertate et civitate donatis, ea permiserunt. Inde communicatis etiam honoribus in senatum legi, magistratusque fieri copperunt.

XV. Ita brevi oppressis veteribus civibus, translataque in se republica, datam a dominis libertatem adversus ipsos insolentissime exercuerunt. Matronas honestas virginesque per vim constuprari : maritis parentibusque de injuria conquerentibus pro vindicta legum, contumelias et ludibria rependi : arbitrio petulantissimorum nebulonum rapi, trahi, vexari omnia Volsiniis jam in morem venerat. Neve pretereatur insigne monumentum, quem ad finem servilium animorum belluina impudentia possit procedere, si nacu potentiam fuerit; lege lata sanxerunt, uti libertinis in patronorum filias ac uxores stupri jus esset : floremque virginis ingenuo nupturæ primum aliquis ex suo ordine delibaret. Volsinienses igitur veteres, quum neque ferre diutius miserias istas, neque propulsare viribus suis possent, considio clam inter se habito, légatos Romam mittere decreverunt. Ii secretis precibus impetrato, uti privatis in ædibus senatus cogeretur: perniciem enim sibi, si res emanasset, impendentem prospiciebant! oratione flebili calamitates urbis suæ exposuerunt; qua moti Patres, opem miseris ad recuperanda pristina jura promiserunt.

XVI. Sed hæc quum acta secreto putarentur, iis, qui fuerant accusati, per Samnitem quemdam indicata sunt. Is, quum in ædibus, ubi senatus convenerat, hospes domini ægrotaret, per oblivionem eo in loco relietus exceperat dicta, prodideratque. Quæstiones igitur de legatis Roma reversis habitæ sunt; compertoque negotio, et ipsi et principes alii civitatis crudeliter interfecti. Eo justior inferendi belli causa visa: missusque cum exercitu Q. Fabius cos. occurrere ausos in fugam vertit, magnumque fugientium numerum cecidit: cæteros, qui intra munimenta se receperant, actis operibus oppugnare instituit; sed illis non segniter resistentibus,

[§] XIV. Floras, I, 21. — Jo. Antioch. apud Vales. — § XV. Zonaras. — Val. Max. IX, 1, 2. — Auct. de Vir. ill. cap. 36.

quum levia, ut solet, certamina crebro fierent, consul, dum incautius inter tela versatur, vulnus accepit, et in ejus deinde curatione decessit. Obsessi, casu eo cognito, eruptionem summis viribus fecere, sperantes, exercitum interitu ducis turbatum, si subito invaderetur, à mænibus submoveri posse.

XVII. Verumtamen eventus preelii contra dedit: excepti ferociter a militibus romanis, et in urbem iterum cum clade compulsi sunt. Huic ego pugnæ Decium Murem præfuisse crediderim: hic enim legatus esse Fabio, et post necem ejus, donec successor veniret, bellum administrare potuit: atque inde esse reor, quod apud negligentiores historicos, volsiniensis belli cœpti finitique titulus Decio Muri ascriptus est. Censores eo anno creati Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio, et C. Marcius, qui quum antea quoque censuram gessisset, in hoc honore Censorinus appellatus est. Memorabilis hujus Marcii moderatio fuit, qui accepta potestate, quam non ambiverat, populum ad concionem vocatum gravissima oratione increpuit, quod magistratum illum bis eidem mandavisset, cujus tempora, non aliam ob causam, quam quia nimia potestas ejus esset, coarctanda sibi majores judicassent. Inde profecta lex est, qua cautum, ne quis censor iterum fieret.

XVIII. Eodem anno quæstorum numerus ampliatus est. Quatuor hactenus suffecerant: urbani duo; totidem ad bellum exeuntibus consulibus adjungebantur. Sed proximis aliquot annis, aucta majorem in modum republica, vectigalibusque ac portoriis multis accedentibus, duplicari numerum istum necesse fuit. Appius deinde Claudius, qui in magistratu Caudex cognominatus est, et M. Fulvius Flaccus consules sequuntur: annus cæpto primum adversus Pænos in Sicilia bello memorabilis. Tum enim inter duas potentissimas civitates inimicitiæ primum erupere, quæ multos post annos, illatasque et acceptas horrendas clades, non nisi al-

[§] XVI. Julius Obsequens, de Prodigiis, cap. 27. — § XVII. Auct. de Viris illustribus, c. 36. — Marm. Capitolin. — Val. Max. IV, 1, 3.

330 JO. FREINS. SUPP. IN LOC. LIB. XV.

terius excidio finiri potuerunt. Sed prius de Carthagine quadam altius repetenda sunt, quam ad bellorum istorum expositionem accedamus: erunt enim his in rebus enarrandis multa intellectu judicatuque difficiliora, nisi primum origo urbis et incrementa cognoscantur.

§ XVIII. Plut. in Coriolan. cap. 1. — Liv. Epit. XV. — Tacit. Annal. XI, 22, 6. — Agell. XVII, 2.

JOANNIS FREINSHEMII SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER SEXTUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI SEXTI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI SEXTI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur: contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum censuit senatus; quum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset. Transgressis tum primum mare equitibus romanis, adversus Hieronem sæpius bene pugnatum. Petenti pax data est. Lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita ducenta nonaginta duo millia ducenta viginti quatuor. D. Junius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris edidit primus. Colonia Æsernia deducta est. Res præterea contra Pænos et Volsinios prospere gestas continet.

I. CARTHAGINEM a Tyriis Phœnicibus conditam esse, præter veteris historiæ fidem, etiam perpetua civitatum istarum, donec floruerunt, amicitia, præterea linguæ nunc quoque manentis manifesta similitudine, certum atque testatum est. Ex ea gente ferunt Elisam, quæ et Dido cognominata est, filiam Agenoris Belo geniti, quod Pygmalionem iisdem parentibus ortum, ob injustam mariti sui Sichæi cædem odisset, patria profugam, eum Africæ sinum, penin-

332

sulamque in qua post condita Carthago fuit, tenuisse: parvis admodum rei tantæ initiis, ac potentiæ, quæ deinceps consecuta est, spem nullam ostentantibus. Quippe non plus terræ ab incolis emisse Elisa creditur, quam corio bovis amplecti posset: hoc in tenuissima lora dissecto majus aliquanto spatium, quam venditores intelligebant peti, comprehendit; arcique struendæ suffecit locus, quam ex eo Byrsam appellatam putant. Inde multis, commerciorum gratia cum advenis colendorum, sedes juxta statuentibus, quum jam instar civitatis effectum esset; Afrique mansuetos homines et divites secum retinere cuperent : facile assensi sunt venientibus ab Utica legatis, qui suo exemplo (nam et Utica colonia Tyriorum erat) ad condendam iis locis urbem hortabantur. Ita convenit, ut Afri sedem oppidi Phœnicibus concederent; hi annuum eo nomine vectigal penderent Afris.

II. Operi perfecto Elisa lingua sua nomen imposuit Carthadas, quod urbem novam significat; Græci Carchedona, Romani aberrante, ut fit, pronuntiatione Carthaginem vocaverunt. Fa quum et vicinos faventes, et populum industrium, et, quod maximum est, sapientem reginam haberet, admirandis incrementis brevi convaluit. Hæc ante romanam urbem conditam anno circiter septuagesimo acta videntur: nam inter auctores, ut in re tam antiqua, parum convenit. Sed Elisæ quemadmodum vita casuum varietate nobilis, sic etiam memoranda mors fuit. larbas africanæ cujusdam gentis regulus nuptias ejus ambibat, ni assequeretur, bellum minitans; sed illa castitate insigni, et mariti prioris amore, nuptias adversabatur: bellum rebus adhuc nascentibus et teneris exitiosum fore intelligebat : igitur tempore ad deliberandum sumpto, quasi tandem vicisset animum, et ad nuptias africanas adduxisset; in extrema tum urbis parte rogum exstrui jussit, priusquam novum matrimonium ingrederetur, Sichæo suo inferias daturam præferens: tum hostiis multis immolatis, ad ultimum ipsa conscendit pyram, et

[§] I. Bochart. Chanaan. — Just. XVIII, 5. — Appian. Lybic. — Strab. lib. XVII. - Liv. XXXIV, 61. - Vell. I, 2, 6.

gladio, quem secum attulerat, sibi mortem conscivit; caritate viri et civium propriæ incolumitatis curam superante. Retulerunt Carthaginienses quam potuere gratiam: et admiratione virtutum ejus, donec respublica salva fuit, pro dea venerati sunt: ædes in loco, ubi vitam exuerat, structa: ipsa Dido (sic sermone suo viraginem Pœni vocant) appellata.

III. Quum deinde nemo unus successione regni post Elisam dignus haberetur, mixta optimatium et populi potestate gubernari civitas cœpit. Regia tamen appellatio manebat, sed ii lacedæmoniis regibus similes erant; nisi quod nulli certæ domui addictus honos, ut quisque nobihum divitiis et virtute cæteros anteibat, mandabatur. Hi foris bellorum administrationem habebant; unde prætores atque dictatores a Romanis, potestatem eorum cum sua republica comparantibus, appellari solent: domi principes consilii publici erant : cum eo de negotiis civitatis statuebant : de majoribus rebus referebatur ad populum; ejus judicium in dissensu regum atque senatorum valebat : eidem jus erat etiam adversus placita regibus et consilio sciscendi, si forte contra rempublicam esse (id autem licebat cuivis coarguere) viderentur. Quæ nimia populi potestas, cum assentatorum studiis, ut fieri amat, in immensum augeretur, sequentibus temporibus Carthaginiensium rebus vehementer nocuit: in senatu porro seniores triginta quasi sanctius consilium erat: et horum in ordine universo plurima vis. Decoris publici disciplinæque custodiam censoria potestate præfectus morum exercebat.

IV. Successu temporum, majoribus jam populi carthaginiensis opibus, plures ad bellum imperatores deligi cœperunt. Ex quibus præcipuæ virtutis et felicitatis Mago, quum duos filios suis artibus instructos reliquisset, atque easdem illi quoque numerosiori jam soboli veluti per manus trade-

[§] II. Cato ap. Solin. — Bernegg. ad Just. XVIII, 6, 9. — Sil. Ital. l. J, 81. — Serv. in Virg. Æn. I, v. 344. — § III. Arist. Polit. II, 11. — Bongars. ad Just. XXX, 2, 7. — Polyb. VI, 49. — Liv. XXX, 16. — Corn. Nep. ia Hamil. cap. 3.

rent, evenit, ut ejus familiæ nimia potentia novis remediis coercenda videretur: creatique centumviri, penes quos de ipsis quoque ducibus judicia forent: formidabilis potestas, vel amplitudine juris, vel diuturnitate temporis, perpetui enim erant; quum jam reges ipsi non in perpetuum, neque longum adeo ad tempus, sed annui crearentur: quos domi frequentius Suffetes, id est, judices nominabant, consulibus Romanorum similes. Sed centumviros insolentius se gerentes lex Hannibalis in ordinem coegit, sancito, ut in singulos annos judices legerentur, neu quis biennium continuum judex esset.

V. Sacra maxime Tyro advecta colebant; quædam etiam post assumpta. Junonis cultus præcipuus: neque levis Æsculapii, cui magnificum templum in ipsa urbe struxerunt. Apollinis etiam locuples ædes fuit, laminis aureis tecta, cum celebri simulacro, quod excisa Carthagine Romani avectum, juxta circum maximum collocaverunt. Ad Herculem vero Tyrium quotannis magna cura delectam navem, cum decimis annuorum proventuum, aut partarum bello manubiarum, mittebant. Ab iisdem conditoribus suis, alium etiam ritum horrendæ religionis hauserant, ut Saturno, quem ipsi Belum vocant, quotannis victima humana facerent: cujus immanitatis reliquiæ ne cum ipsa quidem urbe tolli penitus abolerique potuerunt. Cæteros civitatis mores plerumque commerciorum utilitas moderabatur : quibus gens natura et majorum instituto deditissima, prudens imprudens omnes suas rationes consiliaque accommodabat.

VI. Hinc inevitabili malo, divitiarum admiratio honosque comitia corrupit magistratuum; virtutem pecuniæ subjectam debilitavit; populum inflammavit opum cupiditate, fraudumque et mendaciorum servili consuetudine infecit; remque publicam harum rerum se studio totam tradere compu-

[§] IV. Justin. XIX. — Cornel. Nep. — Livius, XXX, 7, et XXXIII, 46. — § V. Virg. Æneid. lib. I, 19. — Strab. lib. XVII. — Appian. in Punicis. — Plutarch. in Flamin. c. 1. — Polyb. legat. CXIV, 3. — Diodor. XX, 14. — Just. XVIII, 6. — Hieron. in Isa. c. 46. — Plin. XXXIX, 5, 37.

lit. Inde enim processit, ut neque fidei multum in punicis fæderibus, et virium publicarum longe maxima pars in classibus esset; pedestris militia, robur atque firmamentum omnis imperii, nullo equestris aut modico in honore usuque : quoties terra bellandum, mercenariis copiis res gereretur; quarum neque caritas ulla in rempublicam, et fides venalis, et discordia molesta, et conspiratio terribilis esset: adeo capitali errore, ut non alius hostis, ante ultimum excidium, rem punicam tam prope ad extremam desperationem adduxerit. Neque minor ex ea malorum seges, quod qui in magistratibus et in curationibus erant, mutua dissimulatione peculatum impune exercebant: ut sic quoque minus mirandum esse videatur, si bello inter has civitates exorto, superiores Romani fuerunt; quorum senatores duris temporibus suam pecuniam in publicum conferebant, quum Carthaginienses rempublicam haberent quæstui.

VII. Sed hæc vitia cum ipsa urbe adoleverunt : quare primum quidem ut infirma et modica, non ægre tolerabantur: post aliquandiu sustinere potuit imperii magnitudo, et quidam singulari virtute duces, quorum maxime opera quidquid felicitatis Carthago habuit, comparatum stabilitumque comperio. Sed ab initio quidem adversus Afros vectigal pro solo urbis reposcentes dimicatum est : idque jus non nisi repetentibus bellum extortum: inde prolatum etiam imperium: Africæque pars cultissima sub ditionem populi carthaginiensis redacta. In Sardiniam autem, deinde Siciliam ut trajiceretur, maris opportunitas et illius insulæ rudis ad resistendum barbaries, hujus ob discordias perpetuas potentiorum injuriis exposita pulchritudo invitavit. In Corsicam ex Sardinia facilis transitus; et insulæ non opulentissimæ promptior occupatio fuit. At in Sicilia diutissime varia fortuna dimicatum est, maximasque et victorias ex iis bellis, et clades Pœni retulerunt.

VIII. Hamilcar quidem, Hannonis F. quum trecenta ho-

[§] VI. Cicero contra Rull. cap. 35. — Polyb. I, 65, 67, et VI, 49. — Liv. XXXIII, 46, et XXVI, 36. — § VII. Just. IV, 3, et XIX, 2.— Herod. VII.

minum millia in Siciliam deportasset, a Gelone victus, interiit: qua calamitate perculsi Carthaginienses abstinuere Sicilia, donec ab Ægestanis, quos Selinuntii premebant, exorati, Hannibalem Hamilcaris filio Gescone natum emiserunt. Is Selinunte ac Himera excisis, magnam iterum potentiam Pœnis in Sicilia comparavit. Imilco Leptinem Dionysii majoris fratrem ducemque in siculo mari vicit, navesque cepit aut depressit centum, virorum interfecit plusquam viginti millia: multas Siciliæ civitates obtinuit, partem quoque Syracusarum cepit : sed orta repente pestilentia, toto ferme absumpto exercitu, cum paucis eum Carthaginem redire compulit. Neque tamen spem Sicilize occupanda abjecerunt Pœni, sed paucis post annis cum alia classe Hannonem adversus Dionysium bellare jusserunt. Postea Magonem ab Iceta vocatum, et in ipsa jam syracusana urbe castra cum peditum sexaginta millibus habentem, Timoleon ejecit. Mox Hannibalem et Hamilcarem septuaginta millia militum adducentes idem Timoleon pugna magna vicit, castrisque exuit.

IX. Sed haud temere velocior iis ullo bello majorve conversio fortunæ, quam adversus Agathoclem fuit: qui victus in Sicilia, obsessus Syracusis, nulla evidente spe salutis, ultro transduxit in Africam bellum, Carthaginiensesque multis præliis victos, desciscentibus passim Libybus, in maximum periculum metumque conjecit: domum deinde reversus, Sicilia tota expulit, donec mors regis, et ex ea turbæ, spem iterum occasionemque repetendæ possessionis aperuerunt. Exinde, ut diximus, vario marte eum Pyrrho bellavere, ad extremum superiores. Interim etiam in Hispania civitates quædam stipendiariæ factæ, quum Gaditanis opem adversus accolas petentibus, cognato populo (nam et Gades Tyrii condiderant) auxilium Carthagine missum, vicinas aliquot Hispaniæ regiones punici juris fecit.

X. Is ferme Carthaginis status erat, quo tempore bellum

[§] VIII. Diod. XIII, 43, et XIV, 60. — Justin. XX, 5. — Platarch. in Timol. c. 24 et 30. — § IX. Just. XXII, 8, et XXIII, 4: — Curt. IV, 4.

adversus Romanos sumpsere. Siciliam vero, qua punicæ ditioni subjecta non erat, majori ex parte Syracusani, et rex eorum Hiero possidebat: reliqua Mamertinorum armis tenebantur. Ii donec Romanorum, qui Rhegium occupaverant, societate uti potuere, sua defendisse non contenti, etiam punicos syracusanosque fines incursabant: denique oppida Siciliæ multa, quo vastationem agrorum, et alia incommoda redimerent, vectigal pendere coegerunt. Sed expugnata urbe rhegina, defectoribusque supplicio affectis, nudati hoc subsidio Mamertini priores opes tueri nequiverunt : et amissis ferme, quæ extra Messanam tenuerant, de urbe ipsa cum Hierone syracusano dimicabant. De quo rege, quoniam ipse quoque temporibus eisdem hostis populi romani, mox per annos sane multos socius et amicus fidelissimus, et ingens ad res constituendas momentum fuit; paulo copiosius exponendum puto. Nam et in eo rara felicitas, et magna virtus, et prudentiæ vis eximia fuit: eaque tempestate Syracusanorum opes et floruerunt cum Hierone, et conciderunt.

XI. Hic igitur nullo neque divitiarum, neque gloriæ a majoribus relictæ, neque alio aliquo tali præsidio adjutus, omnem fortunam suam sibi debuit: non ut plerique ad magnam potentiam ex tenui loco criminationibus meliorum, aut nece fugave adversantium provectus; sed modestia et in parandis opibus, et in habendis, singulari: recte conjiciens, nullum esse regnum stabilius, quam quod ita exercetur, ut magis hoc timeant amittere, quibus imperatur, quam qui imperat. Itaque quum annos quatuor et quinquaginta præfuisset, idque iis temporibus, quibus collisæ duæ potentissimæ civitates de principatu terrarum summa contentione pugnabant, ipse nullo foris bello, si primos annos excipias, nullis domi insidiis petitus, nonagenario major, quum ad eam ætatem, certo temperantiæ argumento, sensus integros corpusque firmum pertulisset, obiit: non

[§] X. Polyb. I, 8 et 10. — § XI. Liv. XXIV, 4. — Polybius, lib. VII, apud Vales.

suis modo carus, sed etiam apud Romanos pariter Græcosque magna fama.

XII. Quem et principatum deponere sæpe volentem cives sui publice prohibuerunt: et filius Gelon, qui natus annos plus quinquaginta ante Hieronem decessit, rara inter mortales moderatione, regno quam patre carere perpetuo maluit, eumque ad extremum usque vitæ tempus constanti fide atque pietate percoluit. Is igitur Hieron ab Hierocle genitore, qui stirpem suam ad Gelonem veterem Siciliæ tyrannum referebat, expositus est: quod virum nobilem susceptam ex ancilla prolem pudebat tollere. Sed omni humana ope destitutum apes, in os jacentis ingesto melle, per complures dies aluerunt. Eo prodigio, responsisque aruspicum, qui regiam puero potentiam portendi confirmabant, permotus Hierocles, infantem recolligit, agnoscit, et in spem futuræ magnitudinis diligenter instituendum curat : tum igitur inter æquales discenti, a lupo in turba puerorum repente conspecto tabulam ablatam esse aiunt: et mox militiæ tirocinium auspicanti aquilam in clypeo, noctuam in hasta consedisse. Consilii viriumque indicium id fuisse creditum est, summique, ob regiam alitem, fastigii.

XIII. Sed certiora signa mox ipse dedit, forma et robore corporis eximio: verum ingenii, temperantiæ, comitatis, justitiæ, moderationis nomine clarior atque illustrior. Sæpe in acie, sæpe adversum provocantes singulari certamine congressus, semper victor, a Pyrrho multis militaribus donis virtutis causa donatus est. Cujus postea ex genere Gelon, Hieronis filius, Nereidem in matrimonio habuit. Pyrrho ex Sicilia fugato, quum inter syracusanum exercitum et urbanos, solenni temporum istorum morbo, iterum orta esset dissensio, in castris circa Merganam Artemidorus et Hiero militaribus suffragiis duces creati, consiliis Hieronis, et amicorum ejus opera, clam intromissis militibus urbem in potestatem redegerunt. Ibi Hiero excelsum se virum et quanticumque imperii capacem ostendit; nam ex diversis parti-

[§] XII. Just. XXIII, 4. - Jo. Sarisb. Polycrat. I, 13.

bus occidit, aut ejecit neminem; sed clementia, moderamine, rectisque consiliis ita composuit motus, ut non minoribus studiis eorum, adversus quos venerat, quam a quibus adductus fuerat, prætor Syracusis crearetur.

XIV. Hic vero reipublicæ curam ut suæ toto animo complexus, quum a longo jam tempore vitium istud in Sicilia inolevisse cerneret, ut quoties magistratus copias eduxissent, vel in exercitu turbaretur aliquid, vel domi novarum rerum motus orirentur; circumspicere aliquem cœpit, cui res urbanas tuto crederet, si quando ipse ad bellum exire cogeretur. Uxorem igitur duxit filiam Leptinis, qui magna inter cives auctoritate, vir etiam cumprimis honestus fideique tenax habebatur. Ita provisis domesticis rebus adversus mercenariorum insolentiam, remedium necessarium magis, quam usquequaque laudabile, commentus est; nam educto contra Mamertinos exercitu, quum illi juxta Centuripas occurrissent, aciem ad Cyamosorum amnem hoc dolo instruxit, ut inter cives mercenariosque intervallo relicto, hos committere prælium juberet, tanquam ipse cum urbanis signis alia parte impeditum et districtum hostem invasurus. Ita conductitii majore Mamertinorum numero circumventi cadunt : ipse, dum horum cæde distinentur hostes, otiose tutoque syracusanas copias in urbem reducit.

XV. Ad hunc modum repurgato, quidquid in exercitu ægrum, et ad seditiones pronum fuerat, urbanum militem studiose exercet: novas mercenariorum copias conducit: atque ita benevolentia multorum comparata, remoto audacissimo quoque, reliquis adversus armatum et intentum mutire non ausis, principatum arbitratu suo administrat. Interea Mamertini recenti victoria ferociores, contemptim atque temere Syracusanorum fines populabantur. Adversus hos Hiero, jam civibus et militi fidens, incunctanter egressus, ad ipsam hostium urbem, dimissis passim globis fere vacuam, castra posuit. Cujus intellecto discrimine, Mamertini ad ferendam suis opem expedito cum agmine impigre

[§] XIII. Just. XXIII, 4, et XXVIII, 3. — Pausan. lib. VI. — Polyb. I, 8.

accurrerunt. Hiero motis ex agro mamertino castris Mylas urbem, et in ea milites mille quingentos capit : inde castellis aliquot aliis raptim potitus, Ameselum procedit, medio inter Agyrium et Centuripas loco situm. Id quoque, licet munitionibus et præsidio firmum esset, expugnatum diruit: præsidiarios in fidem acceptos sibi militare cogit : agrum ameselanum Centuripinis Agyrinisque dividit.

XVI. Hoc successu rerum alacrior denuo in fines Mamertinorum irruit; Alesum oppidum deditione capit: Abacæninos atque Tyndaritas ipsorum voluntate adjungit. Sic ab utroque mari proximis Messanæ urbibus Hieroni parentibus (nam et etruscum mare Tyndaritani habitant; siculum Tauromenii accolunt, et ipsi Syracusanorum eo tempore socii) Mamertini in arctum coacti, Cio quodam prætore copias opponunt hosti, ad Longanum amnem in myleo campo castra habenti. Pugna commissa, quum dubio marte certaretur; subito in latera Mamertinorum recens impacta cohors, haud dubiam Hieroni victoriam tradidit; nam ante prælium Hiero ducentos Messeniorum exsules, fortitudine et Mamertinorum odio præstantes viros, additis de suo exercitu delectorum quadringintis, vicinum collem, cui Thorax nomen est, circumire, hostemque incautum improviso incursu turbare jusserat. Ii mandata gnaviter exsequuti effecerunt, ut universus Mamertinorum exercitus internecione cæderetur.

XVII. Cios, re desperata, jam nihil aliud quam mortem mereri manu cupiens, multis vulneribus affectus capitur, et in hostium castra deductus, fidem extorum aruspicumque prædictionem, alio quam speraverat eventu, comprobat; nam ante pugnam immolanti vates inspectis extis promiserant, fore ut in castris hostilibus pernoctaret. Id ille in spem victoriæ trahens, sero se ambigua prædictionis interpretatione deceptum agnovit. Hac ægritudine confectus, quum postridie inter equos captivos eum videret, quo filius in prælio usus fuerat, hunc etiam occubuisse conjectans, fas-

[§] XV. Diod. Ecl. lib. XXII. - § XVI. Polyb. I, 9. - Diod.

ciis fomentisque vulnerum revulsis spiritum indignantem effudit. Mamertinos clade comperta desperantes, jamque victori cum infulis supplicum occursuros, ex inopinato fortuna servavit.

XVIII. Forte sub idem tempus Hannibal Carthaginiensium prætor, in Liparæorum agebat insulis, quæ Siciliæ adjacent. Is audita Hieronis victoria, metuens ne Mamertinis penitus excisis syracusana potentia Carthagini gravis et intoleranda fieret, specie gratulantis ad Hieronem ocius venit: eumque moratus ne statim ad Messanam duceret, urbem ingressus est prior, Mamertinosque deditionem facere volentes non modo verbis ad spem retinendæ libertatis revocavit, sed etiam præsidium suorum militum introduxit. Hiero astutia Pœni se delusum intelligens, quum ad obsidionem jam difficiliorem futuram haud satis paratus esset, Syracusas rediit : exceptusque magna omnium lætitia, et ab universis copiis rex acclamatus, postea quoque nomen istud civium externorumque consensu retinuit. Hierone digresso, Mamertini, quum fiduciam paulisper resumpsissent, de rebus præsentibus deliberantes, duas in factiones scindebantur. Alii non esse dubitandum autumabant, quin Carthaginiensium tutelæ se permitterent : quum hoc non modo plures ob causas conducibile, sed etiam, admisso jam præsidio, necessitati proximum videretur.

XIX. Contra dicebatur: non minus infensos Mamertinis Pœnos, quam Hieronem fuisse: neque dubitandum, quin illi non benevolentia, sed cupidine dominandi Messanam defendere statuerint: a multis jam ætatibus eos imperium affectare Siciliæ, non exercituum, non classium damno, ne suarum quidem rerum metu et africis bellis, ab improba spe deterritos. His igitur si se committant, classem validam, et ipsius Siciliæ pleramque partem jam obtinentibus, sine exceptione ulla servituros esse. Minime igitur expedire vocari auxilio Carthaginienses, populum impotentem, infidum, graviusque jugum impositurum, quam a Syracusanis timuissent. Præsidium pu-

[§] XVIII. Strabo, lib. VI, p. 275. — Diod. — Polyb. I, 9.

342 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

nicum, si eo tantum consilio venisset, ne in manus Hieronis mamertina civitas incideret; re jam perfecta dimitti bona cum gratia posse: si qua vero clandestina subesset molitio; etiam intentiore studio ancipitis amicitiæ fallacias præveniri oportere. Romanos igitur potius implorarent, armis invictos, fide præstantes; neque causam retinendæ sub sua ditione Messanæ, neque facultatem habituros: quibus in Sicilia ne vestigium quidem soli, neque navalium rerum ullus usus, aut adeo cura esset.

XX. Hos satis habituros, si Carthaginiensibus et Hieroni Messana urbe tanquam obice quodam et fræno cupiditatis objecta, securam ab his Italiam retinere possint. Perseverarent igitur Romanorum potius fidem, quam cujusquam alterius gentis, experiri: neque honeste ipsos et parum opportune priora consilia mutaturos esse, missis jum legatis, et auxilii spe impetrata. Quippe ante postremum cum Hierone prælium, diffidere jam rebus suis incipientes Mamertini, Romanorum opem, uti consanguineorum, imploraverant: et consulibus belli gerendi cupiditate plebem incitantibus, populus auxilium ferri Mamertinis jusserat; sed senatus auctor fieri pudore cunetabatur. Qui enim modo suos ob Rhegium per scelus captum severo supplicio affecerant, ii, si jam Mamertinis pari perfidia Messana potitis opitularentur, destrui videbant gloriam justitiæ ac fidei, quam priore facto late quæsivissent. Cæterum clade Mamertinorum mox audita, quum jam dubium esse non posset, quin, relicti a Romanis, Poenorum opes respecturi essent, prævaluit sententia juvandos esse censentium: nam et in senatu plures eodem inclinare coeperant, prospicientes, ni fieret, Messanam statim, et paulo post cæteram Siciliam totam Carthaginiensium fore: quod si evenisset, populum romanum cum pœno de Italiæ possessione certaturum.

XXI. Nam istud periculum inevitabile, tum cupiditas imperii potentibus insita, tum ipse locorum situs efficiebat. Quippe Italiam a Liguribus et Venetis inter duo maria longo

tractu procedentem, qua Bruttiorum ager est, a contactu Siciliæ tenue fretum dividit. Neque dubitatur, continentes olim has regiones fuisse; mox intercurrentibus aquis diremptas, sive humiliora ea parte loca mare acceperunt, sive major aliqua vis terræ motus aut incumbentium undarum angustias isthmi perrupit: a quo eventu Rhegium nominatum putant : tali enim aliquo vocabulo quæ rupta sunt a Græcis appellantur. Itaque primos Siciliæ cultores ex Italia venisse credibile est, etiam ipso nomine confirmante conjecturam. Messanam enim ex adverso litoris italici sitam civitatem Opici condidisse traduntur: quam, quia in sinu falcis referente figuram est posita, Siciliam credo appellarunt; quod advenientes postea Græci Zanclen sunt interpretati, utraque illa voce diversos apud populos falcem significante. Inde, ut solet, toti insulæ hæc appellatio hæsit, ut ipsa quoque et Zancle, et a pluribus Sicilia vocaretur.

XXII. Insula vero ista quum magnitudine, tum etiam fertilitate, omnes, quæ in mediterraneo mari sunt, longe antecellit: olei, vini, frumenti optimi supra fidem ferax: populo frequens, multisque et maximis urbibus ad miraculum exculta: portuum autem situsque totius commoditate vix alius magnum imperium constituere cupientibus æque idoneus locus est. Nam Italiæ conjuncta ex diversa parte Africam respicit; alio ex latere Sardiniam: ab Oriente Peloponnesum et Græciam ionio mari discretas habet : quaquaversum navigatione brevi, et ad emittendas accipiendasque classes facillima. Neque dubium est, cupiditatem hac insula potiundi, quam eodem tempore et romanus populus et carthaginiensis affectabat, causam bello dedisse, licet alia dicerentur: nam Romani Tarentinos contra fœdus adjutos arguebant: Pœni societatem cum Hierone, ut adversus se initam, criminabantur.

XXIII. Cæterum eo jam potentiæ civitas utraque perve-

[§] XXI. Sallust. fragm. 12. — Just. IV, 1. — Cassiod. — Var. XII, 14. — Casaub. in Strab. — Macrob. — Strab. lib. VI, p. 268. — Fest. in Sicilices, et ibi Scalig. et Dacer. — § XXII. Diodor. Eclog. lib. XXIII. — Flor. II, 2. L. Ampel. c. 46. — Liv. XXI, 10. — Zonar.

344 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

nerat, ut evitari non potuerit, quin aliquando quacumque de causa colliderentur. Quemadmodum enim arbores non magno intervallo consitæ, aliquam quidem diu non impediunt invicem magnopere; auctæ vero, alimentum atque succum mutuo intercipiunt; quum grandiores fieri cœpere, radicibus et ramis commissæ atteruntur: ita surgentibus imperiis vix per naturam diutius fida manere potest concordia, quam donec, extrito quod medium fuerat, conjunctis jam finibus concurrentia urgeant inter se trudantque; neque priorem intra modum standi impetrabili voluntate; neque libero, nisi remotis obsistentibus, ad majorem amplitudinem procursu. Accedebat ad has causas in utraque civitate magna plebis et potentia, et suscipiendi bellum cupiditas: nam in carthaginiensi republica vulgus valebat plurimum; quod auctis civitatis opibus, variis et ipsum commodis locupletari solitum, quæstus dulcedine bella ex bellis seri non invitum patiebatur.

XXIV. Neque multum diversa conditio romanæ multitudinis erat; quæ damna rei familiaris, superiori bello illata, siculis divitiis facile reparari posse sperans, pro jure nuper Patribus extorto, sententiam bellum suadentium plebiscito confirmavit. Quo armatus consul Appius, quum alioqui, victis antiquæ sectæ viris, major senatus pars assensa esset, sine mora C. Claudium tribunum milit. cum paucis navibus præmittens, observare occasionem, et si qua obvenisset, in Siciliam transire jussit. Ille quum Rhegium venisset, in casum dare triremes non ausus, quod longe majori Pænorum classe fretum obsidebatur, piscatoria navi conscensa Messanam vectus est: ibi cum Mamertinis, ita ut præsens usus postulabat, collocutus; quum Pœnis reclamantibus parum proficeret, infecto negotio rediit. Sed paulo post cognito Messanæ discordiam esse, multis Romanos advocandos esse negantibus, magna parte carthaginiense præsidium haudquaquam æquis oculis aspiciente, rursus transmisso freto, guum alia tempori apta disseruit, tum hoc maxime interjecit, se non nisi ad liberandam civitatem venisse: hoc ubi perfecisset, e vestigio discessurum esse.

XXV. Quum ad hæc Pæni responderent, non esse Romanis laborem ullum suscipiendum in liberanda civitate, quæ sui juris esset : jam beneficio Carthaginiensium provisum, ne Mamertini servire Syracusanis cogerentur: facesseret igitur Romanus; aut si quam aliam justam haberet causam, cur esset Messanæ, exponeret: negavit Claudius liberam videri civitatem, in qua præsidium alienæ gentis, non sponte oppidanorum ageret. Ad ea quum responderet nemo, Pænis præ superbia, Mamertinis metu tacentibus, vir vafer et promptus, apparet, inquit, ex hoc ipso silentio vestro, Carthaginiensium causam injustam, et Mamertinos libertatis avidos esse: nam ni ita foret, et illi de jure suo disserere non gravarentur, et isti, nulla, si cum Carthaginiensibus sentirent, dissimulandi causa, palam et aperte institutum illorum, approbarent. Ad hæc verba fremitu Mamertinorum orto, multisque orationem illam ut veram et intimis sensibus suis congruentem laudantibus, satis in præsentia promotum esse putans Romanus, quod habitus tamen animorum exploravisset, Rhegium regressus est.

XXVI. Neque multo post adornatis quas habebat triremibus, tentavit transitum. Sed Pœnorum præfectis et multitudine navium, et in maritimis rebus solertia longe inferior, ad hæc fluctuum illorum violentia, quos orta subito tempestas præter solitum exasperaverat, repulsus, amissis aliquot triremibus, cæteris ægre servatis, in portum, unde exierat, rediit. Neque deterritus hoc incommodo, ut meliori alia opportunitate fortunam iterum experiri posset, naves reficiebat: quum ab Hannone (is mamertino præsidio fretique custodiæ præerat) venerunt nuntii, quidquid triremium hominumve superiore certamine Pœni ceperant, adducentes. Cupiens enim fæderum ruptorum infamiam Romanis impingere, consilium hoc amplexus erat Hanno,

[§] XXIV. Zonaras. — Polyb. I, 11. — Liv. Epit. XVI. — Auct. de Viris illustribus, cap. 37.

questusque, possessi Carthaginiensibus freti per vim tentatam navigationem esse, ad pacem et fædera majori deinceps cura servanda provocabat: sed audito, Claudium nullas conditiones admittere, nisi Messana præsidium deduceretur; fretique trajectionem iterum moliri, exclamavit, se vero non esse passurum, ut Romani vel manus in isto mari abluerent.

XXVII. Neque tamen prohibere potuit, quin Claudius observata freti natura, captatoque tempore quum refluxum ejus etiam ortus commode ventus adjuvaret, priusquam occurri posset, Siciliam teneret. Ibi Mamertinorum in portu repertorum coacta concione, persuasit, ut Hannonem advocarent, tanquam de præsenti negotio cum eo deliberaturi. Hanno enim, oppidanorum discordibus animis parum confisus, arcem cum suis occupaverat; neque concioni Mamertinorum se audebat credere: tamen veritus, ne hoc ipsum querelas eorum accenderet, si diffidere videretur, et per suam absentiam se Romanis protinus adjungerent, in colloquium venit: quo per disceptationes et jurgia diu extracto, ad ultimum injectæ a Romanis Hannoni manus sunt; isque in carcerem conditus, Mamertinis factum comprobantibus. Ita partim dolo, partim terrore circumventus, quum alia conditio nulla esset, arce Mamertinis reddita, præsidium deducere coactus est.

XXVIII. Pœni re comperta supra modum exacerbati, quum alioqui duces suos ob mala consilia quantumvis prospero eventu punire solerent, simul stultitiam Hannonis, simul ignaviam accusantes, in crucem miserum sustulerunt: et continuo navales terrestresque copias Messanam pergere præceperunt; alio Hannone, qui Hannibalis erat filius, ad res gerendas in Siciliam misso. Ille coactis ad Lilybæum copiis Selinuntem progressus, castrisque ibi factis, pedestrem exercitum reliquit: ipse processit Agrigentum, et arce communita, populum Carthaginiensibus amicum, ad societatem armorum contra Romanos impulit. Hinc in castra reversum repererunt ab Hierone legati, qui et ipse

Romanorum in Siciliam transitu minime lætus, hoc maxime opportunum tempus judicabat, quo conjunctis punicis viribus, et ipsi et Messanam obtinentes barbari penitus ex insula exterminarentur.

XXIX. Itaque colloquio cum carthaginiensi duce habito, quum utrique Messanæ occupandæ spe excidissent, facile adversus Romanum, utrorumque pari damno supervenientem, societatem instituerunt, ut Messanam communiter obsiderent; neque quemquam in Sicilia, nisi aut syracusani, aut punici juris esse paterentur. Ita pœnus imperator, præmisso caduceatore, qui Romanos, si Carthaginiensium amici esse vellent, relinquere Messanam, et intra præstitutúm diem excedere Sicilia juberet; totis viribus adversus Mamertinos movit. Naves circa Pelorum stationem agere jussæ: pedester exercitus ad Cubilia (Eunas Græci vocant), haud procul urbe Messana dissitum locum, castra communivit. Venit et ex pacto cum syracusano milite Hiero, et ab altera urbis parte, circa montem Chalcidicum nomine, consedit. Ita urbs undique circumdata, neque terra neque mari commeatum aut auxilia accipere tuto poterat.

XXX. Sub idem tempus, quum punicus caduceator nihil a Messana pacati retulisset, Carthaginienses partim ira, partim diffidentia permoti, omnes qui apud ipsos militabant italici generis conductitios crudeliter occiderunt. Quæ postquam Romæ comperta sunt, e vestigio cum valido exercitu profectus consul Appius Rhegium venit: inde præmissis, qui cum Pænis et Hierone de obsidione solvenda agerent, ipse fretum acri custodia septum sciens, sollicitus intentusque rationem minore cum periculo trajiciundi circumspiciebat. Legati consulis neque a Pænis amicum responsum retulerunt, et ab Hierone accurata oratione sunt increpiti, qui, commemoratis in populum romanum officiis suis, « Ambigo, inquit, meamne vicem doleam magis, an vestram, « Romani; nam ego quidem amicos aliquanto quam existi-

[§] XXVIII. Val. Max. II, 7, 1. — Polyb. X et XI. — Diod. Ecl. l. XXII, — § XXIX. Diod. Ecl. l, XXII et XXIII. — Zonar. — Polyb.

« maveram deteriores; vos autem opinionem justitiæ ac fidei, « qua apud omnes clari eratis, amisistis. Adversus Mamer-« tinos nulla vobis unquam societas aut amicitia fuit: fædera « cum Pænis olim, mecum etiam nuper icistis.

XXXI. « Heec in gratiam aliorum nihil ad vos attinentium «dissolvere cupientes, potestis dicere, qua vel injuria no-« stra, vel merito Mamertinorum hoc faciatis? sed quia Car-« thaginiensibus quod pro se dicant, non deerit; illorum « omissa causa, quæ me tangunt unum, in præsentia me-« morabo. Mamertini, boni populares vestri, quum apud « Syracusanos, uti non ignoratis, stipendia fecissent, ut in « Italiam redirent dimissi, Messanæ, postquam a miseris et « credulis Messeniis tanquam amici et socii recepti sunt, « facinus post hominum memoriam longe fædissimum edi-« derunt; interemptis noctu hospitibus suis, eorumque bo-« nis, uxoribus, liberis, et urbe ipsa in potestate retenta. « Quod nisi vos ipsi etiam eodem, quo cæteri mortales om-« nes, sensu nefandum et intolerabile scelus esse judicavis-« setis, profecto in iis, qui Mamertinorum imitatione idem « in Rheginos ausi sunt, illud ipsum tam severe non fuissetis « vindicaturi.

XXXII. « Qua igitur indignitate vos moti pœnas ab ne«fariis hominibus repetendas esse putavistis, eadem et ego
« moveor, ne Mamertinos impunitos pati possim; præsertim
« quum postea quoque latrociniis per universam Siciliam
« exercendis, primi sceleris memoriam novis subinde faci« noribus propemodum obruerint: nam, ut alia taceam,
« Camerina Gelaque urbes ab his excisæ, quum in fide Sy« racusanorum essent, satis mihi graves causæ videntur,
« cur hominum importunissimorum nefariam audaciam justo
« pioque bello prosequamur. Quod si vero tuendos vobis esse
« propterea simulatis, quod eadem in Italia nati, quodam» modo consanguinei vestri videantur: quanto justius fuit
« Rhegiensibus Italis parci, qui cives vestri fuerunt? Qua in

[§] XXX. Diod. Eclog. — Polyb. — Liv. XV, 2. — § XXXI. Diod. Eclog. lib. XXI.

« urbe recuperanda quum ego vos auxiliis et commeatu ju« varem, divinare debui futurum, ut aliquando me non le« viores ob causas Messanam obsidentem prohiberetis? sed
« quid ego multis ago, Romani? nam profecto si penes vos
« aliqua adhuc fideique famæque cura, si quis honesti intel« lectus, si denique pudor superest, dubitare non debeo
« quin me tam justa tenentem arma vestris viribus adjuturi
« potius, quam impedituri sitis: sin vero hæc vobis levia
« videri cœperunt, eventus quidem armorum incertus est:
« sed hoc longe certissimum, omnes ubique mortales aper« tissime cognituros esse, non ulla juris aut æqui specie,
« non ob acceptas injurias, quod ne ipsi quidem audetis
« prætexere, nulla etiam Mamertinorum misericordia, sed
« sola ambitione et nobilis insulæ vestro imperio adjungendæ
« improba cupidine, Romanos ad bellum nobis inferendum
« incitari. »

XXXIII. Quum renuntiata ista essent, Appius olim animadverso, excubantibus in trajectu validis classibus, sine manifesto periculo transfretari non posse, consilium init calliditatis et astutiæ plenum: placere sibi negat, Hieronem ab Romanis alienari: neque adversus ipsum decretum bellum esse; neque injussu populi suscipi posse : die igitur prædicta socios navales præsto esse jubet, ac navigia ad cursum instructa haberi, tanquam domum abnavigaturus. Sciebat autem multos ex syracusanis atque etiam punicis castris milites per speciem negotiatorum, rhegino in portu versari, per quos famam illam celeriter ad eos, quibus maxime persuasum hoc cuperet, perventuram esse judicabat. Sic igitur accidit, ut providerat: quippe quum die claro navibus conscensis juxta litus italicum vela facere cœpisset, Carthaginienses, quibus freti claudendi negotium datum fuerat, re statim per suos nuntiata, nullum jam hostilis transgressus periculum esse reliquum existimantes, transitum incustoditum dimisere, quo quemque ferebat animus, dilapsi.

XXXIV. Consul, qui futurum hoc conjectaverat, con-

[§] XXXII. Diod. Ecl. l. XXIII. - § XXXIII. Front. Strat. I, 4. - Zonar.

verso sub noctem cursu, cum omni classe, nemine per tenebras venientem observante, nedum prohibente, in Siciliam vectus est. Audax id cœptum et periculosæ aleæ plenum fuit, quum ignarus maris exercitus per freta, etiamsi hostis et tenebræ abessent, suo ingenio metuenda, cum rudibus et imperite fabricatis navigiis noctu rueret; dignaque res visa, quæ etiam novi cognominis monumento posteris innotesceret. Quod enim caudicariis navibus multis in transvehendo milite usus esset, admiratione facti Caudicem istius ævi simplicitas appellavit. Hactenus enim rerum maritimarum adeo nullus Romanis usus fuerat, ut ad hoc tanti momenti negotium, neque tectam navem, neque longam, ne lembum quidem unum haberent, sed triremibus, quas Tarentini Locrique cum Eleatis et Neapolitanis commodato dederant, et actuariolis, quæ quinquaginta remorum essent, uterentur.

XXXV. Cæterum Appius, quum forte non longe ab eo loco, ubi castra erant Syracusanorum, appulisset, cohortatus suos, certamque victoriam ostentans, si tale nihil suspicantes opprimerent, protinus ad hostium oppugnanda castra pergit. Hiero subito tumultu excitus, et ipse contra educit copias pro tempore instructas: fit aliquandiu certamen acre; pelluntur romani equites: sed legionibus fortissime præliantibus vincitur Hiero, seque cum suis trepidus intra vallum recipit. Appius spoliari corporibus hostium jussis, Messanam intrat, Mamertinosque præsentia sua ex timore magno recreatos spei melioris implet. Hiero victum se videns, priusquam vidisset hostem (sicut ipse postea confessus est), fretique transitum a Carthaginiensibus proditum suspicatus, quum ambigua mente multa secum agitaret, de summa rerum vereri cœpit; proximæque noctis silentio copias eduxit castris, et contento itinere Syracusas refugit.

XXXVI. Eo submoto Appius, quum terrore victoriæ recentis ad Pænos quoque debellandos uti vellet, militibus,

[§] XXXIV. Polyb. I, 11 et 20. — Sen. de Brev. vitæ, cap. 13. — § XXXV. Zonar. — Polyb. I, 11 et 12. — Flor. II, 2. — Diod. Eclog. lib. XXIII.

ut cibum tempori capiant, imperat : deinde albescente jam die progressus, castra Pœnorum oppugnare instituit. Erant hæc loco satis tuto posita, et natura manuque diligenter permunita: hinc mare, inde profundæ paludes, in peninsulæ ferme speciem ambibant: inter has angustum spatium, quo uno adiri poterat, ductus adversum irrupturos murus obsepiebat. Hic ubi vim fecissent romani milites, neque locorum simul iniquitatem, et propugnantium multitudinem vincere possent, missilibus maxime, sicut in urbium oppugnatione solet, rem gerentibus Pœnis, irrito incepto desistere coacti recesserunt. Sæpe in bellis meliori fortunæ locum sors durior, et adversi ab initio casus fecere: dum his affecti, consiliis animisque majoribus acceptum detrimentum sarcire student, hostes felicitatis opinione blanda fascinati, neque satis adversum fortuita providentes, in temeritatem auferuntur.

XXXVII. Quod illo tempore Carthaginiensibus usu venit. Qui repulisse hostem non contenti, tanquam fugientem eruptione ex castris facta prosequebantur; suæ virtuti, non munitioni locorum Romanos cessisse existimantes. Itaque postquam ex angustiis, quibus defensi fuerant, processere, mutata cum loco fortuna prælii, magnusque eorum numerus cæsus est: reliqui ad castra, pars, ut cuique maxime promptum erat, in urbes circumjectas diffugere, neque deinceps, quandiu Messanæ Claudius fuit, castris suis excedere sunt ausi. Consul etiam cum natura loci et difficultate situs iterato pugnare minime consultum arbitratus, quum tempus ibi frustra terere videret, præsidio Messanæ relicto in Syracusanorum sociorumque fines impressionem fecit: iisque impune vastatis, tantum concepit fiduciæ, ut jam ad ipsas Syracusas exercitum auderet admovere. Varia ibi fortuna certatum est : semel etiam consul magno in periculo fuit; circumventusque foret, nisi mature capto consilio misisset ad Hieronem, quasi de conditionibus pacis acturus. Misit et ille certum hominem ex amicis : cum hoc

[§] XXXVI. Zonar. — Polyb. I, 12.

cœpto colloquio, et de industria producto, sensim ex inique loco se subtraxit in tutum.

XXXVIII. Syracusani quoque secuti, sermones de pace cum diversis Romanis instituerunt, conventumque foret, ni Hiero auctor fieri noluisset. His rebus gerendis major anni pars consumpta: tum Messanam rediit consul, et inde cohortibus aliquot relictis ad tuendos Mamertinos, cum cæteris Rhegium trajecit: mox Romam decessit ad triumphum; quem de Pœnis et rege Siciliæ Hierone, quod primum ille de transmarinis populis ageretur, magna omnium gratulatione duxit. Hoc initium Romanis tentandi maria, et hic successus cœptorum in Sicilia fuit. Cæterum et ista et sequentium temporum gesta scriptorum ambitione corrupta sunt, quum eorum præcipui, Philinus agrigentinus, et ex Romanis Fabius Pictor, dum ille Carthaginiensium gloriæ, hic domesticæ nimium studet, officium et fidem insuper habuerunt.

XXXIX. Quorum levitatem merito Polybius arguit: quippe quum etiam privatorum minimis in causis falso testimonio circumvenire quemlibet execrabile crimen habeatur; quanto fœdiore perfidia conditor historiæ principum atque populorum acta corrumpere censendus est? cui neque mortalium commodorum quidquam, neque spiritus ipse pulchra veritate debebat esse antiquior, tanto minori spe veniæ, quod ne prætextum quidem mentiendi allegare idoneum ullum potest; cui, si libere, quæ vera sciebat, quacumque de causa non licuisset tradere, tacere certe licuisset. Porro, dum in Sicilia Claudius Hieronem et Pœnos vincit, obsidionem Volsiniensium ad exitum deduxit alter consul M. Fulvius, qui homines adversus vim desperatione validos, inopia rerum necessariarum et fame domuit. Facta deditione, ingratum illud et insolens libertinorum vulgus cum cruciatu interemptum est: urbs etiam ipsa diruta: reliqui Volsiniensium, et quod servorum fidem atque reverentiam

[§] XXXVII. Polyb. I, 20. — Zon. — § XXXVIII. Silius, lib. VI, v. 660. - Eutrop. lib. II. - Polybius, I, 14.

erga dominos non exuerat, in attributas alibi sedes migraverunt: hoc quoque bellum dignum triumpho visum est: eumque consul a. d. kalendas Novembres tanquam de Volsiniensibus egit.

XL. Iisdem consulibus a Cn. Cornelio, C. Marcio censoribus lustrum conditum: censa sunt civium capita ducenta nonaginta duo millia ducenta viginti quatuor: numerus sane magnus et prope modum incredibilis, tot bellorum a primis ferme urbis initiis nunquam cessantium continua detrimenta, tot ex pestilentia morbisque sævissimis non minores bellicis strages, cogitanti. Cæterum aliis aliisque subinde populis in civitatem recipiendis, quod institutum a Romuli sapientia profectum posteri constanter tenuerunt, invicta nullisque cladibus superabilis effecta est respublica; quam nec a Pyrrho data damna, neque naufragia sequentia primo punico bello, neque secundo Trasimenus et Cannæ potuerunt affligere, quin ex incommodis suis identidem alacrior ferociorque resurgeret.

XLI. At in Græcia Lacedæmonii militari laude et ipsi percelebres, neque impares romanæ virtuti, quoniam arcebant peregrinos, nec imperium, quod pepererant, diu, neque libertatem suam semper tueri potuerunt. Sed quum leuctrica pugna mille non amplius Spartiatæ cecidissent, protinus potentia civitatis corruit: iterum ad Sellasjam, Lacedæmoniorum sex ferme desideratis millibus, statim amissa libertas est. Achæi vero, ejusdem Peloponnesi incolæ, vicinos omnes æquo jure complexi, pulcherrimam constituerunt. rempublicam, et mansuram, nisi romanam potentiam, tum etiam longe lateque imperantem, insania paucorum in perniciem suam patriæque provocasset. Atqui tam diversus eventus instituta tam dissimilia necessario secutus est. Sicut enim naturæ congruit, corpus quod justum ad modum salubri cibo reficitur, robustius et longioris ævi esse, quam si ingenito contentum succo extra se natum alimentum

23

III.

[§] XXXIX. Liv. Epit. XVI. — Zonar. — § XL. Capitol. Colum. — Eutrop. lib. II. — Suidas in ἡωμαίων πόλις. — Tac. XI, 24.

omne aspernaretur; ita florentiores fuere civitates, quæ suum efficere noverunt, quidquid usquam egregii erat, quam quæ inepta quadam arrogantia habentes despicatui, quod in sua gleba natum non esset, semetipsas multis bonisque potentiæ quærendæ tuendæve adjutoribus spoliarunt.

XLII. Idem annus rei sane crudeli, sed mox intemperantissime usurpatæ, initium attulit, ut sanguis humanus, in gratiam levissimi cujusque spectatoris affatim fusus, voluptas publica fieret. Barbari moris auctores M. et D. Junii Bruti, nescio qua pietate defuncti patris cineres honoraturi, gladiatorum munus ediderunt, magno favore civitatis. Sed hanc humanitatis injuriam ulta postilentia est, quæ per istum et sequentem annum atrocissime sæviit. Ob quam, quum sibyllinos libros adiri placuisset, ira deum immissam esse. repertum. Ergo religiones profecto parum caste haberi suspicione orta, pontifices diligentius observando et inquirendo, plurima sacella fanaque a privatis occupata esse invenerunt; et Capparoniam ex vestalibus incesti crimine teneri. Sed illa, dum rea peragitur, suspendio prævenit supplicium: in corruptorem ejus consciosque servos legibus animadversum est. Loca sacra ex privatorum temeritate priscis usibus vindicata.

XLIII. Sic exsoluta religionibus civitate, Patres animum rursus ad reipublicæ curam retulerunt; et quoniam Etruria jam pacata, nihil in Italia reliqui motus erat, ambos anni novi consules in Siciliam cum legionibus transgredi placuit. Fuerunt hi M. Valerius M. F. M. N. Maximus, qui in hoc honore Messala appellatus est, et M. Otacilius C. F. M. N. Crassus. Ab his transportatas prospere copias eadem in rebus gerendis prosecuta felicitas est. Quum enim Adranitarum urbe post brevem obsidionem per vim capta, Centuripinos circumsiderent, venerunt ab Alæsinis legati oppidum suum dedentes. Inde consules diversas insulæ partes obeundo,

^{- §} XLI. Dionys. II, 17. - Plutarchus in Agesil. c. 49. - Idem in Cleo. c. 41. - Just. lib. XXXIV, 1. - § XLII. Liv. Epit. XVI. - Val. Max. II. 4, 7. - Oros. IV, 5. - Aug. de Civit. Dci, 111, 17.

modo divisis, modo junctis exercitibus, ut res et ratio suadebat, Pœnis Syracusanisque, quoties congredi erant ausi, profligatis, terrorem famamque late sparsere: tantaque fortunam sequentium felicitas, tantusque impetus fuit, ut paulo post oppida haud minus septem et sexaginta numerarentur, quæ romanæ fidei se permiserant: quo in numero Tauromenitani quoque et Catinenses fuere.

XLIV. Unde consules imperatis, quæ volebant, auxiliis quotidie validiores, ad ipsas jam Syracusas castra ponere sunt ausi, obsidionem urbis meditantes. Quibus rebus animadversis Hiero, quum suis atque Carthaginiensium viribus diffidere cæpisset, præterea plus apud Romanos esse fidei crederet, amicitiam et ipse cum Romanis inire constituit; legatosque cum mandatis de pace componenda ad consules misit; neque Romanis displicebat Hieronem a societate punica disjungere, maxime ut res annonaria suis legionibus expeditior esset: nam Carthaginiensibus mare obtinentibus, ex Italia transvehi commeatus nequibant; et ab ea re prioris anni consul plus propemodum, quam ab hostibus, incommodi molestiæque persenserat. Hierone vero adjuncto, syracusanum regnum, abundanti frugum copia, res necessarias Romanis affatim erat præbiturum.

XLV. Itaque legibus his transactum: ut Hiero quæ de Romanis sociisve eorum loca, quosque homines cepisset, sine pretio restitueret, argentique talenta centum penderet. Ipse tuto imperaret Syracusis, cæterisque syracusani juris urbibus: ex quibus erant præcipuæ Acræ, Leontium, Megara, Elorus, Netini, Tauromenium. Legatis deinde ab Hierone Romam venientibus, eædem conditiones ratæ fuerunt, pacemque cum eo rege servandam et senatus censuit; et post paucos dies Cn. Atilio Calatino populum rogante, populus jussit. Hoc fædus in annos quindecim pactum, deinceps perpetuo mansit; Hierone magnitudinem romanam ita colente comiter, hisque vicissim illius studium tam benigne prolixeque

[§] XLIII. Tabul. Rom. — Diod. Ecl. lib. XXIII. — Zon. — § XLIV. Eutr. lib. II. — Diod. — Polyb. I, 16. — Paus. lib. VI. — Diod. Ecl. lib. XXIII.

remunerantibus, ut neutros eorum societatis institutæ pæniteret. Syracusanæ pacis audita fama, Hannibal pænus, qui Hieronem obsidione liberaturus cum navalibus copiis jam Xiphoniam accesserat, majori quam venerat festinatione recessit.

XLVI. Romani, quum jam Hierone quoque socio et commilitone uterentur, non diu morati, carthaginiensis ditionis oppida complura subegerunt. Et ab Adranone quidem, vico munito, Macellaque, post multorum dierum obsidionem discesserunt irriti: cæterum Segestanos, occiso Pænorum præsidio, ad se ultro desciscentes, receperunt. Præter alia, cognationis necessitudine se Romanis fratribus favere dictitabant, originem suam et ipsi ad Æneam ex trojano incendio profugum referentes. Neque multo post Alienæi Romanis accesserunt; ad Hilarum vero, Tyrittum, et Ascelum, vi et machinis opus fuit, eoque severius in victos consultum. Quo terrore Tyndaritani, proximos se periculo, et auxilia longe esse cernentes, quum ipsi quoque de tradenda Romanis urbe consultarent, a Pœnis prohibiti sunt : nam illi ex rebus ipsis conjectura capta, quid ageretur, primores civitatis obsidum loco Lilybæum avexerunt; etiam frumento, vino, cæterarumque rerum apparatu asportato.

XLVII. His temporibus Otacilii Crassi consulis utilis et conveniens romanæ disciplinæ severitas fuit: qui milites ab Hannibale turpi pacto incolumitatis sub jugum missos, extra vallum tendere jussit, ut hostium incursionibus expositi, neque alibi quam in virtute spem habentes, confirmarentur animis, armisque potius quam loco se tueri discerent. Post hæc et alia non majoris momenti gesta, quum hiems immineret, præsidiis per opportuna loca dispositis, consules, reliquo exercitu in Italiam reportato, Romam redierunt. Ibi M. Valerio, cujus eo bello felicior et utilior opera fuerat, triumphus decretus, quem ante diem XVI kalendas Apriles

[§] XLV. Zonar. — Polyb. I, 16. — Diodor. Ecl. lib. XXIV. — Casaub. in Polyb. — Tabul. Messan. apud Pighium. — Diodor. — § XLVI. Diodor. — Polyb. — Zonar. — Cic. Verr. IV, 33.

de Pænis et rege Siculorum Hierone duxit. Prætervectum inter spolia horologium esse ideo annotatum est, quia res ad eam diem incomperta Romæ fuerat: id Catina recepta deportatum, deinde in publico secundum rostra, in columna Valerius statuit. Idemque tabulam, in qua prælium, quo Pænos et Hieronem vicerat, depictum fuit, in latere Curiæ Hostiliæ proposuit; quod ante eum fecit nemo, postea plerique.

XLVIII. Messalæ cognomen huic Valerio ab urbe Messana inditum fuisse constat : sed miror, ab ea capta hæsisse non contemnendis auctoribus credi; quum potius ideo impositum ipsæ res evidenter arguant, quod Messanam a Pænis et Hierone discessu Appii Claudii acrius infestatam, illis submotis, hoc reconciliato, liberasset. Inter hæc quum adhuc pestilentia vexaret urbem, dictatorem clavi figendi causa dici placuit. Dictus est Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Maximus Centumalus: is magistrum equitum Q. Marcium Q. F. Q. N. Philippum dixit. Eodem anno Æsernia colonia deducta est; quum superiore Firmum deducta esset, et, ut quidam volunt, Castrum. L. deinde Postumius L. F. L. N. Megellus, Q. Mamilius Q. F. M. N. Vitulus consules facti. Sicilia provincia utrique data; legiones vero duæ tantum decretæ: sufficere visæ, postquam in societatem accepto Hierone levius bellum factum erat; et rem frumentariam facilius expediri posse rebantur, si minor exercitus mitteretur.

XLIX. Consules, trajectis in Siciliam legionibus, sociorumque contractis auxiliis, minores sibi res prætermittendas rati, ad urbem agrigentinam totis viribus obsidendam animum adjeceruut. Eam rebus omnibus Pæni largissime instruxerant, belli arcem habituri. Quippe quum Hieronem ab amicitia sua defecisse, Romanos contra non perfunctorie rerum sicularum curam capessere cernerent, diligentiore

[§] XLVII. Front. Strat. IV, 1. — Zonaras. — Fasti Capitol. — Varro apud Plin. VII, 60. — Varro ap. Macrob. Saturn. I, 6. — Seneca, de Brev. Vit. c. 13. — § XLVIII. Marm. Capitol. — Liv. Epit. XVI. — Vell. I, 14. — Polybius, lib. I, cap. 17.

ad bellum apparatu opus esse rati, primum quidem præsentium virium majorem partem in Sardiniam miserunt, quæ Italiæ litoribus insidiaretur, ut hoc metu Sicilia Romanos abstraherent; aut certe minoribus, quam voluissent, copiis rem ibi gerere cogerent. Mox Romanis ad sua tuenda, Siciliamque novo cum exercitu repetendam, pariter sufficientibus, spe ista falsi, ex Liguribus Gallisque mortales multos, sed plures adhuc ex Hispania mercede conductos, simul rerum ad victum necessariarum magnam copiam, Agrigentum miserunt: ibi horreum annonæ, receptum exercituum suorum esse volentes, loco, et opportunitate situs, et magnitudine oppidi, præ cæteris quæ in Sicilia possiderent, his usibus accommodato.

L. Circum hanc igitur urbem tota belli mole contracta, consules, Pœnis intra munitiones compulsis, ad unum inde milliare castra locant. Erant tum in agris maturæ fruges, et quia diuturnam fore obsidionem apparebat, milites studio demetendi colligendique frumenti, longius et incautius, quam hoste tam propinquo par esset, vagabantur. Neque Carthaginienses imperite aut segniter occasione usi, magnam intulissent cladem, nisi tantumdem virtute restituissent romani milites, quantum negligentia perdiderant. Quum enim frumentatores subitum hostis impetum sustinere non potuissent, Pœni ad ipsa castra romana perrexerunt, divisoque agmine quidam vallum rescindere parabant; alii cum statione pro castris locata prælium conserebant. Tunc igitur, sicut alias sæpe, militiæ leges et incorruptus disciplinæ rigor, rem ancipitem et exitio romani exercitus casuram, erexit.

LI. Quod enim quacunque de causa stationem deseruisse capitale apud Romanos est; excubitores nihil in fuga spei repositum esse gnari, quanquam numero longe superarentur, pugnam præsentissimis animis sustinuere, multis quidem suorum amissis, sed hostium interfectis pluribus; donec armari cohortes laborantibusque succurrere potuerunt. Ita et hic pulsi hostes, et qui vallum jam prope ceperant

[§] XLIX. Zonaras. Polybius

circumventi: magna ibi cædes fuit; cæteros ad urbem usque Romani persecuti sunt. Ea res in posterum et timidiores ad erumpendum hostes, et cautiores Romanos ad frumentandum fecit. Inde quum segnior esse cæpisset contentio, rarius, nec nisi ad levia certamina, excurrentibus Pænis, dividi copias placuit, et duabus urbis partibus, hinc ad Æsculapii fanum, inde via, quæ Heracleam ducit, castra statuit: hæc fossis utrinque permunita: qua urbem spectabant, adversum eruptiones; foris, quo tutiora contra invasuros essent, iterque subsidiorum in urbem introducendorum præcluderetur.

LII. Medium inter duo castra spatium frequentibus præsidiis stationibusque septum est. In his omnibus multum juvabantur opera Siculorum, qui recens in fidem venerant, quorum jam una cum Romanis centum millia facta erant. Ab iisdem commeatus Erbessum usque subvehebantur: ab eo deinceps oppido (non aberat autem longe) ipsi Romani sua in castra deportabant. Ita fiebat, ut affatim esset magna rerum necessariarum copia. Hoc in statu ad menses ferme quinque hæsit obsidio: quum neutris insigne ad victoriam momentum adeptis (præter leves enim velitationes tentatum nihil fuerat) res punicæ deteriore loco esse cœperunt. Quia enim ingens hominum multitudo, haud minus quinquaginta millia bellatorum, tanto jam tempore idem intra oppidum conclusa, annonam fere omnem absumpsisset, sperari vero subvectio nulla posset, aditus omnes Romanis sollicite custodientibus, propugnatorum animi tam præsentibus malis quam exspectatione instantium haud mediocriterangebantur.

LIII. Igitur Hannibale, Gisgonis filio (nam hic rebus Carthaginiensibus Agrigenti præerat), crebris nuntiis opem adversus famem et pericula poscente, cum militibus, qui postea contracti fuerant, elephantisque, Hanno senior in Siciliam transmittitur. Peditum erant millia quinquaginta, sex equitum; sexaginta elephanti. Cum his copiis Lilybæum vectus, inde versus Heracleam movit: statimque venerunt ad eum,

[§] LH. Diod. Eclog. lib. XXII. - Polyb.

qui deditionem Erbessi pollicerentur. Horum opera Erbesso potitus, unde hactenus ad castra romana deferri commeatus consueverat, rem haud minimi momenti perfecisse videbatur, quum exclusos omni propemodum facultate necessariarum rerum Romanos haud levius urgeret, quam ab his Agrigentini premebantur. Jamque de obsidione solvenda deliberatum erat non semel, nihilque propius factum, quam ut negotium istud pro desperato abjiceretur, nisi rex syracusanus omnes tentando vias nonnihil frumenti cæterumque rerum furtim submittens, præsentem inopiam modico sabinde levamento recreasset.

LIV. Hanno quum Romanos et penuria, et morbis, qui sequi famem solent, graviter affectos, suas contra copias viribus integris agere perpenderet; propius ad Romanos accedere, præliisque, si facultas daretur, fortunam experiri statuit. Elephantis igitur quinquaginta cæteroque toto exercitu assumptis, Heraclea profectus, numidicum equitatum præmittit, qui hostium castris obequitans, eliceret romanos equites, et in præparatas insidias deduceret. Numidis, uti mandatum erat, ad castra consulum contemptim provolantibus, erumpunt Romani, propelluntque resistentes primo, deinde solutis ordinibus via, qua venire Hannonem sciebant, réfugientes, contento cursu persequuntur. Igitur quanto longius abripi se passi fuerant, tanto difficiliorem ad sua munimenta receptum habuerunt; multique eorum, quum et recentes occurrissent copiæ, et qui paulo ante fugerant undique circumfunderentur, desiderati sunt.

LV. Hoc eventu magis etiam ad spem summæ victoriæ confirmatus, Hanno collem quemdam, Torum nomine, mille quingentis passibus a Romanorum castris distantem, insedit. Serius tamen aliquanto, quam inter exercitus tam propinquos sperari potuisset, commissa pugna est; modo Romanis, modo Pœnis unius prælii fortunæ spes universas committere formidantibus. Donec igitur pugnandi avidior Hanno fuit, Romani castris suis se tenuerunt : quod numero, et alacri-

[§] LIII. Zonar. - Polyb. - Diod. Ecl. 1. XXIII.

tate, ipsi detrimento equitum suorum perculsi et mœrentes, vincerentur. Postquam autem dubitatione sua sociorum animos languescere, hostes in spem erigi, duriusque sibi bellum cum inopia, quam cum Pœnis futurum arbitrati, certamen detrectare desierunt; Hanno vicissim tergiversari cœpit, et omnia metuere.

LVI. Duo menses sic exacti, ut præter levia prælia, quæ fiebant quotidie, nihil majoris rei gereretur. Ad extremum frequentibus Hannibalis precibus motus, qui et nuntios mittebat assidue, et facibus accensis signa crebra edebat famem amplius obsessis tolerari non posse, multosque ea peste coactos ad hostem transfugere; dimicationi moram ulterius nullam afferre decrevit : eodem tempore Hannibale quoque cum suis eruptionem ex urbe facturo. Quæ quum animadvertissent consules, intra sua se castra quieti tenuerunt; eo ferocius Hanno aciem instructam ostentare, et ubi nemo contra exit, sub ipsa Romanorum munimenta suggredi, ad pugnam audacter provocare, cunctantibus timorem et ignaviam objicere: illi hostem levibus præliis a vallo repulisse contenti, neque contra manentes struebant aciem, neque recedentes insequebantur. Hoc ubi per aliquot continuos dies factum, Pœnisque jam persuasum esset, nihil ultra ausurum Romanum, L. Postumius consul contemptum hostium in suam occasionem solerter vertit. Instructis enim silentio copiis omnibus, intraque vallum retentis, accedentem pro more Pænum cum paucis submovens, a prima luce ad horam diei sextam velitando detinuit; tum demum recipientibus se hostibus productas ex castris legiones immisit.

LVII. Hanno, quanquam contra opinionem suam pugnandum sibi videret, intrepide congressus in serum diei ambiguum certamen extraxit. Sed Romanos curatis bene corporibus, ad pugnam præparatos, æstus, sitis, labor, non æque fatigabat: Carthaginiensis autem acies ante commissum prælium inedia et stando fessa, quanto longius protrahebatur dimicatio, fatiscentibus corporibus minus ad resistendum

[§] LV. Zon. — Polyb. — § LVI. Polyb. — Zon. — Front. Strat. II, 1.

virium habebat. Postremo conductitius miles, qui in prima fronte pugnabat, diutius sustinere laborem non potuit, neque solum ipse cessit loco, sed in elephantorum agmen, et alios a tergo stantes ordines trepida fuga se inferens, turbavit totam aciem, hostique acriter incumbenti terga dare coegit. Eadem felicitate tum quoque ab alia parte gesta res: Hannibalque, quum eruptione pugnavisset, majore suo quam hostium detrimento in urbem compulsus est. Capta Carthaginiensium castra sunt: elephanti vulnerati tres, cæsi triginta, undecim in manus Romanorum venere: similis et hominum fortuna fuit; de tanto exercitu pauci cum ipso duce Heracleam evaserunt.

LVIII. At qui in urbe clausi erant, rebus plane desperatis, nullam salutis viam sibi relictam esse videntes, maximis terroribus affligebantur: quum Hannibal optimi, ut in fortuna mala, consilii auctor, animadverso Romanos et labore certaminis defatigatos, et lætitia bene gestæ rei solutiores, negligentius solito excubias agere, circa tertiam vigiliam cum mercenariis exit oppido; et cratibus, quas hunc ad usum ante paratas stramento compleverant, in fossas injectis, transgressus, aliquantum itineris præcipit, donec Romani, luce jam oriente quid actum esset sentientes, partem extremi agminis deprehenderunt: Hannibal cum reliquis in tuta loca pervenit. At Agrigentini, desertos a Pœnis se videntes, multos eorum, qui in urbe remanserant, sive per iram, sive ut a victore gratiam inituri, concidere. Nec ideo minus direptum est oppidum: homines, amplius quinque et viginti millia liberorum capitum, in servitutem venditi.

LIX. Hoc maxime modo captum a Romanis Agrigentum est, septimum intra mensem quam obsideri cœperat, magna cum utilitate gloriaque populi romani, sed multa quoque sanguinis impensa: quippe supra triginta hominum millia de consulum exercitu, Siculorumque auxiliis, inter istam obsidionem varia peste perierunt. Qua de causa, simul quia

[§] LVII. Zonar. — Diodor. Eclog. lib. XXIII. — Oros. IV, 7. — § LVIII. Polyb. — Zonar. — Diodor. — Oros. IV, 7.

nihil jam magnæ rei ob hiemem propinquam suscipi poterat, Messanam redierunt. Anno deinde proximo cum imperio iverunt in Siciliam L. Valerius M. F. M. N. Flaccus, et T. Otacilius C. F. M. N. Crassus, consules; prioribus ducibus ad spem triumphi Romam digressis. Carthaginienses quidem, classe tanquam ad vastandam Italiam missa, novos consules a Siciliæ cura distinere cupiverant; sed ii constitutis circum litora globis militum, qui prædones arcerent, nihilominus in insulam transjecerunt. Tunc quoque multa Siculorum oppida in fidem recepta, recenti cladis Agrigentinæ exemplo et metu: neque obsistentibus Pænis, quos super prælium adversum etiam seditiones mercenariorum militum angebant; Gallis præcipue ob mensium aliquot stipendia non soluta tumultuantibus. Ad quos puniendos fraudem ejusmodi commentus est Hanno.

LX. Sermone blando mitigatos modicum ad tempus quiescere jubet : sibi esse certam et propinquam oppidi cujusdam locupletis occupandi spem ostendit : ex ejus præda cumulate Gallis etiam pro solutionis mora satisfactum iri confirmat. Ita sedatis illis, adeoque gratias agentibus, opportuno tempore, cum dispensatore suo, quem habebat fidelissimum, agit, ut specie transfugæ, tanquam rationibus interversis ad Otacilium consulem pergeret, indicaretque, nocte proxima Gallorum millia quatuor, ad urbem Entellinam proditorum opera recipiendam venturos, locatis insidiis circumveniri posse. Consul rem non spernendam arbitratus, licet transfugæ non omnino confideret, mittit delectam militum manum; veniunt et Galli ab Hannone decepti. Consurgentibus ad hos excipiendos Romanis oritur prælium atrox, in quo Galli omnes interfecti, quum inulti noluissent occumbere, duplex Hannonigaudium præbuerunt, conductitiorum insolentiam, cum hostium haud exiguo detrimento, non incallide vindicanti.

LXI. Romæ interim de aqua Anienis in urbem deducenda Minucius prætor in senatu retulit. Opus illud ex manubiis

[§] LIX. Diodor. — Eutrop. lib. II. — Zonar. — Polyb. — Front. Strat. III, 16. — § LX. Zonar. — Diod. — Front. Strat. III, 16.

364 JO. FREINS. SUPP. IN LOC. LIB. XVI.

censor M. Curius locaverat; sed variis exortis impedimentis res nonum in annum prolata, tum retractabatur; creatique duumviri Curius et Fulvius Flaccus: sed Curio quintum intra diem defuncto, gloria deductæ aquæ penes unum Fulvium fuit. Sub id tempus Hamilcar in Siciliam Hannonis successor Carthagine venit. Hannonem namque, ex mala pugna domum redeuntem, ignominiose exceperant Pœni, mulctatumque sex millibus aureorum præfectura dimoverant. Eum Hamilcarem patrem Hannibalis, qui sequens bellum punicum adversus Romanos duxit, fuisse, quidam similitudine nominum decepti non recte tradiderunt: nam genitor Hannibalis Hamilcar extremis ejus belli temporibus in Siciliam cum imperio adolescens venit; sed celebritas ejus effecit, ut alterius ignotioris Hamilcaris acta, Barcæ Hamilcari, omnium qui hoc nomine fuerunt nobilissimo, adscriberentur. Successor igitur Hannonis Hamilcar, pedestri utique exercitu Romanos longe superiores esse cernens, mediterraneas quidem urbes nullas audebat aggredi, neque ex locis montosis et arduis in plano descendere; sed classe validus, qua haud dubie maris imperium tenebat, ea parte virium haud segniter utebatur, missoque iterum Hannibale ad vastandam Italiæ oram, ipse sicula litora circumvectus, pleraque maritima loca, quæ Romanis sese adjunxerant, facile recuperavit. Qua re fiebat, ut Romanis loca procul a mari remota, Pœnis litoralia et occupantibus facile, et tuentibus, æquo utrinque momento spes metusque librarentur, neque facile penes utrum populum totius belli victoria esset futura, judicari posset.

§ LXI. Front. de Aquæd. — Diodor. — Zonár. — Cic. de Off. III, 26. — Corn. Nep. in Hamilcare, cap. 1. — Polyb. I, 20.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER SEPTIMUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI SEPTIMI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI SEPTIMI.

Cn. Cornelius consul, a classe punica circumventus, et per fraudem velut in colloquium evocatus, captus est. C. Duilius consul adversus classem Pœnorum prospere pugnavit, primusque omnium romanorum ducum navalis victoriæ duxit triumphum: ob quam causam ei perpetuus honor habitus est, ut revertenti a cœna, tibicine canente, funale præferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos, et Corsos, et Hannonem Pœnorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul, quum in locum iniquum, a Pœnis circumsessum, temere duxisset exercitum, M. Calpurnii tribuni militum virtute et opera evasit: qui, cum trecentis militibus eruptione facta, hostes in se converterat. Hannibal dux Pœnorum victa classe, cui præfuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul, victis navali prælio Pœnis, in Africam trajecit.

I. Quartus jam belli carthaginiensis annus exierat, neque pœnitebat virtutis aut fortunæ Romanos: præliis enim omnibus, quotiescumque congressi cum Syracusanis, aut cum Pænis fuerant, victores discesserant; opulentas urbes oppugnando ceperant; aliæ conditionibus in potestatem vene-

rant: sed quando bellum in insula gerebatur, neque commeatus, neque supplementa, quum opus esset, submitti poterant: et naves Carthaginiensium liberis et improvisis appulsibus non modo siculas urbes ad mare positas, ex tuto vexabant; sed etiam Italiæ oram subinde vastantes, et detrimentum imperio Romanorum, et ignominiam famæ inferebant; quum interim Africa indemnis, et periculorum malorumque omnium hostilium exsors haberetur. Itaque re diligenter deliberata senatui populoque romano placuit, ut classe comparata, non terra tantum, uti cæperat, dimicaretur cum Pænis, sed etiam maritimæ aleæ fortuna tentaretur.

II. Hæc prima romanæ urbi de navalibus rebus seria cogitatio fuit : quam haud minus forti felicique opera complevit, ac animo consilioque fidenti susceperat; ut non immerito judicaretur, orbis imperium genti romanæ deberi, cui adversus exercitatissimum in re nautica populum classibus bellare volenti, nec ad rem aggrediundam audacia, nec ad regendam solertia, nec ad perficiendam constantia defuisset. Quum enim ad eam diem Romani adeo maritimam militiam non attigissent, ut neque viros, qui navale prælium vidissent, neque naves ullas bellicas, ne fabricandarum quidem artifices idoneos haberent, maxima fiducia tantum opus aggressi, brevissimo tempore et navigare cœperunt, et dimicarunt maritima pugna, et homines a multis ætatibus rerum earum peritissimos superarunt. Cura classis fabricandæ mandata Cn. Cornelio, L. F. Cn. N. Scipioni Asinæ, et C. Duilio M. F. M. N. qui consulatum recens iniverant.

III. Navis erat una quinqueremis, quam Claudius, quo tempore freti transitum meditabatur, cupidine pugnandi propius ad litus perlatam, locisque vadosis et brevibus impeditam pedestri manu ceperat: hujus ad exemplum classem exædificari consules jussere, tantoque studio institerunt operi, ut sexagesimum intra diem, quam cæsa materia fuerat, classis centum sexaginta navium in ancoris staret. Sed nec ingenio minore quam industria consules expeditionem

[§] I. Polyb. I, 20. — § II. Oros. IV, 7.

istam maturarunt: quum enim neque imperitos remiges in prælii discrimen adducere consultum putarent, neque exercendis iis tempus rerum gerendarum coarctare vellent, commenti sunt rem uti prima specie ridiculam, ita usu eventuque prolixe commendabilem; ut interea, dum naves compinguntur, futuri remiges in litore sedentes officia sua docerentur. Iisdem enim ordinibus dispositi, quos in ipsis navibus servaturi mox erant, hortatore in media turba collocato, ad illius vocem et præcepta, movere et impellere remos, iterumque quiescere, haud aliter, quam navigantes solent, jubebantur. Hac imaginaria exercitatione tantum profectum est, ut postquam paratis jam navibus paucos dies in ipso opere industriam suam probavissent, jam confidere ipsis auderent consules, suamque et legionum salutem credere.

IV. Provincias deinde quum sortirentur, C. Duilio terrestre in Sicilia bellum, Cn. Cornelio classis evenit. Qui assumptis navibus septemdecim Messanam progressus, quo in adventum classis, quam sequi, ut primum posset, jusserat, necessaria præpararet; priusquam ad fretum illa accederet, in manus hostium incidit. Factum id Boodis astucia, quem Hannibal punicæ classis imperator legatum habebat, et credulitate consulis, qui Liparæis quibusdam ab hoste subornatis fidem habens, Liparæ urbis per proditionem occupandæ spem temere conceperat. Ibi circumventus a punicis navibus, conserere tamen manus, et pugnando salutem quærere cogitabat, nisi Boodes altera fraude ipsum et tribunos militum, quasi de conditionibus cum Pœno locuturos, suam in triremem pellexisset: venientibus injectæ sunt catenæ: quo terrore quum cæteri sine certamine se tradidissent, Boodes navibus omnibus potitus captivos Carthaginem misit.

V. Simile mox pœni ducis peccatum fuit, eoque majoris opprobrii, quod neque romani consulis incogitantia tam recenti exemplo ad cautionem profuisset. Didicerat roma-

[§] III. Auct. de Vir. illustr. cap. 37. — Plin. XVI, 39. — Polyb. I, 21. — § IV. Zonar. — Ολυμπιάδ. άναγρ. — Polyb. I, 21. — Liv. Epit. XVII. — Flor. II, 2. — Oros. IV, 7.

nam classem, juxta litus italicum vela facientem, ad fretum tendere, neque procul abesse jam posse: volens igitur eam ex propinquo considerare, ut numerum navium, et quo in novo instituto Romanis agilitas et habitudo esset, accurate cognosceret, cum navibus quinquaginta proficiscitur, securus futuri, et classe, ut in cursu tuto solet, navigiis temere permixtis, parum composita. Igitur in flexu cujusdam promontorii quum in romanam classem ordine commodo navigantem subito illatus esset, ante victus quam ad pugnam parare se potuisset, amissa meliori parte navium, postquam ipse quoque ad extremum periculi venisset, cum cæteris vix effugit:

VI. Victrix classis, cognito Cornelii casu, simul ad C. Duilium misit nuntios, qui suum adventum ei significarent; simul ad prælium se parabat, quod cæteras Carthaginiensium naves propinquis locis agere compererat : ibi dum sollicitis animis incommoda suarum navium considerant, easque rudi opere constructas, a punicis velocitate longe superari reputant, venit cuidam in mentem machinæ ad comprehendendas hostium naves tenendasque utilis, quam postmodum corvos vocaverunt : ejus hæc forma fuit. Tignum erat rectum, teres, quatuor ulnas longum, crassitie dodrantali, trochleam in summo habens: huic in prora navis defixo aptabatur scala sex ulnas lata, longa pedes quatuor, composita ex transversis tabulis, quas impacti clavi ferrei firmiter continebant: in ea machina foramen relictum erat oblongum, quo tigno inducta complecteretur illud, eique cohæreret, per spatium ulnarum quatuor, quanta ipsius tigni longitudo erat.

VII. Scalæ vero reliqua pars et tigno non inserta, quæ ulnarum erat duarum, quibusdam velut articulis ita dependebat, ut facile attolli demittique posset: in extremo scalæ validum affixum erat ferrum, pistilli forma, præacutum, quod in capite annulum habebat, ex quo funis alligatus per trochleam tigni, in ipsam navis proram demittebatur. Tum,

[§] V. Polyb. - § VI. Flor. II, 2. - Polyb.

quoties voluissent, attracto fune erigebatur scala, remisso ruebat, quidquid comprehendisset infesto ferrei stili acumine defigens et vinciens. Inter hæc C. Duilius consul pedestri exercitu tribunis tradito, ad naves venit; intellectoque Mylaiten regionem ab hoste vastari, cum universa classe ad eam oram proficiscitur. Grata res Carthaginiensibus fuit, qui adversum mediterraneos homines et rei nauticæ imperitissimos, certam sibi victoriam pollicebantur: ipsi quoque documento futuri, nullum unquam hostem ita contemni oportere, ut quidquam de cavendi diligentia et disciplina remittatur.

VIII. Dux classis Hannibal, is qui copias ex Agrigento eduxerat, septireme vehebatur, quæ fuerat regis Pyrrhi: hunc reliquæ naves sequebantur, non tanquam ad prælium, per aciem et distinctos ordines, sed ut cuique pronum erat, hostium contemptu properantes: at postquam propius suggressi suspensos ex proris adversæ partis minantesque corvos viderunt, rei novitatem admirati paulisper hæsere: tandem ferocissimo quoque imperitorum hominum rude commentum deridente, primæ quæque naves concitato impetu invehuntur. Tum vero demissi repente corvi, ut in quamlibet inciderunt, ita perforato tabulato hærentes invitam retinebant: milites autem romani, siquidem sors tulerit ut ex lateribus naves connecterentur, omni ex parte in hostiles insiliebant: quoties autem proræ tantum commissæ essent, per ipsum tignum annexumque pontem armati bini transibant, tanto expeditius, quod utroque a latere scalæ lorica genu tenus alta tutiorem incessum gradumque firmiorem præstabat: primi enim quique projectis ante se scutis frontem adversus hostium tela protegebant; pone sequentes sua scuta loricæ utrinque applicabant; sic etiam lateribus defensis, navem adversam collato gradu oppugnabant; fiebatque pugna non rostrorum, sed ensium virorumque cominus, et statariæ similis.

IX. Unde Romano, qui robore præstabat, adversum ho-

[§] VIII. Flor. — Front. Str. II, 3. — Polyb.

370 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

mines leviter armatos, naviumque potius agilitate quam manibus confisos, facilis victoria fuit; celeriterque sunt expugnatæ naves punicæ triginta: in quibus et prætoria septiremis capta est. Hannibal tamen, quum ex navi, quæ jam capiebatur, in scapham saltu se demisisset, captivitatem evasit; rapideque misso Carthaginem amico, qui famam cladis præveniret, imminens ob rem male gestam supplicium astu declinavit. Is enim curiam ingressus, quasi re adhuc integra consilium a senatu petiit, congrediendumne cum romana classe videretur? omnibus succlamantibus, ne dubitandum quidem aut differendum fuisse: Fecit, inquit, et victus est. Ita non audentibus incusare factum, cujus, antequam fieret, auctores esse pro se quisque voluissent, capitis pæna liberatus est imperator, præfectura navium adempta.

X. Cæterum post fugam ducis e prælio reliquæ Carthaginiensium naves (supererat autem pars multo maxima) impedito consilio, quid faciendum esset, ambigebant: pudebat excedere pugna, nullo tum accepto incommodo, ne hoste quidem urgente: rursum romanas naves aggredi corvorum metu cunctabantur: ad postremum undique circumvecti, et nauticas artes omnes experti, ubi omni ex parte opponi sibi rostra et objici formidabiles illas machinas vident, desperata victoria discessere. Mersæ traduntur ex prælio naves punicæ quatuordecim, captæ una et triginta, cum septem hominum millibus, postquam pugnando tria millia periissent. Hoc eventu C. Duilio consule adversus Pœnos juxta Liparæorum insulas certatum est: unde magnus Romanis etiam prædæ fructus, sed longe amplissimus gloriæ famæque fuit. Consul assumpto terrestri exercitu Segestam profectus, urbem a Pœnis ad extremum'spei adactam, periculo exemit: inde Macellam pugnando cepit, Hamilcare nusquam occurrere auso; confirmatisque civitatum amicarum animis, æstate jam circumacta, Romam rediit.

[§] IX. Valer. Max. VII, 3, 7. — Zonar. — Auct. de Vir. illustrib. — § X. Eutrop. l, II. — Oros. IV, 7. — Flor. II, 2. — Zonar. — Polyb.

XI. Cujus discessu res punicæ rursum efflorescere cœperunt. Primum enim ab obsidione Mutistrati, post septimum mensem multis suorum desideratis, discesserunt Romani: deinde, quum inter ipsos et auxiliares dissensione orta, seorsim a legionibus inter Paropum et Thermas castra metati socii essent, illorum vecordia utendum ratus Hamilcar, improvisa irruptione supra millia quatuor occidit: negue multum abfuit, quin totus Romanorum exercitus eadem clade involveretur. Tum igitur multa iterum oppida, partim expugnata sunt ab Hannibale, partim proditione capta. Quæ licet Romæ haudquaquam lætis auribus acciperentur, levia tamen damna præ gaudio navalis victoriæ reputabantur. Quum enim hactenus romana virtus terrestribus bellis invictam se præstitisset, non abs re lætabantur isto prælio maritimarum quoque virium non contemnendam opinionem quæsitam esse: unde ad spem totius belli mirifice confirmatis animis, auctorem decoris inusitati novis etiam honoribus dignum judicaverunt.

XII. Primus itaque Duilius navalem triumphum de Siculis et classe punica egit Kalendis intercalaribus; tulitque civitas, quod honore isto non contentus, alium sibi nullo exemplo privatus sumpsit, ut a cœna redeunti tibicinis inter cantum funale præluceret. Columna quoque rostrata senatusconsulto posita in foro est, ex Pario marmore candido, quæ mersarum captarumque navium numerum, et summam pondusque pecuniæ captæ complexa, adhuc visitur, sed extritis vetustate vocabulis pluribus: auri tamen nummos captos esse ter mille septingentos, argenteorum supra centum millia, æris gravis vicies septies centena millia pondo, satis agnoscitur. Triumpho peracto comitia C. Duilius habuit : L. Cornelius L. F. Cn. N. Scipio, C. Aquilius M. F. C. N. Florus consules facti. Provincias consulares senatus decrevit Siciliam, et classem. Cui classis obvenisset, et in Sardiniam et Corsicam transjicere, si e republica videretur,

372 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

permissum. Hæc sors Cn. Cornelio quum evenisset, instructa classe profectus est.

XIII. Hæc prima Romanorum in Sardiniam et Corsicam expeditio fuit. Insulæ sunt locis ita conjunctæ, ut eadem videri possint : cæli tamen solique natura, et quod sequitur, hominum ingenio, multum dissimili. Sardiniam, ut imaginem humani vestigii referentem, Ichnusam Veteres, itemque Sandaliotin dixerunt. Inde Sardum Hercule libyco genitum aiunt frequentatæ ab se insulæ nomen, quo hodie noscitur, imposuisse. Græcos etiam ad ea loca venisse cum Aristæo fabulis antiquis decantatum est; itemque post iliaca bella, Trojanos. Terra neque spatio soli maximis ejusdem maris insularum, neque bonitate fertilissimis multum cedit: parens optima pecudum, frumenti optimi feracissima, metallorumque, sed præsertim argenti, dives. Cælo tamen haud æque salnbri utitur, laudemque fœcunditatis apud exteros pestilentioris aeris infamia corrumpit : per æstatem enim morbosa est, et in locis fertilioribus, magis.

XIV. Herbam præterea producit vehementis veneni apiastro persimilem, quæ in cibo sumpta mentem adimit, nervisque violenter attractis labia distorquet in ridentium speciem; exitiali succo, nisi post vomitum lac aut aqua mulsa copiose bibatur: ita vis istius mali præsens diluitur; cæteris deinde incommodis ea medentur, quæ in convulsionibus nervorum usui sunt. Etiam minimum animalculum per imprudentiam supersedentibus mortiferum est. Solpugam vocant, formicarum genus, tánto periculosioris malitiæ, quod et latet facile propter exignitatem, et ab ignaris naturæ ejus etiam animadversum non timetur. Sardi, variis ex barbaris mixta natio, quum ingenio suo permittitur, lubentius latrocinio quam agricultura victitant: pelta et brevi ense armantur: thoraces ex pelle musmonum consuunt; arietes ita vocant, quos insula gignit, non lanam ut alii, sed pro

§ XII. Tacit. II, 49. — Colum. Triumph. — Cic. Cat. cap. 13. — Liv. Epit. XVII. — Plin. III, 4,5. — Sil. in fine, lib. VI. — Pigh. Annal. — § XIII. Sall. Hist. II, 1. — Plin. III. — Sil. lib. II. — Sall. Fragm. — Pausanias. — Ælian. Hist. XXII, 16, 34. — Sol. cap. 10.

ea pilum caprorum more gestantes. Urbium celeberrima Caralis est, Africam spectans, et inde condita, cum pulcherrimo portu.

XV. Corsica nec amplitudine nec opibus Sardiniæ comparanda, tertium tamen inter has insulas magnitudinis locum obtinere creditur: nomen a Corsa, muliere quadam, accepisse incolæ tradunt; cujus ab armento taurus in hanc insulam ex Liguria transjecerit. Græcis Cyrnus vocatur. Montosa est et aspera, et plerisque locis penitus invia: quare populum etiam terræ suæ similem alit, nullo humano cultu feris propemodum ipsis intractabiliorem. Capti in servitutem vix mansuescunt: sed aut impatientia laboris et jugi vitam exuunt; aut contumacia et stupiditate molesti sunt heris. Mel in insula copiosum est, sed amari saporis, quale fit ex flore buxi quam Corsica multam et crassissimam profert. Idem tamen saluberrimum putatur; et sunt qui longævos in Corsica homines fieri opinentur, quod mel istud suum in continuo usu habeant. Oppida nec magna nec frequentia populo, sed tamen supra triginta numerantur: ex quibus facile principes sunt Aleria, Phocæensium colonia; et Etruscorum Nicæa. Hic quoque grave cælum est, et præterea importuosum mare.

XVI. Cum his igitur gentibus diu Carthaginienses bella gessere, et utriusque insulæ dominatione, præter inaccessa loca potiti sunt. Sed quia facilius erat rudes et feros homines vincere, quam domare; tum alia, quibus eos continerent, excogitarunt, tum etiam quo res vitæ necessarias ex Africa petere cogerentur, quidquid ubivis frugum fructuumve erat, corruperant, etiam supplicio mortis indigenis proposito, si quis tale quid serere aut plantare instituisset: donec longa consuetudine facti mitiores imperium æquioribus animis pati didicerunt. Has ad insulas navigationem eo tempore L. Cornelius consul instituit: et prius quidem in Corsica

[§] XIV. Mela, II, 7. — Strab. l. V. — Plin. XVI, 16. — Math. in Diose. VI, 14. — Plinius, XX, 1. — Lucan. IX, 837. — Claud. de Bell. Gild. — § XV. Sall. Hist. II, 1. — Strab. l. V. — Lycus apud Athen. lib. II. — Plin. XXIX, 4. — Mart. Capella. — Diod. V, 3.

374 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

urbem expugnavit Aleriam: quo facto cæteras facile et citra laborem aut periculum adjunxit. Inde Sardiniam petenti classis occurrit hostium: quam aggressus consul, antequam ad manus ventum esset, in fugam conjecit.

XVII. Mox ad Olbiam profectus, quum in portu multas Carthaginiensium naves stare vidisset, neque se satis a pedestri robore instructum ad oppugnationem urbis situ et defensorum multitudine validæ crederet, omisso in præsens negotio, domum ad plures milites assumendos abnavigavit. Per idem tempus servilis in urbe motus inter ipsa initia feliciter compressus, magna rempublicam sollicitudine simul affecit, et liberavit. Ad classem instruendam ex gentibus recens devictis navales socii frequentes cogebantur; eorumque tum ad quatuor millia Romæ convenerant, Samnites plerique: ii, quod a mari abhorrerent, conditionem suam secretis sermonibus miserati, eo usque exarserunt, ut urbem incendere atque diripere agitaverint; jamque ad tria servorum millia in eamdem sententiam pertraxerant, quotidie sumente vires conspiratione, quum Erius Potilius præfectus auxiliorum prudenti consilio periculum omne discussit.

XVIII. Simulato enim ejusdem factionis studio, machinationes eorum omnes exacte perdidicit: genus, numerum, nomina singulorum, qui in ea conjuratione essent, cognovit; loca, tempora, quibus ausuri quodque forent, exploravit. Nihil jam deerat ei, quo minus rem ad senatum deferret, præter facultatem curiam adeundi; nam voluntas supererat: sed, Samnitibus nusquam incomitatum sinentibus, perficere institutum nequibat; donec excogitato dolo persuasit eis, uti, quo die senatus haberetur, in forum agminatim progressi, fraudem sibi in dimetiendo frumento factam esse vociferarentur: inde nascituram occasionem dicens aut exsequendi consilii sui, aut certe speculandi, quid adversus subitos ejusmodi motus animi consiliique Patribus esset:

[§] XVI. Sen. Cons. ad Helv. c. 8. — Arist. περί θαυμασίων άκουσμάτων. — Freinsh. ad Flor. II, 2, 16. — Zonar. — § XVII. Oros. IV, 7.

quoque plus fidei faceret, ipse processit una, neque comitem modo se tumultus ejus, sed principem ducemque præbuit. Unde vocatus ad senatum, conspirationis occultæ periculum commentique sui causas exposuit.

XIX. Patres, dissimulata facti conscientia, miserunt qui turbam illam blandis verbis delinitam domos abscedere juberent: daturos operam Patres, ut injuria, quæ facta diceretur, sublata, juris sui cuique copia fieret. Ita conjurati, latere adhuc consilium suum existimantes, digressi sunt: nocte vero proxima suos quisque servos, quos indicio Potilii sceleris esse participes cognoverant, vinxit : Samnitium quoque plerique in hospitiis suis comprehensi. Nescio, an hæc cura, an vero aliud negotiorum aut valetudinis impedimentum C. Florum tenuerit, ne citius in Siciliam proficisceretur: in qua Hamilcar post proximam victoriam res Carthaginiensium magnis profectibus restituebat. Quippe Camarina et Enna proditione receptis, Drepanum, ubi portus egregius erat, communivit, et in oppidi formam auxit, transductis illuc Erycinis, quorum urbem, ne Romanis usui foret, præter templum Veneris, everterat. Multa deinceps alia loca dolo aut armis in potestatem redegerat, totaque Sicilia potiturus videbatur, nisi Florus, ob res istas ne sub hiemem quidem insulam relinquere ausus, obstitisset.

XX. Facilius alteri consuli bellum cum Sardis et Carthaginiensibus ad Olbiam fuit. Quo reversus cum auctioribus copiis, Hannonem invenit, quem Hannibale remoto Carthaginienses rebus maritimis præfecerant. Pugna vehementi facta, Hanno fortissime dimicans, quum vinci suos videret, in confertissimos hostes irruens interfectus est, secutaque oppidi deditio. Consul victoriæ famam etiam humanitatis adversus hostem insigni monumento decoravit: nam e tabernaculo suo corpus Hannonis efferendum curavit, amplasque ipsi fecit exsequias, cessantibus post mortem odiis, virtutem etiam in hoste honorandam esse recte judicans. Inde recentis victoriæ terrorem exolescere non passus, mul-

[§] XVIII. Zon. — § XIX. Diod. Ecl. l. XXIII. — Zon. — Oros. IV, 7

376 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

tas et alias Sardiniæ urbes cepit, consilio doloque virtutem adjuvans.

XXI. Solebat enim noctu appulsa litori classe, delectos ex cohortibus haud procul oppidis, quæ adoriri constituerat, exponere: qui locum insidiis opportunum occupantes exspectabant, donec ad ipsas urbes suggressus consul oppidanos in arma compulsos, simulatione fugæ longius a mænibus elicuisset; tum illi advenientes cursu, vacuas defensoribus urbes capiebant : eo astu complures in potestatem venere; tantumque vincendo processum est, ut neque in Corsica, neque in Sardinia Pœnorum exercitus consistere possent. Qua de causa minime dubitatum est, quin Romam reverso triumphus amplissimus decerneretur. Triumphavit de Pœnis et Sardinia et Corsica ante diem V Idus Martias, quum magnam ex insulis istis prædam, et multa millia captivorum adduxisset. At in Sicilia C. Florus proconsule Mutistratum chsidebat, locum munitum, et semel iterumque frustra tentatum.

XXII. Ne tum quidem prius expugnari potuit, quam novus consul A. Atilius A. F. C. N. Calatinus veniret: huic enim Sicilia provincia, collegæ ejus C. Sulpicio Q. F. Q. N. Paterculo classis evenerat. Ii, quod Panormi Carthaginiensium hiberna erant, cum omnibus copiis eo profecti acie instructa fecere pugnandi copiam hostibus. Sed nemine contra prodeunte, Hippanam petierunt: quæ urbs ex itinere oppugnata statimque capta est. Inde Mutistratum perrexit Atilius, quam acriter defensam ad extremum fatigati lamentis mulierum atque puerorum propugnatores deseruerunt. Ita præsidio Carthaginiensium noctu digresso, prima luce portas oppidani aperuerunt. Sed Romani, malorum quæ in obsidione pertulerant nimium memores, obvios sine discrimine sexus ætatisve cædebant; donec A. Atilius proclamari jussit, prædam et homines capientium fore. Tum demum

[§] XX. Valerius Maximus, V, 1, 2. — Silius, lib. VI, vers. 671. — Front. III, 9. — § XXI. Florus, II, 2. — Fasti Capitolini. — Eutropius, lib. II. — Zonaras.

crudelitatem avaritia vicit; servatique Mutistratensium reliqui sub corona venierunt: urbs direpta est et diruta.

XXIII. Camarinam inde ductus exercitus, ob regionem parum diligenter exploratam, maximum in discrimen incidit. Pœnus enim imperator obviam profectus loca superiora prior occupaverat; romanasque copias in vallem iniquam temere demissas circumsidebat. Certum ante oculos omnium exitium, et caudinæ cladis imago versabatur, nisi consilium et virtus M. Calpurnii Flammæ, qui tribunus militum eodem in exercitu agebat, rebus pæne desperatis subvenisset. Nam is P. Decii secutus exemplum, qui tribunus militum idem in Samnio fecerat, assumptis militibus trecentis ad tumulum quemdem occupandum ivit; nulla spe evadendi, sed amore laudis et servandi exercitus cupiditate ipse militesque ejus accensi. Ferunt, quum eo duceret, ita suos allocutum esse: Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones. Atque ita factum est : hostibus enim in hos conversis, dum acerrima pugna quantumvis multos morituri detinent, consul evolvere sese locis infestis potuit: Carthaginienses, interfectis qui se objecerant, nihil in detectis jam insidiis ponentes spei discesserunt.

XXIV. Itaque Calpurnii miraeulo proxima fortuna fuit: qui repertus inter suorum hostiumque cadaverum cumulos, quum solus omnium adhuc spiraret, sublatus atque diligenti cura refectus, quum inter multa vulnera letale nullum accepisset, diu postea fortem fidelemque operam reipublicæ præstitit, magnoque terrori hostibus fuit. Qui si apud Græcos tantum virtutis specimen edidisset, neque præmiorum, neque monumentorum satis potuisset decerni; nunc homini romano tanti facinoris merces corona ex gramine fuit: memoria vero facti adeo negligens, ut vix de nomine fortissimi viri constet; eumdem enim Calpurnium Flammam plerique, sed M. Cato Q. Cædicium, Claudius Quadrigarius Laberium

[§] XXII. Diodor. — Zonar. — § XXIII. — Zonar. — Agell. III, 7. — Front. Strat. IV, 5, 10. — Liv. Epit. XVII. — Liv. VII, 34, et XXII, 6e. — Flor. II, 2. — Oros. IV, 8.

378 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

vocatum esse, tradiderunt. Cæterum emersus ex his angustiis consul, quum et error pudorem, et periculum vigilantiam acuisset, majoribus iterum viribus et intentiore cura oppugnare urbem aggressus, postquam sine machinis parum proficiebat, ab Hierone petitas accepit. Earum violentiæ cessit murus, redactosque in potestatem Camarinenses majori ex parte sub hasta consul vendidit.

XXV. Tum ad Ennam itum; ea quoque proditione recepta: præsidiarii partim a Romanis in oppidum admissis interfecti sunt; alii fuga dilapsi ad suarum partium loca se receperunt. Sittanæ possessionem non dolus sed virtus dedit; magna vi pulsis, qui desenderant, et urbe expugnata. Neque moram fecerunt minora quædam in ea Siciliæ parte oppida, quin protinus missis legatis consuli se traderent. Qui præsidiis per commoda loca dispositis, in Agrigentinum agrum signa promovit, ibique Camicum castellum opera proditorum recepit. Unde perculsi, qui Erbessum tenebant, oppido relicto, fugerunt: sic Erbessus quoque ad Romanos rediit. Hoc successu consul animatus, et quod Liparæorum haud paucos sibi favere putabat, ad illorum urbem admovit exercitum. Ibi non pro cætera felicitate res processit. Hamilcar enim, romani ducis consilio sagaciter deprehenso, Liparam clam intraverat, intentusque tempus bene gerendæ rei exspectabat. Quod Romanus, quum ignoraret, audacius et incautius subiens muros, repentina Pœnorum eruptione turbatur: vulnerati sunt in eo conflictu permulti, cæsorum quoque non exiguus numerus fuit.

XXVI. Interea C. Sulpicius consul in Sardinia cum Pœnis aliquoties prospere dimicavit; tantumque hinc accessit animi, ut Africam versus vela facere auderet. Id vero minime ferendum esse Carthaginienses arbitrati, Hannibalem, qui ex sicula fuga Carthagine adhuc agebat, iterum navibus suis præponunt, multisque et præstantissimis præfectorum

[§] XXIV. Auct. de Viris illustribus, cap. 39. — M. Cato apud Agell. — Plin. XXII, 6. — Front. Str. IV, 5, 10. — Agell. III, 7. — Diod. — Polyb. — § XXV. Polyb. I, 24. — Diodor. — Flor. II, 2. — Zonar.

navalium adjunctis, classem hostilem a patrüs litoribus repellere jubent. Solvit is quidem ut pugnaturus: cæterum quo minus concurreretur, intercessit tempestas; quæ utrisque gravis incumbens, ad loca tranquilliora submovit invitos. Sardiniæ tamen portus ambo duces tenuerunt. Ibi quum in ancoris haberent naves, Sulpicius, quo Pænum in apertum mare perliceret, quosdam subornat, qui transfugarum specie persuaderent Hannibali, Romanos iterum in Africam navigare. Deceptus ille hoc vaframento, celeriter educta classe, in consulem idoneo loco præstolantem imparatus incidit; multæque naves punicæ depressæ sunt, priusquam scire possent, quid ageretur; quum insidias consulis tempestatis favor et opportune orta caligo texisset.

XXVII. Tandem re intellecta reliquæ repetiverunt portum, aut in litus se ejecerunt; ibi profugientibus remigibus pleræque inanes captæ sunt. Hannibal enim, desperato teneri portum posse, in oppidum Sulcos se contulerat : ubi seditione orta comprehensus a Carthaginiensibus, qui eodem ex pugna confugerant, quod ejus temeritatem et stultitiam cladis suæ causam fuisse dicerent, crucique affixus periit. Sed hæc victoria Romanis paulo post detrimenti nonnullius causa fuit: quum enim sublato classis punicæ metu in vastatione agrorum contemptius et securius versarentur, improviso Pœnorum Sardorumque incursu, Hannone quodam duce, fusi sunt. Censuram hoc anno C. Duilius gessit, Janique templum apud forum olitorium struxit. Triumphi dehinc duo spectati : prior C. Aquillii Flori proconsule de Pænis a. d. IV Nonas Octobres; alter C. Sulpicii consulis de Pœnis et Sardis, a. d. III Nonas.

XXVIII. Quum deinde C. Atilius M. F. M. N. Regulus, et Cn. Cornelius L. F. Cn. N. Blasio iterum consules essent, sacra quædam procurandis prodigiis fieri solita senatus faciunda censuit; quod in Albano monte, locisque aliis pluribus, atque adeo in urbe ipsa, lapides frequentes grandinis

[§] XXVI. Oros. — Polyb. — Zonar. — § XXVII. Zonar. — Polyb. — Liv. Epit. XVII. — Marm. Capit. — Tac. Annal. II, 49.

380 JO. FREINS. SUPP. IN LOC. LIB. XVII.

instar deciderant. Latinas ferias instaurari, causaque earum dictatorem dici visum est. Q. Ogulnius L. F. A. N. Gallus dictator, M. Lætorius M. F. M. N. Plancianus magister equitum fuerunt. C. Atilius, qui classi præerat, ad Tyndaridem Siciliæ quum appulisset, classem punicam ordine parum composito præternavigantem conspicatus, ejus oppugnandæ consilium subito cepit; jussisque sequi cæteris navibus, ipse cum decem, quæ primæ parari potuerunt, evolat; et ad Pænos jam longius evectos summa velorum remorumque contentione pergit.

XXIX. Hamilcar in ea classe vehebatur, non contemnendus imperator: qui paucas sibi naves instare videns, alias portu vix egressas esse, magnam partem etiamnum in ancoris hærere, converso cursu C. Atilium ejusque naves tota classe circumvenit: deprimuntur celeriter naves novem, impari adversum tanto plures certamine nequidquam omnia expertæ. Prætoria tamen meliori, quam cæteræ fuerant, remigio instructa, sociisque navalibus præsentia consulis animatis, vi perrupit, salutemque invenit : jam enim aderant Romanorum aliæ naves, quarum superventu mutatur fortuna pugnæ, merguntur punicæ naves octo, capiuntur cum ipsis remigibus decem : reliquæ ad Liparæorum insulas intendunt cursum. Hæc mari gesta: terrestrium copiarum segnius bellum fuit, urbe Lipara sine successu oppugnata: sed in apertorum locorum vastationem desæviit hostilis ira; , eademque calamitas etiam Meliten insulam haud longe dissitam comprehendit. Ob hæc gesta C. Atilius consul triumphum navalem de Pœnis egit. Eodem anno etiam A. Atilius proconsule ex Sicilia de Pœnis triumphavit a. d. XIV kalend. Febr. : lætæque tum Romanis res erant, qui non terrestribus modo præliis, sed etiam maritimis superiores, non jam de Sicilia annexisque insulis, quarum imperium satis sibi certum esse putabant, sed de Africa invadenda, bellique terrore Carthaginis ipsius portis impingendo, incipiebant consultare.

[§] XXVIII. Zonar. — Fragm. Capit. — Polyb. — § XXIX. — Polyb. ~ Zonar. — Oros. IV, 8. — Colum. Capit. — Auct. de Vir. illustr. c. 39.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER OCTAVUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI OCTAVI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI OCTAVI.

Atilius Regulus cos. in Africa serpentem portentose magnitudinis cum maxima militum clade occidit; et quum aliquot præliis adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per literas ad senatum missas questus est : in quibus inter causas petendi successoris erat , quod agellus ejus a mercenariis desertus esset. Quærente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo Lacedæmoniorum duce, victus prælio, et captus est. Res deinde a ducibus romanis omnibus terra marique prospere gestas deformavere naufragia classium. Ti. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. P. Sempronius Sophus, M'. Valerius Maximus censores, quum senatum legerent, tredecim senatu moverunt : lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita CCXCVII millia, DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace, et, si eam non posset impetrare, de captivis commutandis ageret, et jurejurando adstrictus rediturum se Carthaginem, sì commutari captivos non placuisset; utrumque negandi auctor senatui fuit: et, quum side custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto, periit.

I. CONSULATUM deinde L. Manlius A. F. P. N. vulgo Longus inivit, et Q. Cædicius Q. F. Q. N. cui in magistratu mortuo suffectus est M. Atilius M. F. L. N. Regulus, qui semel consul fuerat. Hoc anno demum Africa, quæ hactenus cladium hostilium exsors egerat, sentire bellum cœpit, Romanis in eam ingressis, postquam Carthaginiensium classem magna pugna vicissent. Quæ uti gesta sint, ipsiusque Reguli utramque fortunam, et indignum viri virtute exitum, hoc libro exponemus. Anno superiore quum C. Atilio consule Carthaginienses ita prælio navali contenderent, ut quanquam ipsi pluribus amissis navibus pugna priores excessissent, tamen quia romanas etiam aliquot submerserant, se non inferiores fuisse interpretarentur: Romani contra eventum eum pro victoria haud dubia computabant. Ita fiebat, ut spe et fiducia pari populus uterque studium maritimarum rerum per æmulationem summam prosequeretur.

II. Igitur et consules in Africam transferre bellum jussi, cum trecentarum triginta navium classe Messanam appulsi; atque inde litus Siciliæ dextrum legentes præter Pachynum ad recipiendas pedestres copias, tum castra circa Ecnomum collem habentes, pergebant: et sub idem tempus Hamilcar imperator Pœnorum, et præfectus classis Hanno, trecentarum sexaginta navium duces, Carthagine Lilybæum, et inde Heracleam Minoam transgressi, eo in portu stationem agitabant, consilia Romanorum observantes, et si versus Africam instituere cursum auderent, prohibituri. Quod edocti consules ad utrumque casum studiose cuncta comparant, ut sive navalis prælii tentandæ spes forent, sive alicubi exscensionem fieri oporteret, consilium in expedito haberent. Itaque pugnacissimis quibusque militum in naves impositis, quatuor classes, tanquam ejusdem universæ partes totidem, faciunt : legionem primam in prima classe, duas sequentes ordine suo constituunt: in quarta collocant triarios.

III. Has copias ita disponunt, ut singulis navibus treceni

[§] I. — Tab. Capit. — Polyb. I, 25. — § II. Oros. IV, 8. — Polyb.

remiges, milites vero centeni viceni vehantur: ita numerus hominum in universa classe ad millia centum quadraginta accedebat. Hunc numerum aliquanto superabant Pœni, plus centum quinquaginta millibus hominum adducentes. Et militum quidem genus præ suis parvi faciebant consules: major ea deliberatio erat, quum in alto mari pugnandum fore appareret, ubi celeritas navium et gubernatorum artes plurimum valent, quo ordine adversus istud discrimen aptissime componi acies posset: postremo rationem instruendæ classis talem ineunt. Hexeres duas, quibus consules ipsi vehebantur, pariter in fronte statuunt: utrique harum hinc primam inde secundam classem longa et simplici serie annectunt, ita collocatis navibus, ut omnium proræ foras obversæ essent; hexeresque propemodum conjunctæ irent, proximæ his longius inter se digrederentur; atque ita deinceps spatium inter duas oppositas naves relictum cum ipsis ordinibus cresceret.

IV. Sic minimo inter primas naves, maximo inter postremas intervallo, quum ex duabus istis classibus forma cuneatæ aciei effecta esset, tertiam deinde legionem admoverunt : quæ simplici navium ordine spatium istud inter priores duas apertum prætexens, triquetram totius aciei faciem exhiberet. Pone hanc, a tergo tertiæ classis, hippagines funibus tractoriis ad naves tertianorum pertingentibus remulco trahebantur. Postremi omnium triarii navibus unam in seriem, sed semicircularem exporrectis, ita priores ambibant, ut ab utroque cornu prominerent. Ita totum corpus fronte cava, postremis partibus solidis, rostri navalis similitudinem præferebat; non minus ad sustinendam impressionem firmum, quam ad inferendam habile. Sed Carthaginiensium duces, romanæ classis adventu per exploratores cognito, quum urbem suam aditu facilem, imbelle vulgus, accolas leves et ad mutandam fidem pronos cogitarent; obviam ire decernunt, omnia prius experiri certi, quam tutum in Africam cursum romanis navibus permitterent.

V. Igitur suos paucis cohortati, ut memores non de præsentibus modo, sed omnibus, quos domi quisque carissimos haberent, pugnandum esse, obsirmatis et alacribus animis prælium capesserent, naves conscendunt; bonaque cum spe sua et navalium sociorum ex portu evehuntur. Neque longe romana classis aberat: itaque haud procul Heraclea pari utrinque robore concurritur. Pæni duces inter se ita comparaverant, ut in dextro cornu Hanno curaret (erat autem idem ille, qui apud Agrigentum infeliciter pugnaverat), cæteris præesset Hamilcar: naves autem suas animadversa Romanorum acie quadripartito et ipsi diviserant. Harum quætotius aciei sinistra erat in figuram arcus sinuata, terram versus inclinabat: cæteræ simplicibus ordinibus extentæ, proris navium in hostem versis: ex his dextrum cornu, in quo rostratarum et quinqueremium celerrimæ erant, Hanno versus altum mare quantum poterat exporrexit, si pugna aliunde commissa esset, circumdaturus hostem.

VI. Neque diu morati consules in medias Pœnorum naves cum duabus classibus suis se intulerunt. Hamilcar, quo Romanorum aciem distraheret, suis præceperat, ut commissa pugna fugam continuo capesserent. Quod quum factum esset, Romanique cedentes avide persequerentur, illis quidem ob celeritatem navium innoxia fuga fuit; at Romanorum acies, uti voluerat Hamilcar prævideratque, divulsa est, triariis et tertia classe suo adhuc loco se tenentibus. Quod ubi perfectum esse vidit, subito dat e navi sua signum, ut conversis proris pugnam cum insequentibus ineant: certatur ambiguo marte, Pœnis velocitate et peritia nauticæ rei, Romanis robore militum, longe superioribus. Itaque quamdiu navium potius quam hominum pugna esse potuit, punica res haud dubie meliori loco erat: sed quoties corvorum jactu colligatis navibus cominus pugnari cœperat, penes Romanum erat certa victoria; quum miles manu fidens, et in conspectu consulum pugnans, insignitiore opera virtutem suam his approbare contenderet.

VII. Dum in ea parte sic dimicatur, Hanno cum dextro cornu, quod hactenus immotum habuerat, in triariorum

naves invectus a mari fecit impetum, magnasque in angustias redactis molestum omnino negotium exhibuit. Eodem ferme tempore sinistra quoque Carthaginiensium acies, mutata priore forma, et æquata fronte rostris infestis tertiam Romanorum classem, quæ hippagines remulco trahebat, invadit. Romani dimissis funibus ad resistendum se parant: hic quoque fortiter confligitur: ita tribus locis, totidem navalia prælia, magno intervallo divisa nascuntur. Quum ita satis diu dubia victoria certatum esset, tandem evenit, quod necessum est, ubi simul pluribus locis æquali virium robore pugnatur, ut quæ pars prima pulsa fuit, totius certaminis victoriam daret. Quum enim Hamilcar vim hostium ulterius ferre non posset, ipsius fuga cæteras etiam punicæ classis partes statim profligavit.

VIII. Nam ex consulibus L. Manlio in captivis navibus conquirendis, et ad suas alligandis occupato, M. Regulus commissum alibi certamen videns, auxilium suis ferre festinavit, assumptis secundæ classis navibus, quotquot ex priore pugna integræ illæsæque evaserant. Celeriter opem istam sensere triarii, receptisque animis, quos prope ad extremum periculum adducti desponderant, strenue dimicare cum adversariis coperunt. Hanno quum et hos acrius resistere sibi, et a tergo se premi videret a recentibus, velis in altum datis imminens exitium prævenire studuit. Quum inter hæc L. Manlius quoque, tertiam Romanorum classem a Carthaginiensium sinistro cornu ad terram urgeri conspicatus, cursum eo intendisset, supervenit et M. Regulus, qui jam hippagines et triarios in tuto locaverat; ita subito facies rerum vertitur, claudunturque et cinguntur, qui paulo ante Romanos circumdederants quos equidem in arctum constipatos et velut obsessos olim pessumdedissent, nisi metu corvorum accedere veriti, spatium dedissent consulibus, ut et suos eriperent incolumes, et Carthaginiensibus subito accursu circumfusi, naves quinquaginta cum vectoribus omnibus, velut indagine caperent: paucæ reliquæ juxta litus ipsum se subducentes effugere.

IX. Fuit hoc prælium quum varietate casuum, et conten-

tione pugnandi, tum etiam amissarum utrinque navium multitudine inter pauca memorandum. Tres et sexaginta Poenorum naves captæ; supra triginta depressæ sunt: victores quatuor et viginti naves amiserunt fluctibus hanstas; at in potestatem hostium nulla pervenit. Post hane victoriam Messanam reversi, paucos dies navibus hominibusque reficiendis, et ampliori commeatui parando dederunt. Inter quos Hamilear, quum Africam ab Romanis adiri vehementer nollet, prohibere vero vi et armis non posset, ad dolos se contulit; missoque ad eos per causam petendæ pacis Hannone tempus extrahere sategit, donec copiæ, quas Carthagine sibi mitti sperabat, advenissent

X. Hanno quum ad consules accessisset, audiretque voces in illum statuendum esse clamitantium, quod quinto ante anno in Cn. Cornelium Asinam consulem Pæni designavissent; astuto responso periculum intentatum elusit: « Hoc « vero, inquit, si feceritis, jam nihilo eritis Afris meliores.» Statimque consules excepere sermonem, tacere jussis, qui vinciendum dixerant, conveniensque romanæ gentis gravitate vox audita est : « Isto te metu, Hanno, fides civitatis « nostræ liberat. • De pace, quia neque Pœnus serio agebat, consulesque victoriam quam pacem malebant, frustra agitatum est. Africanam igitur expeditionem diutius differni non placuit. Neque pœni duces obstitere, quanquam inter se constituissent, quietum iter hosti non concedere, sed diversis ex partibus carpere morarique. Cæterum Hannone ad præmuniendam Carthaginem festinante, Hamilear nihil movere ausus, Heracleze se continuit : naves romanze et ab hostibus et a tempestate pacatum iter habuerunt.

XI. Neque defuerant, qui longinquam navigationem, et hostile litus, ipsumque Africæ nomen exhorrescerent; ante cæteros imperium detrectante tribuno militum Mannio: sed adversus hunc ita exarsit Regulus, ut virgas securimque minitaretur, ni paruisset: ita demum præstitum est obse-

[§] IX. Oros. IV, 28. — Zonar. — Polyb. — § X. Valer. Max. VI, 6. — Zonar. — Polyb.

quium consuli, formidinemque navigandi propior et major metus expulit. Hermæum promontorio nomen est, quod a sinu Carthaginis in mare siculum late procurrit: eam oram primæ Romanorum naves tenuerunt: ibi paulisper exspectato, donec tota classis convenisset, litus Africæ prætervecti consules ad Clupeam urbem pervenere: hic legiones expositæ sunt, navibusque in portum subductis, vallum ac fossa, quo tutiores essent, circumdata: urbs, quia deditionem abnuebat, obsessa, statimque metu civium, sive dedita, sive deserta (nam utrumque traditur), in potestatem Romanorum concessit.

XII. At Carthaginienses, quanquam sane dura et insueta paterentur, tamen gratulabantur sibi, quod aliquanto mitiora formidatis accidissent. Metuerant enim audito pugnæ navalis exitu, ne protinus ad ipsam Carthaginem victrices copiæ ducerentur. Itaque nonnihil ex priore metu respirantes, in contrahendas copias urbemque et suburbanam regionem tuendam intenti erant. Consules interea missis Romam nuntiis, qui et res hactenus gestas docerent, et de instantibus sententiam Patrum exquirerent, Clupeam muniunt, -ut ea sede belli uterentur: præsidioque ad urbis et agri custodiam imposito, cum cæteris omnibus copiis longius progressi, cultissimam regionem, utpote que post Agathoclis tempora ferrum hostile non viderat, perpopulantur: villas magnificas multas destruunt: magnam quadrupedum prædam, hominum præterea supra viginti millia abducunt, nemine prohibere auso; oppida quoque multa vi aut deditione capiunt: in his perfugarum aliquem numerum deprehendunt, magnamque vim captorum proximis bellis civium romanorum liberant; quos inter et Cn. Cornelium fuisse crediderim, qui proximo post biennio consul iterum factus est.

XIII. Dum hæc aguntur, qui Romam a consulibus missi-fuerant, cum mandatis senatus revertuntur: jubebatur autem alter eorum in Africa manere cum ea parte virium, quam

[§] XI. Flor. II, 2. — Polyb. I, 29 et 30. — Zonaras. — § XII. Zonaras. — Polybius.

retineri ex republica judicassent; alter cæteram elassem et copias Romam reducere. Sic imminente jam hieme, mansit M. Regulus cum quindecim ferme peditum millibus, equitibus quingentis et navibus quadraginta: classem reliquam mancipiis et præda onustam L. Manhius Siciliæ litora tuto prætervectus in Urbem reportavit. Septem et viginti millia captivorum ab hoc Romam deducta reperio; navalemque de Pænis decretum ei triumphum esse. Post hæc Serv. Fulvius M. F. M. N. Pætinus Nobilior, et M. Æmilius M. F. L. N. Paulus consules facti. His Sicilia et classis provinciæ decretæ: Regulum res in Africa prosperrime gerentem ex medio cursu victoriarum revocari non placuit; jussusque proconsule bellum in Africa administrare.

XIV. Id senatusconsultum nemo accepit ægrius, quam idem ille, cujus in honorem factum fuerat. Igitur literis ad senatum missis ea de re questus est, interque causas petendi successoris posuit, villici sui morte (is agellum heri, quem habebat in Pupinia, jugerum septem coluerat) mercenarium occasionem nactum, amoto inde instrumento discessisse: quare necessariam esse præsentiam suam, ne rure deserto non esset, unde uxor liberique sui alerentur. Decrevitque senatus, ut ager M. Reguli publice coleretur, res amissæ redimerentur, uxori liberisque ejus alimenta præberentur. Ii tum mores fuere. Sed ego, quoties hæc atque talia lego tradove, temperare non possum, quin cum animo meo recogitem, quanto sit virtuti firmior a laude, quam ex pecunia merces: quippe tam multis post ætatibus gloria M. Reguli manet; aliorum opes cum dominis et sæpe ante ipsos perierunt.

XV. Carthaginienses interea duobus domi constitutis ducibus, Asdrubale Hannonis F. et Bostare, tertium etiam Hamilcarem ex Sicilia accivere, qui cum peditum quinque millibus, equitibus quingentis, Heraclea Carthaginem pro-

S XIII. Polyb. — Zonar. — Oros. IV, 8. — Colum. Capitol. — S XIV. Liv. Epit. XVIII. — Front. Strat. IV, 3. — Valer. Max. IV, 4, 6. — Senec. ad Helv. c. 12. — Dio apud Valus. — Polyb.

pere venit. Hi communicato inter se consilio statuerunt, non mænibus, ut ad eam diem factum fuerat, continendum exercitum; neque Romanos impune quidvis agere sinendos esse: sic animis ad bellum gerendum incitatis exercitus educitur. Interea M. Regulus proxima quæque subigendo in loca pervenerat, per quæ flumen Bagrada labitur: ad quod castra habentes Romanos improvisa pestis et damno non mediocri, et terrore adhuc majore perculit. Magnitudinis enim portentosæ serpens aquatum profectos milites invasit; territisque et nequidquam repugnantibus multos ingentis oris hiatu sorbuit: alios spirarum voluminibus et caudæ verbere obtrivit: nonnullos ipso pestilentis halitus afflatu exanimavit; tantumque negotii M. Regulo facessere potuit, ut totis viribus cum eo de possessione amnis fuerit dimicandum.

XVI. Quod ubi cum jactura militum fiebat, neque vinci aut vulnerari draco poterat, durissima squamarum lorica, quidquid telorum ingereretur, facile repellente, confugiendum ad machinas, advectisque ballistis et catapultis, velut arx quædam munita, dejiciendus hostis fuit. Post aliquot jactus in vanum emissos ingens saxum, spina dorsi perfracta, vigorem impetumque formidabilis monstri resolvit. Sic quoque difficulter confectum est, tanto cum horrore legionum et cohortium, ut se oppugnare Carthaginem, quam alteram bestiam, malle faterentur. Neque diutius ibi morari castra potuerunt, quin tabo insectas aquas, et omnem circa regionem fœtore jacentis pestifero afflatam fugerent: non sine rubore aliquo humanæ superbiæ, quæ non raro viribus suis nihil negatum esse, stolide putat. Exercitum certe romanum, imperatore M. Regulo, terra marique victorem unus anguis et vivus exercuit, et interfectus submovit. Quare nec puduit proconsulem, hujus etiam hostis spolia Romam mittere, timorisque sui magnitudinem et victoriæ gaudium publico monumento fateri. Corium enim belluæ detractum in Urbem devehendum curavit : quod centum viginti pedes

^{\$} XV. Zonar. — Flor. II, 2. — Liv. Epit. XVIII. — Val. Max. I, 8, 19. — Oros. IV, 8. — Tubero apud Agell. VI, 5.

longum fuisse dicitur: et in templo quodam suspensum, ad Numantini usque belli tempora duravisse.

XVII. Motis a Bagrada castris, versus urbem Adin exercitum duxit consul, obiter expugnatis vastatisque oppidis et castellis, quæ in itinere occurrerant. Ad Adin vero, quam capere majoris erat operæ, vineis machinisque adhibitis justa instituta est obsidio. Ad quam prohibendam pœni duces quum celeriter accurrissent, in colle quodam castris quidem romanis imminente, sed impedito silvosoque, consederunt. M. Regulus ingenio situs et genere copiarum hostilium æstimato, quum illis peditem suo neutiquam comparandum, sed in elephantis et equitibus spei plurimum esse videret, cæterum eam virium partem in aperto campo formidabilem futuram, iniquitate locorum excludi, inutilemque reddi; stultitia hostium sapienter usus, priusquam errorem suum animadvertere ac corrigere possent, in suis castris eos oppugnare statuit. Quapropter hortatus milites, et cætera, qua suggerebat ratio, diligenter exsecutus, nondum certa luce castris egreditur, aciemque in adversum collem, ubi Carthaginiensium erant castra, erigit.

XVIII. Pœnos ipsa primo Romanorum audacia territabat, quod numero pauciores ex inferiore loco tantas copias in munimentis suis aggrediebantur: deinde major inde tumultus fuit, quod equites et elephanti, unde plurimum auxilii speravissent, non modo nullam utilitatem, sed ultro perturbationem et impedimentum afferebant. Ipsum quoque tempus augebat trepidationem, quod inopinantes et magnam partem adhuc sopitos Romanus invaserat. Itaque multi suis in cubilibus trucidati sunt : alios trepida fuga palantes, et quo se reciperent nescios, insidiæ secundum vias collocatæ exceperunt. Mercenariis tamen Pœnorum Hispanis Gallisque raptim instructis, et extra vallum alacriter certantibus, in ancipiti aliquandiu victoria fuit, fugiente jam legione prima: totusque Romanorum exercitus impulsus foret, ni

[§] XVI. Plin. VII, 14. — Oros. IV, 8. — Sil. It. lib. VI. — Val. Max. Zonar. — Polyb. — § XVII. Zonar. — Polyb.

cohortes, alia ex parte circumgredi jussæ, hostem cedentibus instantem opportune a tergo aggressæ forent: tum etiam qui paulo ante locum deseruerant, recolligi, et ad repetendam pugnam animari potuere. Sic utrinque impetitus hostis, quum aliquandiu fortissime restitisset, cedere coactus est.

XIX. Quod ubi fieri Carthagimienses videre, continuo se ejiciunt castris, et contento studio fugiunt. Et elephantis quidem equitibusque, postquam planiora loca attigere, facilis et tutus receptus fuit: peditatum paulo longius persecuti victores, ad castra diripienda redierunt. Hac pugna Pœnorum septemdecim millia cæsa, quinque capta referuntur, cum elephantis duodeviginti. Eventus hujus prælii non modo totam circa regionem, sed etiam longius dissitos populos Romanis conciliavit, diebusque non ita multis oppida circiter octoginta in fidem venere. Unde Pœnos in magnas angustias redactos prope modum exanimavit capti a Regulo Tunetis nuntium, urbis tam munitæ, et quæ ad duodecimum a Carthagine lapidem posita, ne occultum quidem hostibus sineret esse, quidquid ibi fieret, tum ad ipsam urbem, tum ad mare propinquum patente prospectu.

XX. Neque solum romani belli terror circumsteterat, sed Numidæ quoque veteribus odiis, occasione nova stimulati arma moverant; vastandoque et urendo punicos agros plus etiam terroris et cladis, quam romanus hostis, inferebant: et in urbem undique confugientes rustici non consternationem modo maximam, sed jam famem quoque faciebant: absumente magnam annonæ vim tanta mortalium multitudine, et reliquam adhuc copiam avaritia dominorum occultante, qui ex calamitate publica quæstum aucupantes, cum ipsa rerum necessariarum penuria pretium earumdem auctum iri quotidie sperabant. Unde factum est, ut pronis auribus legatio M. Reguli acciperetur, qui belli confecti titulum ambiens, timensque, ne quis Roma successor missus eum interciperet, Poenos ad pacem hortabatur.

[§] XVIII. Zonaras. — Polyb. — § XIX. Oros. IV, 9. — Entrop. lib. II. — Zonar. — Liv. XXX, 9.

30 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

XXI. Itaque misu sunt at com quitum ex principiles: sed quam a M. Aeguio , que se cerram as manu habere vieparties particul . In: Aerociues conditiones ferri Videpent , inforto pezotro cincencerna. Secial com el Sarcinia tota cedere. Romanis captivos gratis redicire, sum pueznias redimere, be a samplus cannos restancre, printeren vertigal anmann percere, ; .telantur. His aila, neque minus molesta, adretoning; at oisdem cam populo romans hostes amicosque haberent : ne nombus longis, preterinam una merentur: Romanos autem, quotiescumque significatum esset, triremibus instructis quinquaginta, jusquest. Obstupefactis al here legatis, et at mitura imperaret orantibus; sincendum, ant vincentibus obtemperandum esse, pespondit. Quibus in urbem relatis exacertati Poeni, quanquam rebus admodum accisis uterentur, omnia tamen prins pati decreverunt, quam eas arimittere conditiones, quas nitil alind misi captivitatem civitatis sua servitutemque esse arbitrabantur. In eo statu rerum naves, que ad conducendum militem in Graciam missa fuerant, collecta mercenariorum hand exigua manu redierunt.

XXII. In his Xanthippus quidam erat genere Lacedemonius, qui patrize disciplinze, quam edoctus a pueritia excelenter fuerat, usum rei militaris hand inferiorem adjunxerat. Ille rebus, quae eousque gestæ erant, intellectis, et reliquo punicarum copiarum, elephantorum, equitum apparatu cognito, non dubitavit jactare palam, Carthaginienses non a Romanis, sed a semetipsis victos esse, per imperitiam ducum, qui viribus suis uti nescivissent. Hoc sermone celeriter vulgato, vocatus a magistratibus Xanthippus, rationes sententiæ suæ promit tam evidentes, ut prope manibus contrectari possint: in faciundis itineribus, in castris ponendis, in præliis committendis, loca prorsus incommoda deligi consuevisse, docet: si suum consilium audiant, non incolumitatem modo, sed etiam victoriam promittit. Probant hanc senten-

^{\$} XXI. Zon. — Liv. XXX, 3o. — Ang. de Civ. Dei, III, 18. — Dio 2p. U1s. — Diod. Ecl. lib. XXIII, et apud Vales. — Polyb. I, 31.

tiam quum cæteri civitatis principes, tum ipsi duces: et laudabili modestia patriæ saluti suam existimationem posthabentes, homini peregrino deferendum imperium exercitus
sui consentiunt consciscuntque. Xanthippus accepta potestate quotidie milites ex urbe educens, campestribus exercitiis ad servandos permutandosve ordines, ducumque jussa
celeriter exsequenda adsuefacit: copias hanc disciplinam
cum priore comparantes admiratione sui, fiduciaque melioris deinde successus implet: tota civitas recreata ex rebus
fere desperatis ad exspectationem futuri erigitur.

XXIII. Hanc alacritatem omnium ubi duces vident, animo et ipsi recepto in hostem iterum ducere constituunt: suosque uti tempus postulabat adhortati, cum duodecim fere millibus peditum, quatuor equitum, et elephantis non multo paucioribus centum adversus Romanos progrediuntur, Romanos unum illud movebat, quod instituto priore mutato Pœnos, vitatis editioribus asperisque locis, per plana camporum videbant incedere: sed perpetua felicitate in superbiam elati, vinci solitas copias ductoremque Græculum despiciebant. Neque Regulus intactus erat hoc fortunæ obsequentis blando veneno: igitur quum se maritimas Pomorum vires, quum pedestres fregisse, oppida ferme ducenta, hominum ad ducenta millia cepisse, urbemque ipsam punicam variis incommodis laborantem cogi ad deditionem posse reputaret; pacem tolerabili conditione petentibus negavit, scripsitque Romam, portas Carthaginis a se metu obsignatas teneri. Ita magnos etiam animos sæpius in secundis rebus moderatio, quam in adversis constantia, deseruit.

XXIV. Cæterum Pœnis castra loco æquo habentibus, M. Regulus, cui in peditatu plus roboris, eoque montosa et ardua loca sectanda erant, nihil referre virtutis putans, ubi dimicaret, non timuit et ipse campo se credere, etiam ad majorem ostentationem fiduciæ, fluvio, qui medius fuerat, transmisso: passuumque fere mille ducentorum intervallo

[§] XXII. Polyb. I, 32. — Flor. II, 2. — Zonaras. — § XXIII. Zonar, — Front. Strat. II, 2. — Auct. de Vir. ill. cap. 40.

394

ab hoste constitit. Xanthippus romani ducis imprudentiam eonspicatus, hoc illud tempus esse, quo premissa sua Carthaginiensibus exsolveret, testabatur: quod enim Romanos ex itineris labore defatigatos, qualibus optavisset locis, nactus erat, suam fore victoriam non dubitabat : tempus etiam opportunissimum ad pugnam videbatur, quod præcipiti jam in vesperam die, Afris locorum gnaris, sive vincerentur, effugium per noctem facilius erat futurum; sive vincerent, nihil ad victoriam persequendam impedimenti. Consultantibus ergo Pœnis, quid agendum esset, deorum hominumque fidem invocans, ne tam præclaram occasionem perderent, ad prælium capessendum omnes impulit, eo facilius, quod ipsi milites Xanthippi nomen inclamantes, insolita alacritate hostem ultro poscebant.

XXV. Summa igitur rei Spartano permissa, educit ille exercitum, instruitque hoc modo: phalanx Carthaginiensium, in qua robur erat peditatus, in subsidiis constituitur: huic, spatio relicto conveniente, prætexuntur elephanti, simplici serie latitudinem phalangis exequantes: in utroque cornu expediti cum equitibus, post hos in dextro, mercenariorum gravis armatura collocatur. Acie sic ordinata, velitibus imperat, uti telis emissis se recipiant in apertos ad hunc usum suorum ordines: et hoste jam a validioribus excepto, rursum erumperent a cornibus, Romanorumque cum adversa phalange pugnantium latera repente incursarent. Regulus contra copiis ex more instructis, quum elephantos in prima Posnorum acie stantes conspexisset, consilium celeriter capit: leviter armatos in frontem adducit, in subsidiis locat densos legionum ordines: equites in cornua diffunduntur: fit acies in altitudinem firma, sed multo quam fuerat angustior.

XXVI. Ita quum et ab elephantis et ab equitibus hostium periculum esset, adversus belluarum quidem irruptionem recte provisum, sed in locis patentibus spatium equitatui

[§] XXIV. Zonar. — Appian. — Polyb. — § XXV. Front. Strat. II, 3, — Polybius.

hostium datum, ut circumfundi contractis ordinibus posset. Prælium ab elephantis cœpit, quos in adversum agmen agi Xanthippus jussit, confestimque Romani clamore sublato arma pulsantes contulerunt gradum. Ab equitibus etiam utrinque in cornibus pugna commissa: sed longe hic minore Romanorum numero, quum sustineri vis hostium non posset, cito fuga facta est. At e peditibus qui sinistri adstiterant, sive elephantorum occursum vitaturi, sive faciliorem sperantes de mercenariis victoriam, horum in aciem irruunt, versosque in fugam ad vallum usque castrorum hostilium persequuntur.

XXVII. Non æque facile reliquis adversus elephantos certamen fuit: quorum intolerabili mole dissipabantur ordines, proterebantur armati, agmina tota tanquam ruina sternebantur. Sustinebat tamen incumbentes ipsa aciei densitas, aliisque alii substituti ordines; donee simul locis omnibus laborari cœptum : dum extremi quique ab equitibus circumventi, priores, quotquot jam elephantorum aciem perruperant, ab integra et instructa phalange hostium, et assultantibus utrinque velitibus excepti, passim trucidantur. Neque minus cædis in ipsa fuga fuit : per aperta loca et plana effusos elephanti Numidæque equites immissi straverunt. M. Regulus cum militibus fere quingentis vivus in manus hostium venit: ex toto exercitu non amplius duo milia hominum, qui mercenarios loco pepulerant, festinato abitu, Clupeam incolumes præter spem evaserunt. Romanorum sociorumque millia circiter triginta sunt interfecta. De punico exercitu cociderunt non multi, prieter octingentos ex mercenariorum agmine, quod adversus sinistrum hostis cornu dimicaverat.

XXVIII. Tanta re perfecta, quum exercitus spoliis cæsorum, et imperatore Romanorum capto superbus Carthaginem reverteretur, obviam essus urbanorum multitudo; alii in vicis aut domibus consistentes incredibili cum voluptate,

^{\$} XXVI. Front. Strat. II, 2. — \$ XXVII. Polyb. — Front. Strat. II, 3, 3. — Flor. II, 2. — Ολυμπ. ἀναγρ. — Eutrop.

spectaculo, quale paulo ante vix optare ausi essent, fruebantur, vix tantæ felicitatis vel gaudium, vel etiam fidem capientibus animis. Qui enim modo proxime in desperationem adducti non regionem tantum suam, sed urbem ipsam, aras, focos amittere timuerant: ii tantam rerum commutationem subito factam esse, quanquam viderent, vix audebant credere. Sed maxime in ipsos duces intenti omnium oculi animique erant : quum modo Xanthippum, modo Regulum intuentes, hujus æstimatione magnitudinem sui imperatoris metirentur extollerentque: quantum illum esse virum oporteret; qui ducem acerrimum, fortunatum bellatorem, victorem superbum, hostem implacabilem, terrorem pestemque magnæ Carthaginis, exercitu florentissimo, existimatione amplissima, libertate denique ipsa tam facile tamque celeriter exuisset!

XXIX. Augebat admirationem habitus viri, quod sub exiguis membris, aspectuque non nimis decoro, ingentem virtutem occultaverat. Quibus ex rebus multum Xanthippo gloriæ, sed nec minus invidiæ nascebatur. Quo in monstro profligando non minore prudentia, quam in bello conficiendo usus, quanquam diuturnus ipsi factorum suorum fructus Carthagine deberetur, relinquere spes ancipites et insidiarum plenas, et ante mutationem animorum aut fortunæ domum regredi statuit. Hoc enim plerumque ingenio homines agunt, ut patriæ studium in ore, privatum in animo magis habeant: igitur quandiu quidem honores et divitias incolumi civitate quærere tuerique possunt, amorem illius ardentissimum præferunt : ubi periculum est, ne ad alios ob magnam virtutem et eximia merita hæc concedant, longe malunt deesse, qui publicæ rei prosint, quam esse, qui obsint suæ.

XXX. Donec autem alios equiparare posse putant, occultius atque remissius invident; quum vero longissime relicti, comparatione propinqua se premi sentiunt, opesque et magistratus, quos ipsi sitiebant, penes alios esse; quod virtute

[§] XXVIII. Diod. lib. XXIII, ap. Vales. - S XXIX. Sil. It. l. VI, v. 304. - Polyb. - Oros. IV, 9.

desperarunt, per calumniam et criminationes meliorum consequi student. Ita fit, ut optimo cuique plures inimici sint, pluresque insidiæ struantur: sed adversum has homini indigenæ in propinquis et amicis suis præsidium est: peregrinus hoc auxilio destitutus, malitiam degenerum animorum acuit ipsa facilitate nocendi, quod insidiantibus magis expositus, vel everti citra maximum laborem potest, vel citra periculum offendi. Xanthippum igitur hæc sagacissime perpendisse, quæ secuta sunt, evidenter affirmarunt. Abnavigantem enim per quosdam a Carthaginiensibus immissos submersum ferunt, post acceptum beneficium illius auctorem gravatis exosisque; quo exstincto famam etiam peregrina virtute servatæ civitatis exspiraturam crediderint.

XXXI. Alii de fato Xanthippi non eadem; sed punicam tamen perfidiam arguunt : datam enim discessuro navem veterem et rimarum plenam, sed ad speciem firmitudinis recens picatam : cæterum virum nequaquam decipientibus facilem, animadversa fraude, dissimulanter aliud navigium conscendisse, ereptumque periculo esse. Non minoris perfidiæ, sed ob numerum peremptorum crudelitatis odio superior, iisdem temporibus perpetrata res traditur. Mercenarios enim ob navatam insigniter operam præmia paulo tumultuosius efflagitantes, in naves imposuerunt, facta spe alio quodam loco tributum ipsis iri, quod peterent. Sed a præfectis navium, quibus id negotii datum clam fuerat, in deserta quadam insula expositi relictique, quum omnis humanæ opis egenos, sine alimentis, sine navibus, neque manere fames, neque abire pelagus sineret, fœdo horrendoque genere mortis extabuerunt.

XXXII. Apud alios auctores facinus hoc ad superiora tempora referri reperio, quibus Syracusani bellum cum Pœnis habuere: nomenque mansisse infami deinceps insulæ, ut Osteodes (Ossuariam possemus dicere) vocaretur. Ea post Liparam, occidentem versus in alto mari sita est. Quæ facta

[§] XXX. Polyb. — Zon. — Appian. — § XXXI. Zon. — Liv. XXVIII, 12. — Diod.V, 11. — Oros. IV, 9.

quomodocumque, aut quocumque tempore evenerint, a cætera Pænorum immanitate nihil abhorrens habent. Neque igitur mirandum est, qui in socios adjutoresque suos hoc animo fuerunt, si adversum hostes iidem se gesserunt inclementius. Quanquam profecto cæteros captivorum satis tolerabiliter habuisse feruntur: quod et ipsi multos ex suis in potestate Romanorum esse sciebant, quos permutatione instituta cupiebant recipere.

XXXIII. Sed adversus M. Regulum neque abscondere iram, neque moderari potuere, quin omnibus modis vexarent virum angerentque : cibum enim præbebant, non qui vel voluptatis aliquid afferre sensibus, vel vigoris corpori posset; sed qui tenuissima refectione spiritum infelicis ad producendas ejus miserias detineret : at acerbiores erant contumeliæ perpetuæ, inter quas consueverant creberrime elephantum aliquem adducere, cujus barritu exterritus, et invisa specie tortus, nec animo nec corpore posset requiescere: postremo ita maceratum exagitatumque in carcerem publicum conjecerunt. Quæ postquam audita sunt Romæ, non dolore modo ingenti, sed etiam metu, civitatem perculerunt. Timebatur enim, ne Carthaginienses acerbitate calamitatum suarum, et victoriæ fiducia stimulati, reddere vicem hostibus, et quid malorum perpessa Carthago foret, Romanæ urbi persentiscendum dare cuperent, auderentque.

XXXIV. Quare consulibus mandavit senatus, ut Italiam quam possent diligentissime munirent præsidüs; ipsi cum navibus quamplurimis Siciliam, inde, si videretur, Africam adeuntes, Pænos ab Italia petenda propiore metu distinerent. Cæterum Carthaginiensibus antiquior cura fuit civitates a Romanis occupatas recipere, Afros, qui a se ad hostes desciverant, mulctare, in rebellione persistentes ad obsequium armis cogere. Sed Clupea quidem ab Romanis strenue defensa est: in Numidia, aliisque populis Africæ, magnum magis bellum, quam difficilis victoria fuit. Interea quum in Italia validam adornari classem comperissent, omissa quam obsederant Utica, naves veteres reficere, novas exædificare, ad prohibendos africo litore Romanos omnia studiose pa-

rare cœperunt. At consules incredibili diligentia tantum effecerant, ut æstatis initio naves jam trecentas quinquaginta instructas ornatasque haberent; quibuscum in Siciliam profecti, postquam ibi satis tuta omnia, nihilque mali, præterquam quod in exspectatione et metu fuerat, reperissent, præsidiis ubi maxime opus erat relictis, cum cætero exercitu protinus Africam versus contenderunt.

XXXV. Sed tempestate Cossuram delati (inter Africam et Siciliam, qua Lilybæum promontorium est, posita est insula), vastatis agris, et urbe ejusdem nominis capta, præsidium imposuerunt. Inde ad Hermæum promontorium perrexerunt, quod medio inter Carthaginem et Clupeam situ, alterum carthaginiensis sinus cornu claudit. Eo loco quum Pœnorum naves occurrissent, acrique certamine duas inter classes dimicaretur, auxilio venere suis a Clupea Romani, momentumque hoc, paribus eousque rebus, ad victoriam fuit. Pœni naves quatuor supra centum submersas, triginta captas ab hostibus, militum ad millia quindecim amiserunt: ex Romanis mille centum periere milites, cum navibus novem. Tum Uticam profecta classis, expositusque miles, juxta ipsam civitatem eastra munivit : venerunt eodem Carthaginienses copiæ, quas Hannones duo ducebant : ita pedestri quoque prælio res gesta, deteriore Pœnorum fortuna, qui hic quoque circiter milia militum novem perdiderunt.

XXXVI. Capti sunt inter hos aliquot viri nobiles, servatique a consulibus, ut per hos M. Regulus, et qui cum eo similem casum subierant, redimerentur. Deliberatum inde est de præsentibus; magnaque spes fuerat Africam retineri posse: verumtamen regione quaquaversum vastata, quum fames timeretur, abduci Romanos, qui Clupeam tutati fuerant, Siciliamque repeti placuit. Avecta est una ingens præda, quam in urbem Clupeam M. Reguli rebus adhuc prosperis comportatam victoriæ recentes cumulaverant. Per-

[§] XXIV. Polyb. I, 36. — Zonaras. — Strab. lib. XVII, pag. 834, et lib. VI, pag. 277. — § XXXV. Strab. lib. XVII, pag. 832. — Eutr. lib. II. — Oros. — Polyb. — Zonar.

ventum erat in Siciliam tuta navigatione, nimiumque felices fuissent consules, si felicitati sua modum statuere didicissent.

XXXVII. Sed quia, dum in Italiam revehuntur, eaden opera quasdam urbes Sicilire maritimas recipi posse putabant, nequidquam obtestantibus navium gubernatoribus, ne inter Orionis et Canis exortum, que infestissima navigantibus sunt sidera, obversum Africae litus, intutum et importursum præterveherentur, tantam tempestate eladem perpessi sunt, ut vix aliud in hoc genere proditum sit exemplum illustrius : denique de navibus trecentis sexaginta quatuor, vix octoginta, onerum jactura facta, servari potuerunt: hippaginum quoque, cæterorumque variæ formæ navigiorum numerus haud minor periit : ut ita cadaveribus hominum animaliumque, et fractis navium tabulis, a Camarinensium ora, ubi pestis illa classem invaserat, Pachynum usque litus omne compleretur. Tam dura in sorte non leve solatium afflictis humanitas Hieronis regis attulit, qui benigne exceptos, vestibus, cibo, naviumque armamentis adjuvando, Messanam usque deduxit incolumes.

XXXVIII. Sed Carthaginienses hoc fortunæ beneficio non segniter usi, Cossuram insulam urbemque receperunt: et sine mora in Siciliam transjicientes, Agrigentum duce Carthalone circumsessum, quia non subveniebatur, exciderunt dirneruntque: multi hic mortales interfecti captive: cæteri, quibus per mediterranea loca in ditionem Syracusanorum effugium fuit, in vico juxta fanum Jovis, Olympium vocant, consedere. Neque longe aberant a spe totius insulæ recuperandæ Pænorum duces, nisi audito Romanorum in reparanda classe studio, confirmati socii fortibus animis præsentem metum tolerassent. Tanta enim diligentia huc incubuerant consules, ut vix credibili celeritate, intra unum trimestre naves novæ centum viginti compingerentur. Cum his Cn. Cornelius L. F. C. N. Scipio Asina, et A. Atilius

[§] XXXVI. Polyb. 1, 36. — Eutrop. — § XXXVII. Eutrop. — Ores. IV, 9. — Diod. Ecl. lib. XXIII. — Polyb.

IN LOC. LIB. XVIII LIVIANI.

A. F. C. N. Calatinus iterum consules, impositis ex novo delectu strenuis militibus, primo quoque tempore solvere jussi.

XXXIX. Magnum inconstantis fortunæ documentum Cn. iste Cornelius fuit: utili ad fortiter tolerandas adversitates exemplo: quippe quum septimo ante anno consul insidiis Pœnorum circumventus, captivitatem, vincula, carcerem, quidquid in humanis rebus aut sordidissimum, aut miserrimum habetur, pertulisset; non cætera modo suæ dignitatis ornamenta, sed etiam ipsum illud consulare fastigium, fascesque non sponte relictos, tanto majore gaudio recepit, quanto acerbiore casu perdiderat. Consules Messanam transgressi, assumptis quas ibi repererant navibus (eæ superioris ferme naufragii reliquiæ erant), cum navibus ducentis quinquaginta ad ostium amnis Himeræ accesserunt, oppidumque Cephalædium ad duodevicesimum inde milliare in eodem litore situm, prodentibus quibusdam receperunt. A Drepano, nam illuc cursum flexerant, quum neque statim potiri loco potuissent, et obsidionem agitantibus Carthalo suppetias urbi veniret, proposito frustrati recesserunt.

XL. Nec ideo segniores ad audendum facti, majorem aliquanto rem feliciter confecere. Panormum enim directo cursu, punicæ ditionis principem urbem, et occupato portu, juxta ipsos oppidi muros fecerunt exscensionem, recusantesque deditionem Panormitanos fossa valloque circumdare instituerunt. Favebat labori natura regionis, materiem copiosam arboribus passim enatis subministrans. Itaque cito perfectis operibus, quum oppugnationem strenue urgerent, machinarum ope turrim ad mare sitam dejecerunt : milesque per ruinas irrumpens multa cum hostium cæde urbem exteriorem, quæ nova dicebatur, expugnavit. Neque vetus urbs diu morata est : quum enim magna in eam multitudo

III.

[§] XXXVIII. Zonar. — Diodor. — Eutrop. — Polyb. — § XXXIX. Val. Max. VI, 9, 11. - Polyb. - Diod. - Cluv. Sicil. Ant. II, 4. - Strab. lib. VI, pag. 266.

confugiens, plus ex urbe nova terroris quam commeatus intulisset; brevi dejectis periculi cogitatione animis, et fame jam imminente, legati venerunt ad consules, corporibus exceptis omnia dedituri. Non accepere consules, gnari res obsessis angustas esse, nisi pretio statuto redimerentur. Pactæ sunt in capita minæ duæ: redempta capitum millia quatuordecim: cætera multitudo, millia ferme tredecim, cum reliqua præda venierunt.

XLI. Clara ea victoria fuit, magnæque et subitæ utilitatis: multa enim ejus oræ oppida, quædam etiam longius dissita, Pœnorum ejectis præsidiis, societatem romanam eomplexa sunt; principio ab Jetinis orto, secutisque statim Soluntinis, Petrinis, Tyndaritanis, aliisque. Rebus ita gestis, præsidioque Panormi relicto, Messanam consules, deinde Romam redierunt. Pœni abeuntibus insidiati, naves aliquot onerarias, cum pecunia quam vehebant, abstraxere. Romæ deinde continui triumphi duo spectati. Duxerunt prioris anni consules, prorogato imperio, de Cossurensibus et Pænis, navalem utrumque. Prior Ser. Fulvius a. d. XIII Kal. Febr. triumphavit: M. Æmilius postridie. Annus, quem ab. Urbe condita quingentesimum numerant, africanam expeditionem habuit, sed inanem et sine fructu. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caspio, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blæsus consules in Siciliam trajecere: ubi tentato frustra Lilybæo, in Africam direxere cursum, ducentis sexaginta navibus isstructi. Litus hi legentes Africæ, multisque locis exscensionem facientes, oppida multa ceperunt, prædaque magna potiti sunt.

XLII. Majoris tamen rei nihil geri potuit, quod commodissimorum quorumque locorum aditu prohiberentur, occurrentibus ubique Pœnis, qui minus jam impedimentorum et plus animi habebant, receptis, quæ M. Regulus tenuerat, punitisque defectoribus. Hamilcar enim Numidiam Mauritaniamque pervagatus, tractum eum omnem perpacaverat,

[§] XL. Polyb. — Diodor. — Zonar. — § XLI. Polyb. — Zonar. — Marm-Capitol.

imperatis pœnæ loco mille talentis argenti, et viginti millibus boum, punitisque principibus, qui favisse Romanis arguebantur, quorum ad millia tria patibulo affixi sunt. Neque tamen hostium occursus, quam ignorantia locorum, et cæcæ sub aquis insidiæ, formidabilior romanæ classi fuit. Subvectos ad Meningem, Lotophagorum insulam, quæ minori Syrti vicina est, recedente maris æstu vadosa loca tenuere: donec jactura levatas naves, et extrema omnia metuentes, præter spem reversi fluctus explicuerunt.

XLIII. Ita non impune pestem evidentissimam elapsi, et loca tam infesta horrentes, sine mora fugientium in speciem vela fecerunt: ignari non minus ipsis superesse periculum, quod adirent, quam quod evitaverant. Et Panormum quidem redeuntibus innoxium iter fuit. Cæterum Italiam petituros, dum Palinuri promontorium flectunt, quod a lucanis montibus in mare procurrit, magna tempestatis vis adorta, longas naves supra centum sexaginta, cum hippaginibus et onerariis multis, profundo mersit. Quare continuis hoc genus cladibus mœsta civitate, quum imperium maris ipsæ etiam undæ ipsique venti Romano negare viderentur, decrevere Patres, ne amplius sexaginta navium classis, ad præsidium Italiæ, commeatusque exercitui, qui in Sicilia esset, subvehendos haberetur. Alteri tamen consulum C. Sempronio calamitas ista non obstitit, quin tiumphum de Pænis ageret Kalendis Aprilibus, decimo post die quam de iisdem Cn. Cornelius procos. triumphasset.

XLIV. Censores eo anno Romæ fuerunt: sed mortuo in magistratu L. Postumio L. F. L. N. Megello, qui idem præturam tum gesserat, etiam D. Junius D. F. D. N. Pera, censura se abdicavit. Æstate vero proxima C. Aurelius L. F. C. N. Cotta, P. Servilius C. F. Cn. N. Geminus, consules, in Siciliam profecti, inter alia quædam oppida, etiam Himeram fluvio, cui adjacet, cognominem obsidione rece-

[§] XLII. Zonar. — Eutr. — Oros. IV, 9. — Appian. apud Urs. — Polyb. — § XLIII. Solin. c. 30. — Diod. — Zonar. — Eutrop. — Polyb. — Fasti Capitol.

perunt; sed vacuam incolis, quos noctu Carthaginienses eduxerant. Juvit tamen loci non ignobilis possessio, quodque deleta sic esset ignominia, quam Romani nuper ad eam urbem incurrerant, occupandarum Thermarum (nam et hoc eiusdem urbis nomen celebratur) certa spe per militarem avaritiam excidendo. Quidam enim ex captivis, cui Thermis custodia portæ cujusdam commissa fuerat, ut proditione urbis libertatem redimeret pactus dimissusque, hora constituta missis ad recipiendam urbem militibus portam aperuerat. Horum præcipui quum ingressi essent, prædæque potiorem partem avertere cuperent, portam obserari jubent, neminique præterea suorum aditum dari. Quod ubi factum est, Thermitanique strepitu exciti ad arma concurrerunt, neque resistere ob paucitatem suam, neque adjuvari a suis, quos arcuerant, valentes, dignum stultitia sua exitum fecere, ad unum omnes interfecti.

XLV. Thermis Himerensibus in potestatem redactis, C. Aurelius consul, Liparam, quæ jam aliquoties a prioribus ducibus tentata irrito conatu fuerat, obsidere cogitans, ex romanis copiis, quæ per universam Siciliam erant, plurimos fortissimosque milites delegit: eosque, acceptis ab Hierone navibus, in Liparæorum insulam trajecit. Unde quum ad auspicia repetenda Messanam rediturus esset, P. Aurelium Pecuniolam agnatum suum (apud alios Q. Cassium tribunum militum lego) obsidioni præfecit, opera tueri diligenter, de cætero abstinere pugna jussum. Sed is posthabito consulis mandato, suæ gloriæ cessurum ratus, si per absentiam illius capta Lipara foret, ad oppugnanda mœnia duxit, non impunita temeritate: nam neque expugnare urbem potuit, et multis amissis, eruptione in recedentem facta, aggere præterea incenso, castra ægre tutatus est. Sed reditu C. Aurelii quum mutata fortuna esset, magna hominum cædes in urbe capta est edita: deinde ad tribuni pænas itum, quem, adempto militiæ gradu, virgis cædi consul, et stipendia inter gregarios pedites facere coegit; memorabili

S XLIV. Polyb. - Diod. - Orosius.

severitate, cujus et alia quædam exempla in eodem illo consulatu C. Aurelius edidit.

XLVI. Recepta Lipara, Timasithei, qui locis istis quondam præfuerat, posteris datum, ut immunes a tributis et vectigalibus essent : adeo ne tempore quidem intercidere sinebat gratissimus populus veteris beneficii memoriam, quod Timasitheus craterem aureum Delphico Apollini dono a Romanis missum, quem piratæ liparæi ceperant, legatosque, qui eum deferebant, salvos et in Græciam et deinde Romam reducendos curaverat. Erctam, deinde castellum munitissimum, Romani cum peditum quadraginta millibus, et equitibus mille obsidere aggressi, neque capere potuerunt, neque cum Pœnis ausi sunt collatis signis confligere: nam ex M. Reguli casu tantus elephantorum terror romanas legiones incesserat, ut ex eo tempore præliorum aleam fugerent. Sæpe in lilybætano agro, sæpe in selinuntio instructis adversum hostes ordinibus steterunt, vix aliquando passuum sexcentorum intervallo dirempti : sed neque pro solita prius alacritate prælium incipere, neque omnino in plana se demittere tutum rati, loca ardua et inaccessa sectabantur.

XLVII. Unde Carthaginienses majorem in modum confirmati, quum et pedestri exercitu jam confiderent, et mari quoque majores a tempestate Romanis, quam ex adversis præliis sibi accidisse clades judicarent, etiam decreto senatus de classe omittenda cognito, recipi Siciliam posse speraverunt, si novæ eo terrestres maritimæque vires mitterentur. Sed maxime pecuniarum inopia premebat: impensis belli tam diuturni omnes et olim reconditas, et quæ quotidie cogebantur, opes haurientibús. Ergo legatis ad Ptolemæum Ægypti regem, quocum amicitia ipsis erat, missis, duo millia talenta pecuniæ mutuæ petiverunt. Rex, qui Romanos, et ipsos amicos sociosque suos, offendere nollet, pacis auctorem atque pararium utrisque se obtulit. Sed, re

[§] XLV, Zoner. — Front. Strat. IV, 1. — Val. Max. II, 7, 4. — § XLVI. Ολυμπιάδ. άγαγρ. — Liv. V, 28. — Diod. — Polyb.

frustra tentata, petitionem suam Pœnis denegavit, amicos adversum hostes, non adversum alios amicos sibi adjuvandos videri præfatus. Sub ea tempora Romæ Tib. Coruncanus primus ex plebe pontifex maximus factus est.

XLVIII. Censores is quoque annus habuit, quod munia magistratus ejus, altero censore mortuo, altero abdicante, peragi anno superiore non potuerant. M. Valerius M. F. M. N. Maximus Messala, P. Sempronius P. F. P. N. Sophus lustrum septimum atque tricesimum condiderunt: eo censa aunt capita civium ducenta nonaginta septem millia septingenta nonaginta septem. Tristis hæc et severa censura fuit: in senatu recensendo, tredecim moti : juvenes quadraginti ademptis equis publicis ærarii facti: hoc quidem C. Aurelii consulis querela effecerat, coram censoribus arguentis, quod in Sicilia, quum necessitas postularet, ad opus jussi accedere, imperium detrectavissent. Consul ne hac quidem spretæ disciplinæ ultione contentus, etiam apud Patres obtinuit, ne eis emerita jam stipendia solverentur. Neque minus, ut illa fuerunt tempora, ob vigorem disciplinæ intente custoditum, quam ob res gestas, decretum ei triumphum opinor, quem de Pœnis et Siculis a. d. Idus Apriles egit.

XLIX. Proximus deinde annus plus minarum, quam eventuum habuit: nam ex magnis utrinque apparatibus quum mutuo metu tenerentur, æstas nullo majore negotio memoranda transiit. L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus, C. Furius C. F. C. N. Pacilus, consules, legionibus in Siciliam deportatis, neque lacessiverunt ipsi hostem magnopere, nec ab eo lacessiti sunt, quanquam novus Pœnorum imperator Hasdrubal cum ducentis navibus, elephantis centum quadraginta, peditumque et equitum millibus viginti recens advenisset. Ea res senatum denuo de classe paranda consultare coegit: quippe trahendo in longum bello rempublicam exhauriri sumptibus, neque post M. Reguli cladem suis legionibus pristinum vigorem mansisse; et ut terra prosperrime

^{\$} XLVII. Zonar. — Appian. ap. Fulv. — Liv. Epit. XVIII. — \$ XLVIII. Tab. Rom. — Val. Max. II, 9, 7. — Front. Strat. IV, 1.

res succederet, tamen prohiberi Sicilia Pœnos non posse, donec imperium maris penes illos esset, haud obscure videbant. Ergo rursus ad priora consilia revoluti, victoriæ spem in navibus habere, illasque summa cura reficere, aut ædificare cœperunt.

L. Interea quum L. Metello Panormi relicto, C. Furius ex Sicilia domum reversus comitia consularia habuisset, C. Atilius M. F. M. N. Regulus, L. Manlius A. F. P. N. Vulso, facti: uterque iterum. His mandata classis instruendæ conscribendorumque sociorum navalium cura; L. Metello prorogatum imperium, isque proconsule bellum in Sicilia administrare jussus. Hasdrubal alterum ex romanis ducibus, cum dimidia parte virium abivisse cernens, secumque reputans jam a longo tempore, quanquam instructæ ex adverso acies essent, Romanos metu cunctatos fuisse; quum jam neque voces suorum, qui segnitiem ejus increpabant, diutius ferre posset; omnibus cum copiis Lilybæo egressus, difficili per Selinuntiorum fines itinere, panormitanum agrum attigit, ibique castra metatus est. Forte Panormi cum exercitu reliquo procos. agebat, ut æstate jam adulta, sociis ad demetendas fruges condendasque præsidio esset.

LI. Hic audito hostium speculatores occultos Panormi degere, universos, qui in urbe essent, procedere in concionem jussit: deinde præcipiens, ut sese mutuo prehenderent, rogando ignotiorem quemque, quis esset, aut cujus rei causa Panormi ageret, exploratores deprehendit. Ex quibus ubi didicit, quid apud hostes ageretur, animadverso plus temeritatis quam consilii in expeditione Pænorum esse, quo magis ad ineptam fiduciam incautos proliceret, simulavit metum, et intra munimenta urbis se continuit. Ferocior ergo factus Hasdrubal, promotis castris agrum panormitanum vastat, urit, fruges corrumpit, ad ipsos usque urbis muros populationem profert: neque moveri hoc vel damno, vel pudore, proconsul; ratus, si paululum susti-

[§] XLIX. Col. Capitol. — Oros. IV, 9. — Polyb. — Eutrop. — § L. Polyb. I, 39. — Diod. — Zonar.

SAME STATES AND A SAME STATES AND ASSESSMENT OF THE SAME STATES AND ASSESSMENT OF THE SAME SAME STATES AND ASSESSMENT ASS

A depressor case sees product. A seminar production of second sees sees product. As seminar production. The operation of explanation products can represent the explanation of explanation products. The trades of explanation of the end of the e

Lill in L. Cardins procuses, parters within only incom who disposes; no impered, remain elegantic propries in 25000 e sent, dersa se est tela emplement e a imposition ipo, refugiant in fiscae, atome ruram mae commune e sucdina opident et incresem untum companiore minima pilot, et estra muera proposes, ne espia moram whiches desix : superara la mora acest: inse cum coincidius genincis armatores mera portum, centro institum cuma obsessim, instructas portunque consiste. Interes qui parliam commorarat, mora muitarime hostium pressi, servatis ordinara referebant podem, moco recentibus sucrum auxilia

^{\$ 1.1.} Porph. — Foods, de Reir, Sie, Ha. II: Due, XI, Ha. IV. e. 3. — Frant. III., 17. — \$ 1.11. Blod. — Proph.

confirmati, quæ proconsul identidem submittebat laborantibus pugnam sustinebant: quum rectores elephantorum æmulatione incensi, quo ipsi potius, quam Hasdrubal, auctores victoriæ fuisse viderentur, concitatis belluis proturbant adversarios; et ad urbem se recipientibus incaute instantes, ad ipsam usque fossam progrediuntur.

LIV. Ibi vero, quum et a mœnibus sagittarum nimbus rueret, et a recentibus, qui ante fossam steterant hastæ, velitares confertim jacerentur, confecti vulneribus elephanti sævire, conversique quo dolor et ira ferebat, incumbere suis, proterere obvios, perturbare et dissolvere ordines armatorum cœpere. Quo animadverso proconsul, hoc illud esse tempus provisce diu victorice clamitans, aperta porta prorumpit: neque difficile certamen instructis et compositis adversus trepidantes et turbatos fuit : magna cædes pugnantium, magna fugientium facta, casu quodam, qui præsidium afflictis afferre debuerat, ultro calamitatem augente. Quippe sub idem illud tempus punica classis comparuit : ad quam, veluti salutis unicam spem, quum trepida multitudo metuque cæca promiscue rueret, multi invicem aut ab elephantis conculcati sunt, alii a persequentibus interempti, magnus etiam numerus inter natandum, aut dum naves tumultuose conscenduntur excussus, in mari periit.

LV. Neque vel ad ea tempora, vel deinceps ulla populo romano inter tot res prosperas victoria clarior cessit: qua et ad priorem fiduciam erecti sunt animi, et tantus hosti metus incussus, ut non modo spem in posterum pedestris militiæ, quandiu id bellum fuit, sed etiam cogitationem deponeret. Viginti millia Carthaginiensium eo prælio cæsa referuntur: elephanti sex et viginti statim, cæteri postea omnes capti; proconsul enim efferatas palantesque belluas ab ignaris haud facile adduci posse cogitans, præconis voce incolumitatem et libertatem captivis promiserat, quorum opera comprehensi elephanti esse viderentur. Ita primum captis mansuetioribus sibique notis, cæteros horum ope haud difficulter

[§] LIII. Front. Strat. II, 5. - § LIV. Polyb. - Diodor. - Zonar.

adduxerunt. L. Metellus omnes Romam misit, hand indigno quod memoretur invento per fretum transportatos.

LVI. Quod enim naves ad eam rem idoneas mullas habebat, doliis coactis multis vinctisque, ita ut inter bina quaeque dolia tignum unum immissum, neque collidi inter sese, neque divelli sineret, rates compactæ sunt, quæ deinde tabulato constratæ, materia terraque ingesta, et lateribus undique præseptis in stabuli formam, ingressas intrepide belluas, sine sensu navigationis, cujus vakie impatientes sunt, in rhegino litore exposuerunt. Hasdrubal ex clade Lilybærum evasit, sed Carthagine damnatus absens, quumque rediisset, comprehensus et supplicio affectus est. Interea Pœni cæsos exercitus suos, abactos elephantos, totam Siciliam præter Lilybærum et Drepanum amissum, Romanosque iterum classe confecta, mari terraque validos esse reputantes, ad pacis consilia se retulerunt; gratanter accepturi, si lenioribus paulo conditionibus transigi posset.

LVII. Que res quum eos M. Reguli, legumque pacis ab ipso quondam dictarum admonuisset, in eam cogitationem venerunt, ut per illum ipsum maxime crederent, vel pacem, vel quod secundum pacem gratissimum erant habituri, permutationem captivorum impetrari posse. Neque dubitabant, quin promptissimam operam in eo negotio, vel sua causa navaturus esset : quem enim tanta duritie animi cogitari posse, quin exire miserias carceris, revisere carissima pignora, frui libertate, patria, dignitate, honoribus cupiat? Esse M. Regulo uxorem Romæ, esse liberos: propinquos ejus affinesque in senatu et magistratibus, fratrem etiam patruelem eonsulari imperio agere: ipsum senatui populoque romano et ob res prosperas carissimum, et ob adversas miserabilem esse: sive se amaret, sive a suis amaretur, neminem neque ugendæ causæ diligentiorem patronum, neque impetrandæ gratiosiorem fore. Non abnuit ille, nulla spe aut cupiditate suæ utilitatis, ut postea apparuit, sed ut senatum ad publica

[§] LV. Polyb. — Flor. II, 2. — Oros. IV, 9. — Zon. — Front. Strat. II, 5. — § LVI. Front. Strat. I, 7. — Plin. VIII, 6. — Zon. — Oros. — Eutr.

tuenda commoda præsens auctor efficacius permoveret. Ita Carthaginiensium legatis additus quum ad urbem venisset, ingredi, quamvis rogatus a Romanis, noluit: hostium legatis ex disciplina patria senatum extra urbem dari causatus.

LVIII. Coactis ergo Patribus, inter legatos Carthaginiensium verba fecit, se quoque, ut qui jure belli servus Pænorum esset, mandata dominorum attulisse, maxime quidem bellum uti finiretur conditionibus, quibus utrique populo visum esset: sin vero, ut saltem captivorum esset permutatio. Digressos mox legatos et ipse secutus est, neque deliberationi senatus hoc ipsum instanter petentis prius interesse voluit, quam Carthaginienses assentirentur: tum assedit tacitus, donec rogatus sententiam, « Patres, inquit, conscripti, « ego tamen Romanus sum, et corpus quidem, ut fortuna « voluit, penes hostes est; animus fortunæ non subjectus, « qui fuit, manet: quare huic potius obsecutus, quem meum « esse reor, quam corpori, quod alienum est, neque capti-« vos permutandi, neque ineundæ pacis auctor sum. Bello « manente captivos reddi, prorsus est inutile : nam illi pro « me uno duces multos, pro sene adolescentes repetunt; in « quibus esse novi, quos non spernatis: finiri vero bellum, « nisi luculentissimis conditionibus, aut universa victoria, « quum indignum esset sapientia vestra, tum rei romanæ « damnosissimum.

LIX. « Scio, vobis etiam in gerendo bello difficilia multa « accidere: neque enim res magnæ citra magnum laborem « magnosque sumptus confieri possunt: sed si Carthaginien-« sium fortunam contuleritis, omnia, quæ momentum ad « victoriam faciunt, penes vos meliora sunt. Magna pugna « superati sumus semel, sive culpa ista mea, sive fortuna « fuit: sed exercitus eorum toties cecidimus, et animos mea « clade rursum erectos victoria panormitana infra priorem « desperationem dejecit afflixitque. Siciliam excepta uma al- « teraque urbe amiserunt: in cæteris insulis res ipsorum

[§] LVII. Zonar. — Appian. apud Urs. — § LVIII. Dio. apud Urs. — Liv, Epit. XVIII. — Zonar. — Sil. lib.VI, v. 474. — Cic. de Off. III, 27.

« malæ sunt. Classem habetis, cui punica non optet occur« rere: hac quoque parte belli perpetuo superiores: neque
« accepta tempestatibus damna tantum vobis virium detra« xerunt, quantum adjecerunt cautionis. Pecuniæ fortassis
« par utrobique inopia: sed obsequentiores tamen vobis
« Itali, quam Afri Pænis, quos quum amassent nunquam,
« nuper etiam impensius odisse didicerunt. Qui enim nul« ladum tam atroci injuria læsi certatim ad me defecerunt,
« eos post vastatam a prioribus dominis regionem, abacta
« armenta, extortas pecunias, interfectos principes, quid
« aliud exspectare creditis, quam ut novus exercitus hinc
« in Africam veniat?

LX. « Quod vero delectus vobis facilis et copiosus est, « miles bonus, concors, lingua, moribus, sacris, civitate, « cognatione junctus, id tantum esse reor, ut hac una re « ancipitem facere possetis Carthaginiensibus totius belli « victoriam, si cæteris omnibus vinceremini. Quid enim ad-« versus ejusmodi copias momenti sit in mercenaria manu? « et tamen si quod erat, sua crudelitate jam aboleverunt « Pæni, sibique non minus difficilem effecerunt peregrini « militis conducendi rationem, quam conducti custodiam: « Xanthippus, cui forte Carthago debet, quidquid ab eo « tempore potuit amittere, tam ingrate perfideque tractatus, « documento erit aliis, ne temere locent operam ei populo, « qui maxima merita non nisi maximis injuriis novit remu-« nerari : vulgus etiam barbarorum, stolidum et venale ge-« nus, nihilominus absterrebit in sui generis homines sæpius « exercita sævitia, quum modo carnificum aut commilito-'« num manu perempti, modo in desertis insulis expositi, pro « stipendiis emeritis, ne simplicem quidem mortem, et hu-« mani moris supplicia pertulerunt. Habetis, Patres con-« scripti, rationes meæ sententiæ, qua neque pacem Cartha-« giniensibus dandam, neque commutationem captivorum « recipiendam censeo. »

LXI. Non displicebat consilium senatui, si auctore salvo accipi posset, sed hujus eo magis miserabantur; quo ipse, ut reipublicæ consuleretur, magis se neglexerat: apparebatque huc inclinari, ut qualibet conditione vir animi tam generosi patriæ redderetur: jamque voces jactabantur dicentium, postquam ad suos postliminio revertisset, suo jam jure manere in civitate, aut retineri posse. Pontifex etiam maximus affirmabat, si remansisset in civitate, circa perjurium facturum videri: quum ille spiritu vultuque, quem etiam iste senatus stupesceret, «Quin, ait, dubitationem istam se« mel tollitis, Romani, sequiminique sententiam meam, et « audetis me contemnere? Frustra tenditis obtinere, quod « neque jucundum vobis, neque utile patriæ, neque mihi « honestum sit futurum. Fortasse dum nova res esset, ala- « cres, et gratantes vobiscum me versari videretis: sed simul « atque primi istius gaudii brevis impetus evanuisset, odio- « siorem me vobis redderet reditus mei turpitudo, quam « absentia mea desiderandum effecisset.

LXII. « Mihi quidem certum est in ea civitate non degere, « ubi post servitutem africanam civis honesti dignitatem « tueri non potero; et si maxime vellem, prohiberet fides, « prohiberet jurisjurandi sacer honor, numinumque vene-« ratio, quorum invocationem et reditus mei ad Pœnos pi-« gnus feci, et si pejerem, pœnæ non a me tantum, sed etiam « a vobis populoque romano repetendæ vindicem timeo. Sunt « enim profecto aliquid dii, neque perjuriis aut contemptu « hominum impune violantur. Si quis vero posse me reli-« gione exsolvi autumat : esse prodita libris auguralibus hujus-« cemodi piacula ; cærimoniis et victimis perfidiam ac perju-« rium rite procurari : eum ego meminisse velim, majorem « esse majestatem numinum, quam ut pejerando læsa qui-« buslibet hominum inventis placetur : neque rationi con-« sentaneum, ut maculæ peccatis hominum contractæ, pe-« corum boumve sanguine ablui credantur.

LXIII. « Ad me quod attinet, scio mihi Carthagine paratos « esse cruciatus magnos, exquisita tormenta. Sed his omni- « bus tristius esse puto fidem fallere. Hoc enim mihi pro-

[§] LXI. Pæanii Metaphr. in Eutrop. — § LXII. Eutrop. lib. II. — Sil. lib. VI. — Zonar.

« fecto noceret : illa magie ad ca , quie circa M. Atilium sunt . - quam ad ipsum referentur. Nolite calamitumum exist- more, quisque ferre calamitatem potest. Servitatem, con-temptum, dolorem, incilium, vigilias, quam mala mas-« quam putaverim , post tanti temporis assuetudimem etian molesta credere desii. Tolerabilia cuim esse, interando di-« dici : quad si supra quam ab homine ferri possint, inten-· dantur, non ab illa tantum, sed ab omni miseria me cita « mors liberabit. Nihil igitur timendum esse video morten « non timenti, quam etiam occupare licet; et fecissem nisi « viri esset, vincere potius dolorem, quam effagere. Sed hec « panca et confusa ideo dixi, ut vos neque dimoveri ne posse a sententia sciretis; neque vicem meam velut ho-« minis infelicis et calonitosi misereremini : mili vero mei « consilii tota ratio facilis et constans est; nam ut Cartho-« ginem revertor, id mihi dehet esse curæ : quid passurus · ibi sim, crit dis. » Aiunt ctiam, quo efficacias moveret dabitantes, confirmasse, « prinsquam Carthagine dimissus es-« set , sibi veneum punica frande datum , quod lenta peste « spiritus vitales exedens, facta permutatione restitutum suis consumerel.

LXIV. Horribilem vero in hoc viro virtutis constantiam, qui, dum ab honesto non discederet, contumelias, cruciatus, mortem, quidquid denique abominantur homines, majori prope contentione secutus est, quam alii vitaverant: utili mortalibus documento, eas tantum animas quibusvis terroribus pares, honestique propositi ad extremum tenaces esse, quae nobilitatis sure sensum habent, seque non ad hane modo vitam natas esse meminerunt. Nec enim acerbitates tantas M. Regulus sponte pertulisset, nisi aut pulchris factis ingentia post mortem fore præmia, aut sceleratis ingentes pænas, credidisset. Igitur in sententiam M. Reguli facto senatusconsulto, quum moestos et iratos dominos ipse vultu semper eodem sequeretur, repulsæque dolorem appreret in suasorem ejus crudeliter vindicatum iri, moti qui-

dam sunt, ut vel nolentem retineri juberent: uxore præterea Reguli Marcia, communibusque liberis, omnia fletu planctuque complentibus, dixere consules, neque manentem dedituros esse neque discedentem moraturos.

LXV. Sic ille, recusato etiam conjugis colloquio, parvorumque filiorum complexu osculisque vitatis, Carthaginem revectus, atrocissimis suppliciis vexatum corpus exuit. Palpebris enim resectis aliquandiu in loco plane tenebricoso habuerunt: deinde quum sol esset ardentissimus, repente eductum intueri cælum coegerunt: postremo conjectum in arcam ligneam, quam ad solem obverterant, clavis introrsum versis horrentem, atque ita angustam, ut erectus perpetuo manere cogeretur; dum fessum corpus, quocunque inclinaret, ferreis stimulis confoditur, cruciatu et vigiliis interemerunt. Hic M. Atilii Reguli fuit exitus, ipsa quoque vita, licet maximam per gloriam diu acta, clarior et illustrior. Fuit vir moribus integerrimis, animo infractus; consilio non spernendus; in quo nihil accusare neque sua neque sequentia tempora potuerunt, nisi quod fortunam secundam infirmius tulisse visus est, repudiatisque Pænorum precibus causa fuisse, cur multis deinde annis bellum maneret, ingenti cum civitatis utriusque detrimento.

LXVI. Cæterum M. Regulus peccatum istud aliis virtutibus, sed maxime mortis admirabili constantia, delevit; calamitate sic perlata fortunatior, quam si evitare imminentem potuisset. Audito fine Reguli, et barbara Pænorum feritate, senatus nobilissimos captivorum Marciæ liberisque dedidit: quos illi conclusos in armario muricibus præfixo, pari ac Regulus interierat supplicio excruciare constituerunt, alimentis etiam per dies continuos quinque non præbitis; intra quod tempus Bostar Pænus mærore fameque extabuit. Hamilcar vero firmior, etiam alios quinque dies

[§] LXIV. Sil. lib. VI. — Zonar. — Dio apud Urs. — Eutrop. — Hor. Car. III, 5. — Appian. Punic. — § LXV. Liv. Epit. XVIII. — Valer. Max. IX, 2, 1. — Tubero apud Agell. VI, 4. — Auct. de Vir. illustr. cap. 40. — Aug. de Civit. Dei, I, 15, et III, 18. — Oros. — Sil. — Cic. de Off. III, 27. — Diod. apud Vales. lib. XXIII.

nuisset, utrumvis in Pœnos cum ingenti fœnore derivatum iri: maxime vero ut flumen Orethum, quod meridiem versus urbem præterlabitur, transirent hostes, exspectabat; hoc enim si factum esset, præmeditatam expeditamque victoriæ viam habere rebatur. Id ut assequeretur, quum rebus cæteris in speciem timide administratis, tum propugnatores in muris raros collocando, et animum suorum et numerum ab hoste despici cupiebat.

LII. Hoc consilium, quum et prætor hostium audacia sua, et improviso casu sors juvisset, ex sententia proconsulis cessit: nec enim defuit Asdrubal tum copias pedestres, tum equitatum et elephantos omnes transducere, positis juxta muros oppidi castris, tanto cum contemptu confessæ, ut putabant, hostium formidinis, ut neque vallo sibi neque fossa opus esse judicantes, nullis defensa munimentis tentoria figerent. Eo quum lixæ mercatoresque ingentem annonam plurimumque vini convexissent, mercenarii Carthaginiensium avide hausto mero, clamoribus dissonis, tumultuque et strepitu, qualis ebrietatem sequi solet, omnia complevere. Tum vero tempestivum proconsuli visum, emissis expeditis hostes ad pugnam prolicere, processitque res ita feliciter, ut aliis aliisque subinde prorumpentibus, tandem totus Hasdrubalis exercitus e castris educeretur.

LIII. Ibi L. Cæcilius proconsul partem velitum ante fossam urbis disponit: his imperat, siquidem elephanti propius suggressi essent, densa in eos tela conjiciant: si urgeantur ipsi, refugiant in fossas, atque rursum inde conentur: sordidos opifices et forensem turbam comportare missilia jubet, et extra muros projicere, ne copia horum velitibus desit: sagittarios in muris locat; ipse cum cohortibus gravioris armaturæ intra portam, dextro hostium cornu obversam, instructus paratusque consistit. Interea qui prælium commiserunt, modo multitudine hostium pressi, servatis ordinibus referebant pedem, modo recentibus suorum auxiliis

[§] I.I. Polyb. — Fazell. de Reb. Sic. lib. II; Dec. XI, lib. IV, c. 3. — Front. III, 17. — § I.II. Diod. — Polyb.

confirmati, quæ proconsul identidem submittebat laborantibus pugnam sustinebant: quum rectores elephantorum æmulatione incensi, quo ipsi potius, quam Hasdrubal, auctores victoriæ fuisse viderentur, concitatis belluis proturbant adversarios; et ad urbem se recipientibus incaute instantes, ad ipsam usque fossam progrediuntur.

LIV. Ibi vero, quum et a mœnibus sagittarum nimbus rueret, et a recentibus, qui ante fossam steterant hastæ, velitares confertim jacerentur, confecti vulneribus elephanti sævire, conversique quo dolor et ira ferebat, incumbere suis, proterere obvios, perturbare et dissolvere ordines armatorum cœpere. Quo animadverso proconsul, hoc illud esse tempus provisæ diu victoriæ clamitans, aperta porta prorumpit: neque difficile certamen instructis et compositis adversus trepidantes et turbatos fuit : magna cædes pugnantium, magna fugientium facta, casu quodam, qui præsidium afflictis afferre debuerat, ultro calamitatem augente. Quippe sub idem illud tempus punica classis comparuit : ad quam, veluti salutis unicam spem, quum trepida multitudo metuque cæca promiscue rueret, multi invicem aut ab elephantis conculcati sunt, alii a persequentibus interempti, magnus etiam numerus inter natandum, aut dum naves tumultuose conscenduntur excussus, in mari periit.

LV. Neque vel ad ea tempora, vel deinceps ulla populo romano inter tot res prosperas victoria clarior cessit: qua et ad priorem fiduciam erecti sunt animi, et tantus hosti metus incussus, ut non modo spem in posterum pedestris militiæ, quandiu id bellum fuit, sed etiam cogitationem deponeret. Viginti millia Carthaginiensium eo prælio cæsa referuntur: elephanti sex et viginti statim, cæteri postea omnes capti; proconsul enim efferatas palantesque belluas ab ignaris haud facile adduci posse cogitans, præconis voce incolumitatem et libertatem captivis promiserat, quorum opera comprehensi elephanti esse viderentur. Ita primum captis mansuetioribus sibique notis, cæteros horum ope haud difficulter

[§] LIII. Front. Strat. II, 5. - § LIV. Polyb. - Diodor. - Zonar.

adduxerunt. L. Metellus omnes Romam misit, haud indigno quod memoretur invento per fretum transportatos.

LVI. Quod enim naves ad eam rem idoneas nullas habebat, doliis coactis multis vinctisque, ita ut inter bina quæque dolia tignum unum immissum, neque collidi inter sese, neque divelli sineret, rates compactæ sunt, quæ deinde tabulato constratæ, materia terraque ingesta, et lateribus undique præseptis in stabuli formam, ingressas intrepide belluas, sine sensu navigationis, cujus valde impatientes sunt, in rhegino litore exposuerunt. Hasdrubal ex clade Lilybæum evasit, sed Carthagine damnatus absens, quumque rediisset, comprehensus et supplicio affectus est. Interea Pæni cæsos exercitus suos, abactos elephantos, totam Siciliam præter Lilybæum et Drepanum amissum, Romanosque iterum classe confecta, mari terraque validos esse reputantes, ad pacis consilia se retulerunt; gratanter accepturi, si lenioribus paulo conditionibus transigi posset.

LVII. Que res quum eos M. Reguli, legumque pacis ab ipso quondam dictarum admonuisset, in eam cogitationem venerunt, ut per illum ipsum maxime crederent, vel pacem, vel quod secundum pacem gratissimum erant habituri, permutationem captivorum impetrari posse. Neque dubitabant, quin promptissimam operam in eo negotio, vel sua causa navaturus esset : quem enim tanta duritie animi cogitari posse, quin exire miserias carceris, revisere carissima pignora, frui libertate, patria, dignitate, honoribus cupiat? Esse M. Regulo uxorem Romæ, esse liberos: propinquos ejus affinesque in senatu et magistratibus, fratrem etiam patruelem eonsulari imperio agere: ipsum senatui populoque romano et ob res prosperas carissimum, et ob adversas miserabilem esse: sive se amaret, sive a suis amaretur, neminem neque ugendæ causæ diligentiorem patronum, neque impetrandæ gratiosiorem fore. Non abnuit ille, nulla spe aut cupiditate suæ utilitatis, ut postea apparuit, sed ut senatum ad publica

[§] LV. Polyb. — Flor. II, 2. — Oros. IV, 9. — Zon. — Front. Strat. II, 5. — § LVI. Front. Strat. I, 7. — Plin. VIII, 6. — Zon. — Oros. — Entr.

tuenda commoda præsens auctor efficacius permoveret. Ita Carthaginiensium legatis additus quum ad urbem venisset, ingredi, quamvis rogatus a Romanis, noluit: hostium legatis ex disciplina patria senatum extra urbem dari causatus.

LVIII. Coactis ergo Patribus, inter legatos Carthaginiensium verba fecit, se quoque, ut qui jure belli servus Pænorum esset, mandata dominorum attulisse, maxime quidem bellum uti finiretur conditionibus, quibus utrique populo visum esset: sin vero, ut saltem captivorum esset permutatio. Digressos mox legatos et ipse secutus est, neque deliberationi senatus hoc ipsum instanter petentis prius interesse voluit, quam Carthaginienses assentirentur: tum assedit tacitus, donec rogatus sententiam, « Patres, inquit, conscripti, « ego tamen Romanus sum, et corpus quidem, ut fortuna « voluit, penes hostes est; animus fortunæ non subjectus, « qui fuit, manet: quare huic potius obsecutus, quem meum « esse reor, quam corpori, quod alienum est, neque capti-« vos permutandi, neque ineundæ pacis auctor sum. Bello « manente captivos reddi, prorsus est inutile : nam illi pro « me uno duces multos, pro sene adolescentes repetunt; in « quibus esse novi, quos non spernatis: finiri vero bellum, « nisi luculentissimis conditionibus, aut universa victoria, « quum indignum esset sapientia vestra, tum rei romanæ « damnosissimum.

LIX. « Scio, vobis etiam in gerendo bello difficilia multa « accidere: neque enim res magnæ citra magnum laborem « magnosque sumptus confieri possunt: sed si Carthaginien-« sium fortunam contuleritis, omnia, quæ momentum ad « victoriam faciunt, penes vos meliora sunt. Magna pugna « superati sumus semel, sive culpa ista mea, sive fortuna « fuit: sed exercitus eorum toties cecidimus, et animos mea « clade rursum erectos victoria panormitana infra priorem « desperationem dejecit afflixitque. Siciliam excepta una al- « teraque urbe amiserunt: in cæteris insulis res ipsorum

[§] LVIII. Zonar. — Appian. apud Urs. — § LVIII. Dio. apud Urs. — Liv, Epit. XVIII. — Zonar. — Sil. lib.VI, v. 474. — Cic. de Off. III, 27.

« malæ sunt. Classem habetis, cui punica non optet occur« rere: hac quoque parte belli perpetuo superiores: neque
« accepta tempestatibus damna tantum vobis virium detra« xerunt, quantum adjecerunt cautionis. Pecuniæ fortassis
« par utrobique inopia: sed obsequentiores tamen vobis
« Itali, quam Afri Pænis, quos quum amassent nunquam,
« nuper etiam impensius odisse didicerunt. Qui enim nul« ladum tam atroci injuria læsi certatim ad me defecerunt,
« eos post vastatam a prioribus dominis regionem, abacta
« armenta, extortas pecunias, interfectos principes, quid
« aliud exspectare creditis, quam ut novus exercitus hinc
« in Africam veniat?

LX. « Quod vero delectus vobis facilis et copiosus est, « miles bonus, concors, lingua, moribus, sacris, civitate, « cognatione junctus, id tantum esse reor, ut hac una re « ancipitem facere possetis Carthaginiensibus totius belli « victoriam, si cæteris omnibus vinceremini. Quid enim ad-« versus ejusmodi copias momenti sit in mercenaria manu? « et tamen si quod erat, sua crudelitate jam aboleverunt « Pæni, sibique non minus difficilem effecerunt peregrini « militis conducendi rationem, quam conducti custodiam: « Xanthippus, cui forte Carthago debet, quidquid ab 60 « tempore potuit amittere, tam ingrate perfideque tractatus, « documento erit aliis, ne temere locent operam ei populo, « qui maxima merita non nisi maximis injuriis novit remu-« nerari : vulgus etiam barbarorum, stolidum et venale ge-« nus, nihilominus absterrebit in sui generis homines sæpius « exercita sævitia, quum modo carnificum aut commilito-'« num manu perempti, modo in desertis insulis expositi, pro « stipendiis emeritis, ne simplicem quidem mortem, et hu-« mani moris supplicia pertulerunt. Habetis, Patres con-« scripti, rationes meæ sententiæ, qua neque pacem Cartha-« giniensibus dandam, neque commutationem captivorum « recipiendam censeo. »

LXI. Non displicebat consilium senatui, si auctore salvo accipi posset, sed hujus eo magis miserabantur, quo ipse, ut reipublicæ consuleretur, magis se neglexerat : appare-

batque huc inclinari, ut qualibet conditione vir animi tam generosi patriæ redderetur: jamque voces jactabantur dicentium, postquam ad suos postliminio revertisset, suo jam jure manere in civitate, aut retineri posse. Pontifex etiam maximus affirmabat, si remansisset in civitate, circa perjurium facturum videri: quum ille spiritu vultuque, quem etiam iste senatus stupesceret, «Quin, ait, dubitationem istam se« mel tollitis, Romani, sequiminique sententiam meam, et « audetis me contemnere? Frustra tenditis obtinere, quod « neque jucundum vobis, neque utile patriæ, neque mihi « honestum sit futurum. Fortasse dum nova res esset, ala« cres, et gratantes vobiscum me versari videretis: sed simul « atque primi istius gaudii brevis impetus evanuisset, odio« siorem me vobis redderet reditus mei turpitudo, quam « absentia mea desiderandum effecisset.

LXII. « Mihi quidem certum est in ea civitate non degere, « ubi post servitutem africanam civis honesti dignitatem « tueri non potero; et si maxime vellem, prohiberet fides, « prohiberet jurisjurandi sacer honor, numinumque vene-« ratio, quorum invocationem et reditus mei ad Pœnos pi-« gnus feci, et si pejerem, pœnæ non a me tantum, sed etiam « a vobis populoque romano repetendæ vindicem timeo. Sunt « enim profecto aliquid dii, neque perjuriis aut contemptu « hominum impune violantur. Si quis vero posse me reli-« gione exsolvi autumat : esse prodita libris auguralibus hujus-« cemodi piacula; cærimoniis et victimis perfidiam ac perju-« rium rite procurari : eum ego meminisse velim, majorem « esse majestatem numinum, quam ut pejerando læsa qui-« buslibet hominum inventis placetur : neque rationi con-« sentaneum, ut maculæ peccatis hominum contractæ, pe-« corum boumve sanguine ablui credantur.

LXIII. « Ad me quod attinet, scio mihi Carthagine paratos « esse cruciatus magnos, exquisita tormenta. Sed his omni- « bus tristius esse puto fidem fallere. Hoc enim mihi pro-

[§] LXII. Pæanii Metaphr. in Eutrop. — § LXII. Eutrop. lib. II. — Sil. lib. VI. — Zonar.

« fecto noceret : illa magis ad ea, quæ circa M. Atilium sunt, « quam ad ipsum referuntur. Nolite calamitosum existi-« mare, quisque ferre calamitatem potest. Servitutem, con-« temptum, dolorem, inediam, vigilias, quum mala nun-« quam putaverim, post tanti temporis assuetudinem etiam « molesta credere desii. Tolerabilia enim esse, tolerando di-« dici : quod si supra quam ab homine ferri possint, inten-« dantur, non ab illa tantum, sed ab omni miseria me cita « mors liberabit. Nihil igitur timendum esse video mortem « non timenti, quam etiam occupare licet; et fecissem nisi « viri esset, vincere potius dolorem, quam effugere. Sed hæ « pauca et confusa ideo dixi, ut vos neque dimoveri me « posse a sententia sciretis; neque vicem meam velut ho-« minis infelicis et calamitosi misereremini : mihi vero mei « consilii tota ratio facilis et constans est; nam ut Cartha-« ginem revertar, id mihi debet esse curæ : quid passurus « ibi sim, erit diis. » Aiunt etiam, quo efficacius moveret dubitantes, confirmasse, « priusquam Carthagine dimissus es-« set, sibi venenum punica fraude datum, quod lenta peste « spiritus vitales exedens, facta permutatione restitutum « suis consumeret.»

LXIV. Horribilem vero in hoc viro virtutis constantiam, qui, dum ab honesto non discederet, contumelias, cruciatus, mortem, quidquid denique abominantur homines, majori prope contentione secutus est, quam alii vitaverant: utili mortalibus documento, eas tantum animas quibusvis terroribus pares, honestique propositi ad extremum tenaces esse, quæ nobilitatis suæ sensum habent, seque non ad hanc modo vitam natas esse meminerunt. Nec enim acerbitates tantas M. Regulus sponte pertulisset, nisi aut pulchris factis ingentia post mortem fore præmia, aut sceleratis ingentes pænas, credidisset. Igitur in sententiam M. Reguli facto senatusconsulto, quum mæstos et iratos dominos ipse vultu semper eodem sequeretur, repulsæque dolorem appareret in suasorem ejus crudeliter vindicatum iri, moti qui-

dam sunt, ut vel nolentem retineri juberent: uxore præterea Reguli Marcia, communibusque liberis, omnia fletu planctuque complentibus, dixere consules, neque manentem dedituros esse neque discedentem moraturos.

LXV. Sic ille, recusato etiam conjugis colloquio, parvorumque filiorum complexu osculisque vitatis, Carthaginem revectus, atrocissimis suppliciis vexatum corpus exuit. Palpebris enim resectis aliquandiu in loco plane tenebricoso habuerunt: deinde .quum sol esset ardentissimus, repente eductum intueri cælum coegerunt: postremo conjectum in arcam ligneam, quam ad solem obverterant, clavis introrsum versis horrentem, atque ita angustam, ut erectus perpetuo manere cogeretur; dum fessum corpus, quocunque inclinaret, ferreis stimulis confoditur, cruciatu et vigiliis interemerunt. Hic M. Atilii Reguli fuit exitus, ipsa quoque vita, licet maximam per gloriam diu acta, clarior et illustrior. Fuit vir moribus integerrimis, animo infractus; consilio non spernendus; in quo nihil accusare neque sua neque sequentia tempora potuerunt, nisi quod fortunam secundam infirmius tulisse visus est, repudiatisque Pœnorum precibus causa fuisse, cur multis deinde annis bellum maneret, ingenti cum civitatis utriusque detrimento.

LXVI. Cæterum M. Regulus peccatum istud aliis virtutibus, sed maxime mortis admirabili constantia, delevit; calamitate sic perlata fortunatior, quam si evitare imminentem potuisset. Audito fine Reguli, et barbara Pænorum feritate, senatus nobilissimos captivorum Marciæ liberisque dedidit: quos illi conclusos in armario muricibus præfixo, pari ac Regulus interierat supplicio excruciare constituerunt, alimentis etiam per dies continuos quinque non præbitis; intra quod tempus Bostar Pænus mærore fameque extabuit. Hamilcar vero firmior, etiam alios quinque dies

[§] LXIV. Sil. lib. VI. — Zonar. — Dio apud Urs. — Eutrop. — Hor. Car. III, 5. — Appian. Punic. — § LXV. Liv. Epit. XVIII. — Valer. Max. IX, 2, 1. — Tubero apud Agell. VI, 4. — Auct. de Vir. illustr. cap. 40. — Aug. de Civit. Dei, I, 15, et III, 18. — Oros. — Sil. — Cic. de Off. III, 27. — Diod. apud Vales. lib. XXIII.

416 JO. FREINS. SUPPL. IN LOC. LIB. XVIII.

cum cadavere Bostaris inclusus, ciboque tantum ad vitam cum miseria prorogandam dato duravit: donec cognito quid fieret, magistratuum imperio sævitia coercita est; injunctumque, ut Bostaris cineribus in patriam remissis reliqui captivorum mitius haberentur: morum utriusque civitatis memorabili discrimine; quum altera nec inique læsa, nec impune læsura, virtutem, quam venerari debuerat, diris suppliciis exstingueret: altera justissimæ vindictæ poneret modum, non quem poscebat irritatus dolor, sed quem reverentia humanitatis, et decora claris imperiis moderatio commendabat.

§ LXVI. Diodor. lib. XXIV, apud Vales. — Zonaras. — Tudit. apud Agell. VI, 4.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER NONUS

IN LOCUM LIBRI DECIMI NONI LIVIANI.

EPITOME

LIBRI DECIMI NONI.

Cecilius Metellus, rebus adversus Poenos prospere gestis, speciosissimum egit triumphum, XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, jussis mergi pullis, qui cibari nolebant, infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit; et revocatus a senatu, jussusque dictatorem dicere, Claudium Gliciam dixit, sortis ultimæ hominem : qui, coactus abdicare se magistratu, postea ludos prætextatus spectavit. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. Cum Pœnis captivorum commutatio facta est. Coloniæ deductæ sunt, Fregenæ, in agro salentino Brundusium. Lustrum a censoribus conditum est : censa sunt civium capita CCLI millia, CCXXII. Claudia, soror P. Claudii, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens, quum turba premeretur, dixit: Utinam frater meus viveret, iterumque classem duceret! ob eam causam mulcta ei dicta est. Duo prætores tum primum creati sunt. Cæcilius Metellus pontifex max. A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen martialis erat, quum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in Urbe tenuit; nec passus est a sacris, recedere. Rebus adversus Pœnos a pluribus ducibus prospere gestis, summam victoriæ C. Lutatius consul, victa ad Ægates insulas classe Pœnorum, imposuit. Petentibus Carthaginiensibus pax data est. Quum templum Vestæ arderet, Cæcilius Metellus pontifex max. ex incendio

sacra rapuit. Duze tribus adjectze sunt, Velina et Quirina. Falisci quum rebellassent, sexto die perdomiti, in deditionem venerunt.

I. PROFECTIS ab Urbe Carthaginiensium legatis, consules senatusconsulto exercitum in Siciliam deportare jussi, cupide paruerunt, et ira in hostes accensi ob M. Regulum, et æmulatione speque ex L. Metelli proconsule victoria. Nec enim confecti negotii magnitudinem damno tantum carthaginiensis populi metiebantur, quod amisso exercitu, tantoque numero elephantorum, ad reliqua belli factus esset infirmior; sed haud minus eo, quod prospera cum belluis pugna romani milites animum ex priore formidine receperant; spesque incesserat, finiri bellum posse, ni occasioni defuissent. Igitur classe navium ducentarum coacta consules ambo cum legionibus quatuor Panormum appulerunt: assumptisque reliquis ibi copiis navibusque, præter eas, quæ custodiæ locorum necessariæ videbantur, cum rostratis ducentis quadraginta, cercuris vero (sic vocant navium quoddam breviorum genus) sexaginta, et aliis cujusque modi navigiis plurimis Lilybæum veniunt; ibique consilio habito aggredi urbem constituunt.

II. Hæc est illa lilybætani oppidi nobilis obsidio, quæper solidum decennium, ab ejus belli anno quarto decimo tracta, non expugnatione urbis, aut deditione ab obsessis facta, sed universi belli eventu finem accepit. Quum enim Pœni Romanique intelligerent, quantum in ea urbe momentum utris que foret, vel ad Africæ præsidium, vel ad imperium Siciliæ, summis utrinque viribus et oppugnata et defensa est. Urbem deinde romanam ex mærore, quem M. Reguli casus attulerat, refecit L. Metelli triumphus: non visu modo et memoria rerum prosperrimarum, sed etiam adversus inhumanam gentem vindictæ dulcedine. Triumphavit de Pænis proconsule a. d. VII ldus Septembres. Ducti sunt ante currum duces hostium tredecim, et ingens elephantorum agmen,

[§] I. Polyb. I, 41. — Oros. IV, 10. — Diod. Eclog. lib. XXIV. — Etymolia κερκοῦρος.

viginti supra centum: sunt et qui plures numerent. Hi deinde producti sunt, quum ludi fierent, et hastis præpilatis per totum circum ab operis acti, quo contemnere disceret belluas populus, quas vehementissime timuerat. Interfectos esse jaculis Verrius Flaccus auctor est, quum neque uti iis placuisset: neque donari regibus tantam accessionem virium, ex usu reipublicæ videretur.

III. Eodem anno magna vilitas annonæ Romæ fuit: assibus singulis farris modios fuisse; itemque vini congios, ficique siccæ pondo triginta, olei pondo decem, carnis pondo duodecim traditur: quum plus ubivis earum rerum esset, quam pecuniæ, cujus inter belli tam diuturni sumptus magna jam penuria esse cœperat. Dum hæc Romæ geruntur, in Sicilia Lilybæum summis viribus oppugnabant consules, neque minore pertinacia animorum ab inclusis resistebatur. Prima vis admota est turri, quæ præ aliis longissime versus Lybicum mare procurrebat. Hac dejecta, ad proximam quamque promota sunt opera, donec sex omnino turres procubuerunt: tum ad cæteras quatiendas fossæ compleri cœptæ, ut machinæ transduci admoverique possent : quanquam magnus erat labor, quippe latitudo fossæ sexaginta cubitos, altitudo quadraginta æquabat; tamen impigre cœptus promotusque est.

IV. Contra hæc Carthaginienses, interius aperta fossa, egestam humum amoliebantur: sed quum multitudine materiam apportantium nihilominus agger cresceret, fossæque complanarentur, relicto isto consilio murum alium interiorem exstruxerunt; indefesso ad omnia Himilcone, qui præter urbanam multitudinem, mercenariorum decem millibus instructus, vim omnem dolumque hostium sagacitate, vigilantia, constantiaque eludebat. Ille nihil neque remissum apud suos, neque tutum apud hostes patiebatur; operibus opera, cuniculis cuniculos, armis arma opponebat: inter

[§] II. Col. Triumph. — Liv. Epit. XIX. — Dionys. lib. II. — L. Piso ap. Plin. VIII, 6. — M. Varro apud Plin. XVIII, 3. — § III. Polyb. I, 42. — Zonar. — Diodor. lib. XXIV.

hæc sæpe eruptionibus pugnatum, adeo nonnunquam ferociter, ut haud pauciores, quam justa pugna cadere solent, tumultuariis istis certaminibus desiderarentur. Inter quæ, Romanis muros suffodientibus, quo subrutis fundamentis conciderent, Himileo ex adverso cuniculos agi jussit, ubi Romanos terram egerere animadverterat. His deinde protinus apertis armatos immisit, qui nudos et operi intentos subito aggressi, multos interemerunt; neque pauciores, dum opem suis laturi ad muros accurrunt, sarmentis in fossam conjectis, deinde incensis, concremarunt.

V. Gliscebat tamen in animis obsessorum pavor atque consternatio, qua abusi duces quidam mercenariorum, stipendia sibi non ex fide soluta prætexentes, de prodenda Romanis urbe consilia iniverunt : minime dubitantes, quin suos quisque milites facile illecturus esset ad probanda, que agerentur. Itaque nocte quadam clam ex oppido ad castra Romanorum elapsi, statum urbis obsessæ, et quid ipsi pararent, exposuerunt. Agebat tum inter mercenarios. qui Lilybæi erant, Alexon quidam, Achæus genere, vir neque militarium artium rudis, et eximius fide. Is, animadverso proditorum consilio, rem ad Himilconem continuo defert. Himilco, ut in magno et instanti metu nihil cunctatus, duces mercenariorum, quot eorum adhuc Lilybæi erant, convocat : quid a quibus tentetur exponit, eosque graviter incusat: hortatur præsentes, ne temeritatis et perfidiæ alienæ participes esse velint: in fide perseverantibus integra apud Carthaginienses omnia, stipendium certum, præmia magna fore: proditionis infami crimine se commaculantes, et dis et hominibus adversis acturos esse. Simul pecuniæ quantum cogere istam inter trepidationem potuerat, dividit : de gregariorum stipendiis, ut quam maturrime solvantur, sibi cura futurum esse spondet.

VI. Magna vis orationis est in tempore adhibitæ, præsertim si gravitate morum fides sermoni concilietur: assensi certe sunt universi, operamque suam ad continendos in

[§] IV. Zonar. - Diod. - Polyb. - § V. Zonar. - Polyb. I, 43.

officio milites alacriter obtulerunt. Himilco laudatos et ampliori spe incensos ire confestim ad suos quemque jubet, operamque dare, ut in fide atque potestate sint: mittit una Hannibalem, filium ejus Hannibalis qui in Sardinia perierat, et Achæum Alexonem; illum ad Gallos, quibus ex veteri commilitio notus et acceptus erat; Alexonem ad cæteros varii generis mercenarios, omnibus ex æquo carum gratumque. Hi fidem suam interponentes, rata fore quæ Himilco promisisset, negotium adeo ex sententia perfecere, ut paulo post reversos ad mænia proditores non modo aversarentur omnes, sed etiam conviciis telisque ultro arcerent.

VII. Et hi quidem ad consules re infecta regressi, muneribus tamen quibusdam et agris in Sicilia donati sunt. Cæterum Pœnorum res improviso malo prope desperationem adductas, eo tempore fides Alexonis sustentavit: qui prius servatis itidem Agrigentinis, quibus simili quodam scelere mercenarii Syracusanorum insidiati fuerant, jure suo memoriam laudemque in historia meruit. Creverunt deinde obsessis animi adventu novorum auxiliorum. Carthaginienses enim, licet ignari omnium, quæ Lilybæi gesta essent, res non segnibus consiliis indigere judicabant. Igitur Adherbali rei maritimæ præfecto negotium dederant, ut classe comparata militem, annonam et pecuniam Lilybæum introduceret. Ab hoc missus Hamilcaris filius Hannibal, ab Ægusis, quas vocant, insulis ventum opportunum nactus, recta fronte lilybætanum portum petit, instructos in navibus habens milites, et, si quis obsisteret, vi perrupturus. Jam ab obsidionis principio portus aditum obstruxerant Romani, demissis in fundum maris cercuris quindecim quos ad hunc usum lapidibus oneraverant.

VIII. Igitur, partim hostis celeritate deprehensi, partim metuentes ne ventorum vi convulsi et ipsi in portum et intuta navigantibus loca raperentur, advenientibus hostibus occurrere neglexerunt. Et Hannibal portum tuto tenuit,

[§] VII. Zonar, — Polyb. I, 45. — Oros. IV, 10. — Diod. Ecl. l. XXIV.

copiisque (decem erant millia militum) expositis, magna cum lætitia Lilybætanorum, in urbem acceptus est. Romani, quum ingressum hostium impedire non potuissent, de cætero consultabant, quemadmodum opera sua tutarentur, quæ tanta multitudine novorum militum recepta Himilconem profecto oppugnaturum esse videbant. Neque fefellit eos opinio. Pænus enim aliorum recentibus viribus, aliorum refectis adventu sociorum animis usurus, veteres novasque copias in concionem vocat; spe victoriæ ac præmiorum ad faciendam eruptionem impellit; dispositisque, ut res poscebat, manipulis, sub primam lucem opera Romanorum pluribus locis aggreditur.

IX. Erant et apud hos provisa cuncta, quaque plurimum periculi metuebatur, firmæ stationes oppositæ: cum his itaque confestim acre certamen contrahitur : cadunt utrinque multi, quum et magna animorum contentione, et numero pugnantium non contemnendo res gereretur, haud paucioribus viginti millibus urbe egressis, et majore aliquanto multitudine obsidentium. Quippe consules contractis ex amica Sicilia auxiliis plusquam centum millia hominum effecerant: ex quibus ad expediendos commeatus aliasque necessitates dimissis cæteris, ad obsidionem urbis millia ferme sexaginta adducta. Sed quum ex omni parte vehementer dimicaretur, maxima circa machinas erat contentio: quas alii ut corrumperent, alii ut defenderent, non magis suæ quam hostis vitæ parcebant. Jacebat ingens agmen occisorum in ea statione, quam tuendam ab initio ceperant: augebat clamorem præliantium et terrificam discriminis faciem alia turba, quæ facibus tædisque armata, per pericula, per cædes suas alienasque ad incendenda opera ruebat; propiusque factum est nihil, quam ut pervicaciæ hostium miles romanus cederet, machinæque defendi nequirent. Sed Himilco multos suorum occumbere cernens, Romanos autem de ardore propugnandi nihil remittere, signum receptui dedit, pugnaque prior excessit: neque Romani institerunt,

contenti servatis operibus, quæ propemodum pro amissis jam habuerant.

X. Proxima nocte Hannibal, clam hostibus, dum fessi ex prælio ejus abitum observare negligunt, navibus, quibuscum venerat, Drepanum ad Adherbalem vectus est; abductis una equitibus, quos in locis impeditis ad nullam rem obsessis utiles, alibi bonam operam navare posse recte judicaverat. Hi enim a Drepano sæpe excurrentes, intuta faciebant itinera, rerumque necessariarum subvectionem difficilem, multosque pabulatorum, longius a castris vagantium, excipiebant, sociosque Romanorum omni cladium genere vexantes, consulum rationes non mediocriter conturbabant. Neque mari tutas iis res Adherbal esse patiebatur, qui modo siculis modo italicis litoribus improvisus incidens, nihil quo nocere Romanis posset, inausum intentatumque relinquebat. Ita factum, ut magna in castris nata inopia (nec enim præter carnes pecudum quidquam ferme cibi supererat), magna pars fame, plures etiam morbis, ut solet, obortis morerentur.

XI. Hunc ad modum quum aliquot hominum millia desiderata essent, alterum ex consulibus ad comitia Romam discedere, suasque legiones deportare placuit, quo remanentibus in obsidione expeditior annonæ ratio foret. Iterum deinde majori conatu terra lapidibusque aggestis, aditum portus sepire aggressi sunt, validis trabibus decussatim compactis aggerem communientes, quæ ferreis ancoris revinctæ, totius operis compagem firmiore nexu continerent. Sed propter maris altitudinem, ob quam inter descendendum convellebatur quidquid injectum erat, ingens et inutilis labor fuit: nam oborto vehementiore ventorum flatu, undisque intumescentibus, perfracta omnia ac direpta sunt. Quum tamen ipsa operis fama clausum aliquandiu portum tenuisset, anxios ea res Pœnorum animos, vehementerque sollicitos habuit; neque enim ulla in promptu erat ratio, qua cognoscere statum suorum possent, neque quisquam aude-

bat operam suam ad inspiciendas Lilybætanorum res polliceri: donec Hannibal quidam, cognomento Rhodius, vir ex illustribus, se ingressurum urbem, et postquam omnia coram perlustrasset, ex fide renuntiaturum recipit.

XII. Ei promisso gratia primo major apud Pœnos, quam fides fuit : quippe præter moles in mari jactas, aditum portus a romanis navibus ad ancoras stantibus custodiri sciebant. Sed ille privata, quam habebat, adornata navi, ad insularum, quæ Lilybæo præjacent, unam, hinc deinde, quum postridie ventum ferentem nactus esset, circa quartam horam diei, palam, inspectantibus universis hostium copiis, hominibusque fiduciam stupentibus, portum invectus est. At romanus consul, ut regredientem interciperet, selectas ex omni numero naves decem per noctem instrui jubet: eas ab utroque latere portus, quam proxime ad ipsum ejus ostium constituit. Hannibal celeritate navis suæ confisus clara luce procedit: exspectabant eum intenti paratique Romani, simulque conatu quanto poterant, in eum ferebantur. Sed ille velocitate tantum vincebat, ut effugisse non contentus, ultro illuderet, modo adnavigans, modo circumvectus, quasi ad pugnam hostes provocaret.

XIII. Hac audacia quum sæpius uteretur, multum rebus punicis adjumenti contulit, quod et obsessorum animi nuntiis suorum mirifice recreabantur; et quæ postulabat usus Carthagini mature cognosci poterant, et contumeliosa istius hominis temeritas Romanos molestia et pudore vexabat. Juvabatur autem peritia maxime locorum, quod in palustri illa cænosaque eluvie, per quam Lilybæum aditur, certum fidumque navibus iter accurate observaverat: quoties enim ab alto veniens in conspectu habere urbem cæperat, ita obvertebat navem, ut puppis Italiam respiceret, ex prora turris lilybætana, quæ mari imminebat, ita cerneretur, ut omnium Africam versus sitarum turrium conspectum tegeret: quæ una tutissima est via pleno cursu portum petentibus nautis. Jamque plures esse cæperunt, qui audacia et felici-

tate Hannibalis incitati Lilybæum commearent: donec casu quodam quadriremis celeritatis eximiæ comprehenderetur.

XIV. Licet enim aliis partibus moles a romanis jactas venti ac undæ raptavissent; uno tamen loco, ubi minus profundum mare fuerat, constiterunt. Ei dorso impacta navis quum obhæsisset, capta a Romanis, optimoque milite et remigio instructa, etiam Hannibali exitium attulit. Quippe noctu forte ingressus urbem, quum in reditu palam solvisset, quadrirememque istam ad omnes suæ navis motus similiter occurrentem videret, animadverso statim periculo fugere, et quum hoc frustra esset, repugnare conatus, in validiorum potestatem venit. Romani hac quoque nave potiti, parique modo ad observandum portus aditum usi, ne quæ deinceps naves Lilybæum penetrare possent, facile prohibuerunt. Acrior inde vis obsidentium esse cœpit : adortique munimenta Romani, quæ mari vicina erant, omne defensorum agmen ad tuenda loca, quæ oppugnabantur, pertraxere. Sic via facta reliquis copiis, quæ ex diversa parte occasioni huic insidiabantur, ut murum exteriorem caperent; quanquam id frustra fuit : quippe dux pœnus cum delectis suorum tempestive accurrens, multa cum cæde tenentes locum Romanos rejecit.

XV. Alia deinde major fortuna spem obsessis universæ victoriæ dedit. Forte ventorum ingens vis exorta fuerat, adeo veluti data opera Romanorum incumbens machinis, ut et vineas quateret, et ipsas turres in capitibus earum structas convelleret. Non fefellit ea res oppidanos, deorumque munere oblatam sibi opportunitatem credidere, qua toties frustra tentatis operibus ignem injicerent. Itaque tripartito agmine erumpunt, faces, et quæ alendo igni paraverant, immittunt; eratque per se facilis ad concipiendam flammam materia machinarum, quam diu ante cæsam sol et æstus arefecerant. Neque segniter ad opem ferendam concurrerant Romani: sed impar certamen erat, quum alii machinis jam incensis ad tela certius validiusque conjicienda luce ignium

et tempestatis impetu juvarentur; aliis haud minus ab his causis impedimenti periculique, quam ab hostili ferro, esset: quippe flatus vehemens et Romanis prorsus adversus, fumum, favillam, flammas in ora oculosque hominum pervolvebat; telaque ab hostibus missa majori violentia deferebat in obnoxios, quum interim Romanorum ictus incerti et invalidi, nec dirigi per caliginem possent, et vehementia reflantis venti frangerentur.

XVI. Ita factum, ut omnes Romanorum vineze, petrariz, arietes, et quidquid operum vel agendis cuniculis, vel verberando muro paratum fuerat, eodem incendio absumerentur. Tum vero spes omnis potiundi per vim Lilybæi excidit; desertaque obsidio foret, ni Hiero, magna iterum frumenti copia submissa, uti maneretur evicisset. Ita omisso oppugnandi consilio, castrisque ex omni parte communitis, tempori et casui rem permittere decreverunt. Obsessi quoque refecta murorum parte, quæ ceciderat, majores in posterum ad tolerandam obsidionem animos habuerunt. Hæc nequaquam lætis aut securis animis Romæ audita; neque tamen dubitabatur, quin bello accepta detrimenta bello sarcienda essent; adeoque hæc sententia penitus infixa mentibus fuit, ut quidam senator in ipsa curia occisus esse memoretur, quod verba de pace fecisset. Magni deinde apparatus facti, inter quos remigum (nam hujus generis jactura ingens facta erat) millia decem ex novo delectu in Siciliam missa.

XVII. Consules jam erant P. Clodius Ap. F. C. N. Pulcher, L. Junius C. F. C. N. Pullus. Clodium illum nepotem Cæci fuisse, falso a quibusdam traditum est. Is quum in Siciliam venisset, accepto qui ad Lilybæum erat exercitu, milites in concionem convocat, prioris anni consules acriter reprehendit, quod per ignaviam et delicias, obsessis quam obsidentibus similiores tempus ad Lilybæum sine ullo profectu, nec sine magna Romani nominis ignominia damnoque trivissent. Erat enim vir asper et acerbus, et qui violentia ingenii, fastuque ob nobilitatem suam prolaberetur ad facta

427

dictaque vix sanæ mentis homini convenientia. Idem in puniendo sævus et immitis nullum delictum venia, levissimum quodque nimia severitate prosequebatur; quum interim ipse in rebus maximis, non misere tantum, sed etiam prorsus amenter impingeret. Nam et consilium priorum ducum, quod acerbe vituperaverat, imitatus est, ut ad portum obstruendum moles in mare jaceret; et quod capitalioris amentiæ fuit, temere Depranum aggressus, non minus sua imprudentia, quam Adherbalis virtute, florentissimam classem perdidit.

XVIII. Persuaserat sibi cæterisque, hostem ignarum supplementi, quod romana classis accepisset, imparatum Drepani deprehendi posse; nihil enim crediturum minus, quam audaciam et vires Romanis esse ultro hostem mari lacessendi. Sic delectis navibus optimis ducentis et viginti, impositoque remige, et fortissimo quoque ex legionibus, nam ut ad certam prædam, minimeque longum laborem (Drepanum enim Lilybæo abest millia passuum non amplius quindecim) certatim sese offerebant; circa tertiam vigiliam silentio solvit, cursu per noctem prospero, et hostes fallente. Lux orta, primis jam navibus a Drepano haud procul conspectis, ad miraculum insolitæ rei excivit Adherbalem, neque dubitare poterat, quin hostis adesset. Duarum rerum erat proposita optio, ut aut confestim prælio congrederetur, aut aditu hosti concesso, cingi se obsiderique sineret; quod postremum, quum haud minus flagitii quam molestiæ discriminisque plenum videretur, aversatus, socios navales subito in litore coegit: mercenarios autem milites voce præconis in concionem advocatos brevi sed efficaci oratione monuit, quanta spes esset prælium prompte capessentibus; quantus, si illud refugissent, ex obsidione metus.

XIX. Alacriter succlamantibus omnibus, Adherbal collaudatos naves sine mora conscendere jubet, prætoriamque

[§] XVII. Plinius, XV, 1. — Diodorus apud Valesium, lib. XXIV. — § XVIII. Polybius, I, 46 et 49. — Diodorus, Ecl. l. XXIV, 1. — Eutropius. — Orosius.

(hac ipse vehebatur) oculis et remigio sequi. Hæc ubi præcepta dedit, primus ipse altum petit, sub ipsas portui impendentes petras egressus, quum eodem tempore ex adverso latere romanæ naves portum intrarent. P. Clodius, non ui speraverat territo hoste præliumque detrectante, sed ad defensionem sui strenue converso, perturbatus ipse, naves suas propere revocat, in aperto mari structurus aciem. Sed illæ nullo ordine, ut unaquæque præcurrerat, aliæ intra portum jam penetraverant, aliæ petebant aditum, quædam in ipsis faucibus versabantur: inde factum, ut dum magno nisu retrocedere omnes tendunt, aliæ in alias incurrentes turbarent mutuo, remosque invicem detergerent; donec ut potuerunt evolutæ portuque egressæ, quoniam spatium temporis nullum supererat, continuo juxta litus ipsum in ordinem aciei adstitere.

XX. Ipse consul, qui prius agmen coegerat, tum converso cursu ante omnes evectus sinistro classis suæ lateri se applicuit. At Pœnus interea lævum hostilis aciei cornu prætervectus, cum navibus rostratis quinque, tot enim secum habebat, Romanis obvertere frontem cœpit, altum patensque mare a tergo habens: simul alios suorum, ut quisque advenerat, adjungere se justo intervallo prioribus navibus jubet, et postquam omnes eadem serie directæ sunt, servatis ordinibus in hostem movet. Jamque sublatum utrinque ex prætoria pugnæ signum erat, quum omni ex parte acriter concurritur, pari primo spe, sed subinde meliore Carthaginiensium fortuna. Quanquam enim numero navium vincebantur, armatis tantum nonaginta, longe tamen rebus aliis superiores erant; nam et navibus melioribus, et exercitatissimo remige utebantur: locum autem pugnæ sortiti erant commodissimum, ut quoties urgerentur liberum in mare receptum haberent, velocitate sua ex facili vel elusuri hostem instantem, vel etiam si longius prosequeretur, circumventuri. Romanis contra ad litus appressis in arcto omnia: non procurrere libero impetu, non inhibere tuto poterant; sed quoties ur-

[§] XX. Diodor. XXIV, 1. - Polyb. I, 51.

gente hoste retrocedebant, aut puppe in sabulo desidente hærebant, aut impacti litoribus periclitabantur.

XXI. Ita quum neque perrumpere hostium ordinem, et rursus a tergo invadere possent, ob tarditatem navium, remigumque imperitiam; neque ob angustias locorum, intra quæ conclusi erant, laborantibus suis opem a puppi ferre, impune a Carthaginiensibus vexabantur. Ad has difficultates accesserat et alia desperationis ex religione causa; iraque deorum se premi rebantur ob temeritatem consulis, qui contra auspicia pugnare sustinuisset, ad neglectum religionum etiam contumelia addita. Pullos enim, quoniam non pascebantur, in mare præcipitari jusserat, ut biberent, quando esse nollent : ea res, tanquam invitis iratisque diis præliantes, ad omnia segniores timidioresque fecerat. Sed ipsi cladis auctori, quum cætera perdidisset, ad se conservandum, nec ingenium, nec audacia defuit. Quippe quum naves suas passim deprimi capique videret, assumptis triginta, quæ proximæ constiterant, inter litus et hostilem classem elapsus est; et quo tutior ad lilybætanum exercitum receptus foret (præternaviganda enim Pænorum erant præsidia), naves in speciem victricium ornari jussit.

XXII. Ita Pœnis victoriam penes consulem fuisse, reliquasque naves ejus mox secuturas putantibus, non modo tutus ei reditus, sed etiam hostibus terribilis, Lilybæum fuit: relictas a consule naves tres et nonaginta cepit hostis una cum propugnatoribus et remige, præter eos qui navibus magna vi in litus impactis, ejecerunt se in terram, fugeruntque. Sed et in ipso prælio magnus navium numerus depressus est: nam plures ducentis Lilybæo P. Clodius advexerat. Tanta victoria minimo impendio Carthaginiensibus stetit: non modo navem, sed ne hominum quidem ullum interiisse, vulneratos oppido paucos, traditur; quum de romana classe octo millia hominum cæsa, capta millia viginti

[§] XXI. Eutrop. lib. II. — Cic. de Nat. Deor. II, 3. — Flor. II, 2. — Val. Max. I, 4, 5. — Suet. Tib. cap. 2. — Front. Strat. II, 13. — Polyb. lib. I, cap. 51.

referantur. Sub idem tempus etiam a Panormo naves frumento onustas rapuere Pœni, Drepanumque avexere, et vicissim ex agro drepanitano commeatus Lilybæum importantes, omni genere bonorum obsessos large refecerunt.

XXIII. Neque hic substitit ejus anni fortuna, quin alio quoque magno incommodo mactaret Romanos, nec possessione modo maris, sed etiam spe potiundi depelleret. Alter enim consul L. Junius, cum onerariis multis, quibus annonam ad exercitum deferret, rostratisque sexaginta ex Italia profectus, ubi Messanam appulit, obviam aliarum navium multitudinem habuit, quæ tum ab exercitu, tum aliis Siciliæ partibus eo convenerant. His assumptis, et classe facta navium longarum CXX, onerariarum prope DCCC, Syracusas provehitur. Quo postquam venit, quæstoribus partem navium Lilybæum ducendam tradit : ipse substitit Syracusis, exspectans eos, qui Messana proficiscentem consequi non potuerant, simul annonam cogens, quam ex locis mediterraneis socii subvehebant. Interim Adherbal missis Carthaginem navibus, hominibusque captivis, fortuna gloriaque ad res gerendas incitante, Carthaloni, qui suas septuaginta naves cum totidem ferme onerariis ex Africa adduxerat, triginta alias addidit, misitque hominem ad naves Romanorum, quæ in portu ad Lilybæum stabant, abstrahendas, aut corrumpendas.

XXIV. Ille sub primam lucem magno terrore invectus, quum aliis navium manus, aliis ignem injiceret, et in Romanos ad defensionem navium acccurrentes, præfectus urbis Himilco mercenarios eruptionem facere jussisset, magna in castris trepidatio fuit: ad extremum Carthalo confractis non ita multis, abreptis quinque, Heracleam versus cursum direxit. Iis locis excubanti, ne quis Romanorum impune Lilybæum navigaret, nuntiatur, navium omnis generis classem haud pænitendam adventare. Jam ille præfectos alios ad se pertrahendo naves bonas ad centum viginti effecerat:

[§] XXII. Eutrop. lib. II. — Diodor. XXIV, 1. — Oros. lib. IV, cap. 10. — § XXIII. Polyb. I, 52. — Diodor.

confisus igitur viribus, et superiore victoria, confestim egreditur portu, venientibusque occurrit. Juxta Geloum litus in conspectum classes venere: sed romani quæstores impar certamen veriti, ad Phintiadem, quod in amicitia Romanorum erat oppidum, deflexerunt. Portus ad Phintiadem nullus est: tantum procurrentes in mare petræ stationem navibus haud usquequaque incommodam præbent.

XXV. Hic exscensione facta Romani hostium adventum instructi exspectabant, catapultis atque ballistis ex oppido advectis, et pro litore ad tutelam navium dispositis. Carthaginiensibus initio consilium fuerat obsidendi hostem, quem putabant metu perculsum statim refugiturum in oppidum esse, navesque ad prædam relicturum. Sed ubi Romanis graviter se defendentibus, certamen periculi plenum experiebantur, prætereaque loco multa habenti incommoda parum fidebant, destiterunt; paucisque navibus ex earum numero. quæ commeatum vehebant, abductis, ad Halycum fluvium, qui haud procul inde aberat, discesserunt : ibi dum saucios reficiunt, hostium abitum ex commodo suo observaturi. Alii scriptores, credo Philinum, secuti, haudquaquam levi damno defunctos esse Romanos, volunt : sed primo statim aspectu hosțium perculsos quæstores, dum Phintiadem cursu petunt, onerarias naves, aliasque præter bellicas, deseruissse: in ipso vero prælio rotunda Romanorum navigia quinquaginta, longas vero naves sexaginta depressas, tredecim ita percussas quassatasque, ut deinceps usui esse nequiverint.

XXVI. Non longo post tempore, Pænis adhuc stationem ad Halycum amnem habentibus, L. Junius cos. rebus, quarum gratia Syracusis substiterat, perfectis, præter Pachynum promontorium, vela Lilybæum versus faciens, a speculatoribus Carthalonis conspectus est. Carthalo, re nuntiata, quanta potest celeritate obviam consuli proficiscitur, ignaro eorum, quæ ad Phintiadem gesta essent: quo longissime a quæstorum classe cum illo dimicaret, neque juvari ille facile a suis posset. Consul eminus visa Pænorum classe,

[§] XXIV. Polyb. — Diod. — § XXV. Diod. — Polyb. I, 59.

JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

quum neque confligere auderet, neque hostem instantem effugere posset, juxta Camarinam in locum asperum et importuosum naves adigit; metum hunc vincente alio majore metu, ne aliter universus exercitus in potestatem hostium deveniret. Carthalo eadem loca intrare non ausus, ad promontorium quoddam stationi locum capit, ita situm, ut inde pariter in utramque Romanorum classem intentus esse posset.

XXVII. Neque multo post ventis violenter flantibus, quum ingentis tempestatis signa Carthaginiensium gubernatores rerum istarum periti vidissent, Carthaloni persuaserunt, uti relicta, quam ceperat, statione, Pachynum flecteret; ita nec sine magno labore vim tempestatis punica classis effugit: at Romanorum utraque classis inter saxa cautesque deprehensa funditus interiit, uti ne tabula quidem ulla ullius usus ex naufragio reliqua fuisse credatur; duabus exceptis navibus, quibus postea consul, reliquos ex ea clade milites remigesque secum ducens, Lilybæum pervenit. Hoc naufragio naves, quæ annonam portabant, omnes, longas supra centum periisse traditum: exercitus tamen servata pars est, multis in vicina litora enatantibus ejectisve. At senatus, qui paulo ante P. Clodium consulem ob rem male gestam ex Sicilia revocaverat, quum insuper tristis de juniana clade nuntius advenisset, in classe quidem spem habere desiit: cæterum ab bellum terrestri marte prosequendum, animum consiliumque strenue advertit.

XXVIII. Et Lilybæi quidem obsidionem solvi non est visum: sed datum idoneis hominibus negotium, ut necessaria exercitui justo tempore subveherentur. Spem faciebat, quod uti mari Pænus, ita Romanus terra plus poterat, totamque ferme Siciliam ditione aut fæderibus complectebatur. Sed neque consules ejus anni placebant: neque consulari imperio, quod isti contemptu religionum profanassent (nam et L. Junius contra auspicia navigasse dicebatur) res

[§] XXVI. Polyb. — Diodor. — § XXVII. Oros. IV, 10. — Polyb. — Diodor. — Eutrop. lib. II. — Liv. Epit. XIX.

putabatur feliciter geri posse. Igitur ad rem novam et inusitatam ventum, uti dictator diceretur, qui in Siciliam iret; quum ad eam diem extra Italiam nemo ea potestate præditus exercitum duxisset. Mira eo tempore et prope incredibilis P. Clodii consulis insolentia fuit: jussus a senatu dictatorem dicere, tanquam parum in patriam deliquisset tantæ cladis auctor, nisi dignitatem etiam imperii contumelia et derisu macularet, M. Claudium Glyciam dixit, scribam aut viatorem suum.

XXIX. Tum vero coorta merito in eum indignatione omnium, coactus abdicare, ac in populi judicium adductus est. Condemnatum auctores, quos Cicero vidit, retulere; sed apud alios annotatum est, illum haud dubia jam populi voluntate, casu ereptum esse imminenti damnationi, quum subito coortus imber comitia diremisset : tum enim velut quæstionem interpellantibus diis, aliam deinceps institui non placuisse. Cæterum Glycias, quod ultimæ sortis hominem in maximo imperio conspici pudor civitatis non ferebat, coactus abdicare, ludos tamen postea prætextatus spectavit. In ejus locum dictator creatus est A. Atilius A. F. C. N. Calatinus, dixitque magistrum equitum L. Cæcilium L. F. C. N. Metellum, qui de Pænis triumphaverat. Hi profecti quidem sunt in Siciliam, sed rem memorabilem nullam gesserunt. Interea L. Junius anxius rerum suarum, et naufragii culpam egregio facinore abolere studens, quum in omnes occasiones intentus esset, Erycis occupandi viam, proditione nocturna quorumdam, quos donis et promissis suos fecerat, invenit.

XXX. Eryx mons est Siciliæ post Ætnam editissimus, in ea parte insulæ, quæ Italiam respicit, medio ferme inter Drepana et Panormum situ: sed ab illa parte asperior. In vertice planiciem habet cum templo Veneris, quam ex loco Erycinam vocant, longe omnium, quæ in Sicilia sunt, opulentissimo. Sub ipsum deinde cacumen, in medio montis

[§] XXVIII. Polyb. I, 54. — Cic. de Nat. Deor. II, 3. — Liv. Epit. XIX. — Suet. Tib. I, 2. — Fasti Capitol. — § XXIX. Polyb. I, 52 et 55. — Cic. de Nat. Deor. et de Divinat. — Val. Maxim. VIII, 1, 4. — Fasti Capitol. — Plin. VII, 43. — Dio, lib. XXXVI, in Orat. Catuli. — Zonar. — Diod.

utio en regioname acome race differi. Me. e racione monte per angle e angletto acomes, mon race amount repetiture agrille angletto me minus, perspecte, me a summe monte particular racione, me l'acquier personne me contra propositi responsatione, me angletto accome en regione propositione, monte e figuralisme monte en regione personne estate, intermediame propositione monte expense actual actual mercan expense in expense examination opposition prematante preparation in expense examination proposition personne actual expenses examination proposition personne actual expenses examinations and first personne expenses examinations and first personne examinations.

Thin leters to I duri seles mants and appet sempme quites com a location comme Egitadi. and considere in Passer amount in more manager. payditernic Negre nime te seminime mis misque. tumne patien tertain enterent incent. In panisamen post man . P. Cornelle Lemme . L. Lemme Vario ammi-Anny Constitutions tunners metallicue, door minus tuennus, merchante chain en 166 challium meta, et spe meinstein temporan. C seligentes diligences esussentes. Fertilis tat mans fact do que litres conserve angulis mailes venere. Interes que dernture bei tempis efficientet, ver rodernte per Continue MANNES esset, magnifestern microni C. Amelius L. F. C. J. Come. P. Service Q. F. Ca. N. Genius, itema utops communes. He see in Section sixts prospere generated, distamen magne and 19 torie, and military givern. Commit rust same Pseuds Listianum et Drepanum tenentes, ne ton aut frequenter, act late accerem excurrere; et que in los a mari remotionitos prasica habuerant, receperant.

XXXII. Adversus hos Carthalo quum multa comatus frestra esset, considera italica ora vastanda cepit, ut ho tumultu consules a rebus siculis distraheret; ant si amilio venire suis neglexissent, occasione temporum ad populandos agros, urbesque capiendas uteretur. Caterum ne hic

[§] XXX. Diod. — Polyb. — § XXXI. Cic. de Nat. Deer. II., 3. — Zone. ... Liv. — Val. Antias apud Cens. de Die natali, c. 17. — Aug. de Civ. Di. III. 18. — Plin. XV, 1. — Fasti Capitol.

quidem fortuna cœptis adfuit: missus enim ad prohibendas sociorum injurias cum urbano milite prætor, de successu consilii sui desperantem redire in Siciliam compulit. Ubi quum mercenarius miles seditionem excitasset, quod stipendia non solvebantur; multos ex eo numero in desertis insulis exposuit, multos ad pænam remisit Carthaginem: quam rem ægre ferentibus reliquis, adeo sunt exasperati animi, ut manifesta defectio omnium, et ex eo novi belli materia timeretur. Sed in tempore Hamilcar, successor Carthaloni datus, advenit: tumultuantesque noctu adortus, alios occidit, alios demersit mari: cæteros veniam petentes, in gratiam concordiamque recepit. Hic est ille Barcæ cognomento notus Hamilcar, quo meliorem ducem Carthago non habuit, futurus incomparabilis, nisi Hannibalem genuisset.

XXXIII. Ex eo tempore durius Romanis bellum fieri cœpit. Statim enim sedato mercenariorum motu, cum classe ad Italiam devastandam profectus Hamilcar, Locrensium et Bruttiorum agros late populatus est. At Romani, quum Hieronis syracusani regis in eos constans fides et magna exstarent merita, remisso tributo annuo, quod priori fœdere pepigerant, perpetuam cum eo societatem amicitiamque sanciverunt. Interim Hamilcar ex Italia reversus in finibus panormitanis exscensione facta, inter Panormum et Erycem castris locum cepit natura munitissimum. Epiercte vocatur mons omni ex parte abruptus, qui ex circumfusa regione in magnam altitudinem se erigit, non tenui fastigio, sed spatium centum plus minus stadiorum complexo: quæ tota regio pecori alendo frugibusque serendis aptissima est, ut quæ marinis flatibus apportune adversa, pestiferis animalibus omnibus vacat. Ibidem verruca quædam assurgit, quæ et arcis vicem et speculæ in circumjectos campos obtinere queat.

XXXIV. Adjacet portus perquam aptus Drepano aut Li-

[§] XXXII. Diodor. lib. XXIII et XXIV, apud Vales. — Oros. IV, 10. — Polyb. I, 56. — XXXIII. Appian. apud Urs. — Polyb. — Barclay, l. II.

436 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

lybæo Italiam petituris, cum aqua dulci copiosa. Tribus omnino viis iste mons adiri potest : a terra duo sunt aditus, unus a mari, sed omnes impediti et perdifficiles. Hic castra locavit Hamilcar, audaci plane consilio, quum urbem sociam habens omnino nullam in medios hostes se demitteret : sed munitione loci suaque virtute et peritia rei militaris confisus, plurimum negotii Romanis exhibuit, Carthaginiensiumque res valde confirmavit, quæ jam etiam domi satis prospere ire cœperant : namque Pœnorum alius dux Hanno, cui cum Hamilcare virtutis erat æmulatio, gloriæ parandæ causa, simul ut militem citra sumptum civitatis ex hostico aleret, belloque exerceret, Libyæ parti, quæ circa Hecatonpylon est, arma intulerat; et urbe potitus, obsidum tria millia Carthaginem deduxerat. Neque tamen usquequaque res eis lætæ eo tempore fuere. Quippe L. Cæcilio L. F. C. N. Metello secundum, Num. Fabio M. F. M. N. Buteone coss. privatorum opibus parata classis Africam vastavit.

XXXV. Quanquam enim senatus iterum abstinere mari decreverat, civibus tamen id postulantibus navigandi potestatem fecit, ea conditione, ut naves ex publico acceptas restituerent; prædam servarent sibi, Sic facta classis non contemnenda, litoribus africanis multum terroris damnique intulit : sed et Hipponem regium urbem non e vilissimis adorti, naves Hipponensium et ædificia multa igne consumpserunt. Regressuri deinde, quum exitum portus catenis clausum reperissent, ex magno periculo salutem sibi arte et consilio pepererunt. Incitatis enim navibus, quum proræ catenam prope jam contingerent, universi in puppes navium recesserunt : sic levatæ onere proræ catenas facile superarunt: hoc facto contulerunt se omnes in proras, hisque depressis effecerunt, ut puppes itidem supra catenas lapsæ, liberi cursus facultatem periclitantibus redderent. Sic ingenti metu liberati, paulo post apud Panormum cum punicis navibus prosperam pugnam fecere.

[§] XXXIV. Polyb. I, 73. — Diodor. apud Vales. lib. XXIV. — § XXXV. Polyb. — Diodor. lib. XXIV. — Zonar.

XXXVI. Consules autem romani, divisis belli muniis, L. Metellus Lilybæum, Num. Fabius Drepanum obsidebant. Adjacet Drepano austrum versus insula, sive scopulus verius est, quem Peliadem insulam Græci, nos Columbariam appellamus. Hanc occiso præsidio punico per suos milites noctu consul occupavit. Neque distulit Hamilcar, qui ad defendendum Drepanum accurrerat, orta luce ad locum recuperandum egredi. Quo animadverso consul, quum suis opem ferre non posset, tota vi Drepanum oppugnare instituit. Sic retracto Hamilcare, tenuit insulam, eaque deinceps ad obsessos acrius infestandos usus est. Jactis enim molibus continenti eam annexuit; et quoniam illa parte infirmiora urbis erant mænia, operibus excitatis oppugnationem inde est orsus.

XXXVII. Sed pugnas Hamilcari cum his et sequentium annorum consulibus pugnatas, neque ob frequentiam posse describi, neque ob similitudinem casuum debere Polybius censuit: quum triennio fere continuo Epierctæ castra habens cum romanis ducibus, maxime postquam illi castris ante Panormum locatis, vix quinque stadiorum intervallum inter se et hostem reliquissent, propemodum quotidiana prælia fecerit: neque enim aut quietæ res esse poterant, quum collata castris castra essent; neque rursum ad universæ dimicationis discrimen ventum est: multa enim prohibebant: præcipue quod pari copiarum firmitudine, locorumque munitionibus, etiam qui in prælio inferiores fuerant, vicinitate castrorum protegerentur. Ita fiebat, ut inter pugnandum semper aliqui caderent; acie semel inclinata, tutus ad munimenta receptus esset. Cæterum eodem anno, quo Drepana obsessa sunt, non sicula modo, sed etiam italica litora Carthaginiensium classes infestarunt : et ipse Hamilcar, deprædando quidquid adiri poterat, maritimam Italiæ oram ad cumanos usque fines pervastavit.

XXXVIII. His incursionibus, et siculis pugnis quum multi

[§] XXXVI. Cluv. Sic. Ant. II, 1. — Zonar. — § XXXVII. Zonar. — Polyb. I, 56 et 57.

romanorum civium in servitute apud hostes essent, duces romani cum pœnis pacti sunt, ut captivi permutarentur: utra pars plures accepisset, argenti pondo bina et selibras in cipita daret. Plures quum recepissent Pœni, quam reddidissent, pecuniam ex pacto pependerunt. Duas hoc anno colonias in Italia deductas invenio, Æsulum et Alsium. Lustrum item Romæ conditum duodequadragesimum, ab A. Atilio A. F. C. N. Calatino, A. Manlio T. F. T. N. Attico, censoribus. Censa sunt civium capita ducenta quinquaginta unum millia ducenta viginti duo; quum supériore lustro paulo minus trecenta millia censa fuissent : tantam civium multitudinem eo tempore bellum et naufragia consumpserunt. Nec ideo segnius suppleti exercitus siculi, M. Otacilio C. F. M. N. Crasso iterum, M. Fabio C. F. M. N. Licino consulibus deducentibus.

XXXIX. Hi laboriosam quidem et exercitam militiam habuere; verumtamen, quia locorum, quæ præceperat, opportunitatibus emovere Hamilcarem nequiverant, nihil memoria dignum gessere: quod sequentibus etiam aliquot romanis consulibus accidit, ob idem incommodum: et quia repentini duces adversus perpetuum veteremque delecti, plus propemodum temporis in apparatibus, et locorum situ, militum voluntate statuque belli cognoscendo consumere cogebantur, quam ad res gerendas superabat. Quo etiam consilio factum videtur illo anno, ut quum instaret comitiorum tempus, dictatorem potius dici placeret, quam consulum alterutrum ex Sicilia evocari. Dictus est Ti. Coruncanius Ti. F. Ti. N. comitiorum habendorum causa: is magistrum equitum M. Fulvium Q. F. M. N. Flaccum dixit. Interea duo tribuni plebis C. Fundanius et Ti. Sempronius Claudiæ, Appii Cæci filiæ, diem ad populum dixerunt, quod a ludis rediens, quum turba premeretur, in conferta multitudine ægre procedente carpento, vocem miserat impii von, utinam frater meus revivisceret, iterumque classem duceret!

[§] XXXVIII. Zon. — Liv. XXII, 23. — Ej. Ep. XIX. — Vell. I, 14. — Fasti Cap. — § XXXIX. Zon. — Agell. X, 6. — Liv. Ep. XIX. — Suet. Tib. I, 2.

XL. Nulla fere nobilis Romæ domus erat, quin claudiam gentem propinqua cognatione aut affinitate contingeret. Itaque non deerant, qui ream tuerentur, claritatem familiæ, patris Appii merita, fragilitatem sexus obtendentes: inauditum esse, feminas ad judicium populi vocari: neque satis gravem causam, cur a Claudia mos novus inciperet, quæ nullo aut consilio aut facto majestate populi romani deminuta, tantum intra verba peccavisset. Adversum quæ duo tribuni plebis ita disseruere: « Quam impiam, quamque « detestabilem vocem Claudia jecerit, non ignoratis, Qui-« rites : neque enim testimoniis opus est, confitente rea : « neque etiam illa negare, si vellet, posset; quod palam « in publico, non Jovem, quum sub dio hæc diceret, « non multitudinem ipsam civium, quam incusabat, reve-« rita, effudit. Quorsum igitur, quum de crimine constet, « de pœna dubitamus? parumne diligenter legibus cautum « est? an nos verba legum numerantes, mentem earum cir-« cumveniri patimur? Feminam hoc judicio peti novum esse « contendunt: esto: novum enim etiam est, feminam hoc « pacto delinquere; necdum enim ullam tanta improbitate « mulierem urbs nostra tulerat.

XLI. «Atque utinam ne nunc quidem novum exemplum « statui opus esset! mallemus profecto nullis delictis quietam « ac veluti conditam legum aciem pati, quam adversus no- « centes, utili quidem, sed tamen acerbo rigore distringere. « Cæterum civitati stare volenti necessaria legum est custo- « dia: quas utique minime deberent subvertere, qui reipu- « blicæ nostræ principes et columina haberi volunt. Quos » profecto juris omnis peritissimos latere non potest, quum « pluribus in legibus nulla sit expressa mulierum mentio, « verbo si quis, et similibus, non minus illum sexum, quam « masculinum contineri. Quid igitur mirum, si leges, quæ « de majestate latæ sunt, ad utrumvis sexum pertinere cre- « dimus, quum exemplo sit isthæc Claudia, ab utrovis in eas

[§] XL. Valer. Maxim. VIII, r. — Liv. Epit. — Sueton. L. XXIX; ff. de Leg. lib. I, tit. 3.

« peccari posse? Sed elevant illi rem, parvumque videri de-« lictum volunt, quod ultra verba non processisset. Hoc « enim restabat, ut conatum, studium, facta conjungeret, « cum Pœnis consilia sociaret, centuriaret homines, arma-« ret servitia, occuparet Capitolium, et pestem, quam civi-« bus verbo voverat, opere quoque ipso et manu inferret? XLII. « Atqui legibus profecto non facta magis, quam « consilium et animus patrantis puniuntur : neque enim si « quid furiosus aut infans nocuit, jure adversus eum prodita « est actio : animi vero cujusque multis in causis non minus « certa ex verbis, quam ex operibus, indicia petuntur. Quæ « sic optat, quid faceret, si facere quod optet, in ejus manu « esset? Quod si aliorum quoque hominum judicia non « contemnimus (cur autem contemnamus?) etiam alibi pro « scelere habitum vindicatumque est impium votum. Athe-« nis, quæ Græciæ civitas præ cæteris sapientiæ laudibus « clara habetur, damnatus est, qui magnum lucrum opta-« verat, quum necessaria funeribus curandis venderet, quod « consequi posse non videbatur, nisi multi mortales interis-« sent. Et tamen illis in verbis locum habere poterat mitior « interpretatio : hæc non ambigue neque perplexe, exitium « civibus, cladem exercitui, calamitatem reipublicæ optavit. « Utinam frater meus revivisceret! votum improbum, etiamsi « fratris causa sic optavisset.

XLIII. « Cur enim illi reddenda vita esset, cujus opera « tot civium millibus erepta est? qui rempublicam non minus « per superbiam despexit, quam per temeritatem afflixerat? « qui prædamnatus omnium hominum sententiis, non infa « miam ejus judicii, sed pænam casu effugit? Hunc tu, si « saperes, optares reviviscere? cujus si memoriam eodem « tumulo potuisset obruere, quo cineres teguntur, nihil an « tiquius habere debuisset. Quemadmodum enim fratrum « egregiorum fama aliæ matronæ non inepte gloriantur; ita « tibi hic pudori esset, si quidquam apud te pudoris rema « neret. Sed ignoscamus feminæ nobili, si fratrem stulte

[§] XLI. L. I, ff. de V. S. lib. L, tit. 16. — § XLII. Senec. de Benef. VI, 38.

« fortassis, sed tamen pie desideravit: immo absolvite eam, « si tam insolens ineptumque votum, quam causa optandi « abominabilis fuit. Cur enim voluisti fratrem reviviscere? « ut aspectus propinqui hominis te recrearet? ut opera ejus « utilitati, auctoritas præsidio, honores ornamento essent? « nihil horum: quid igitur? ut iterum classem duceret. Hoc « enim erat, o scelestissimum caput, cur, quantum in te « fuit, suscitare mortuos, naturam in ordinem cogere, in- « ferorum refringere claustra cupivisti, ut reperires, per « quem periremus.

XLIV. «Hæc est, Quirites, cujus misereri vos jubent, qui, « dum bonos se propinquos probant, vix satis cavent, ne « mali cives habeantur. Et tamen intercedit nemo, quin « ipsorum arbitratu misereamini, si cujusquam vestrum illa « miserta est. Sin vero aliis interitum, aliis luctum et orbi-« tatem, omnibus calamitatem, cladem, pestem imprecata « est; tam inepta mansuetudine quisquam erit, ut animum « tam hostilem, tam infensum, tam inhumanum ulla mise-« ricordia dignum existimet? Nuper quum lustro confecto « civium numerum censores edidissent, qui gemitus homi-« num, quanta mœstitia fuit! quanquam multa prospere per « annos istos evenerant, vix tamen bonis viris satis salva « videbatur respublica, quæ minus nunc civium numeraret, « quam superiore lustro habuisset. At hæc illorum jactura, « qui periere, nihil movetur: hoc dolet, quod aliqui super-« fuerunt: nimiam Romæ turbam esse queritur; reviviscere « optat eum ipsum, cujus maxime culpa superioris census « rationes decrevere. Sed ipsa quidem mulier indigna est « misericordia vestra : cæterum si quid peccavit, majoribus « ejus et patri condonabitis!

XLV. « Hoc igitur jus in civitate nostra statuemus, ut si « quis patriæ quoquo modo profuisse dicatur, ejus posteri « possint eamdem illam patriam impune lædere? Minime pro- « fecto sic sensere majores nostri, qui M. Manlium de saxo « dejecerunt, quum Capitolium, ultimam tum spem romani « generis, non pater ipsius aut avus aut progenitorum ali- « quis, sed ipse servavisset. Non debebat quidem adjutæ

442 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

« reipublicæ præmium uberius quæri, quam facti conscien« tia: sed tamen si qua bonam ei operam Ap. Claudius præ« stitit, mercedem abunde recepit, locupletatus opibus,
« satiatus honoribus, quibus ad ultimam usque senectutem
« perviguit. Quanquam fortasse satius fuisset Appii et su« periorum Claudiorum mentionem prætermittere, quam
« admonere vos injuriarum, quas domus illa ab extrema ori« gine minime popularis, atroces vobis sæpe et acerbas in« tulit. Quem enim Appium vos meminisse volunt? aliumne,
« quam illum, qui semper commodis vestris inimico animo
« adversatus est; qui potius cum exercitu perire voluit, quam
« a plebeio consule, collega suo, servari; qui censuram
« ultra legitimum tempus gerere invitis ordinibus omnibus
» perseveravit.

XLVI. « Si jam placet, ulterius merita claudiæ gentis « populo romano exprobrent, et ad decemviralia usque « tempora procedant; vel ad ultimam usque generis istius « originem: reperient profecto potius, quomodo superbia « et contumacia mulierem istam majoribus suis similem esse « ostendant, quam ut illorum in gratiam huic parcendum « esse demonstrent. Quid igitur causæ, cur hæc mulier im-« pune peccare debeat, vel isti attulerunt, vel afferre quis-« quam potest? nisi forte metuitur, ne tam salutaris exem-« pli feminam ex civitate nostra amittamus. Quod si vos « etiam veremini, Quirites, retinete, retinete hanc Claudiam, « ut, quum matronæ nostræ dubiis reipublicæ temporibus « ad pulvinaria deorum supplicatum ibunt, illarum pia vota « contrariis votis hæc moretur : ut, quum illæ salutem mili-« tibus vestris; hæc exitium optet : illæ incolumes videre; « hæc audire oppressos, concisos, trucidatos voveat : illæ sol-« licitent deos, ne multi in bello pereant; hæc incuset, si « multi revertantur.

XLVII. « Retinete mulierem, quæ, sicut aliæ matronæ, « clarorum virorum æmulatione liberos propinquosque so« lent ad virtutem, ad amorem patriæ, ad caritatem civium « incendere, suos exemplo P. Claudii pugnare temere, fu- « gere turpiter, cives sceleste perdere, rempublicam contu-

« meliose despicere doceat : hæc ab infantia meditanda pro-« ponat nobilibus pueris; hæc imitanda adolescentibus; sic « imbuantur, quibus classes vestras, quibus exercitus com-« missuri estis. » Talia quum ultro citroque jactata essent, missus in suffragium populus damnavit ream, mulctaque ei dicta est æris gravis quinque et viginti millia. Ex hac aliaque mulctatitia pecunia Ti. Sempronius ædilis ædem Libertatis in Aventino fecit, dedicavitque. M. deinde Fabius M. F. M. N. Buteo, C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, consulatum ineunt. Coloni tum deducti Fregellas, urbem Etruriæ maritimam, ad nonum lapidem ab Alsio, colonia ante biennium deducta. Pugnatum his consulibus est navali prælio magno apud Ægimurum, neutris læto exitu: quippe magnum et hominum et navium numerum perdidere Pœni; victrix Romanorum classis ex hoste parta ingentia spolia, vi tempestatum amisit.

XLVIII. In Sicilia pari et consilio et fortuna res gestæ, quam superiore anno factum fuerat : difficili consulibus bello non magis ob asperitatem locorum, quam ob Hamilcarls ingenium, qui sicut in audaciam promptus, ita ad artes belli callidissimus erat. Quibus rebus illo tempore Romanos ita sustinuit, ut non modo loca, quæ ceperat, tutaretur, hostiumque socios in Sicilia Italiæque ora incursaret; sed etiam in alia intentus, ruentem rem punicam ubique fulciret, industrius idem, et cum animi firmitudine consilii ex tempore capiendi artifex. Itaque Lilybætanos, qui terra maxime premebantur, inopia et metu liberare cupiens, partem classis, ut Lilybæum petentem, in alto jussit obversari : cujus ad conspectum quum Romani evolassent, ipse cum navibus, quas ad hoc in loco, unde conspici nequiverant, occultas habuerat, portum occupavit, obsessosque præsentia sua et rerum necessariarum invecta copia, magnam in spem alacritatemque erexit.

XLIX. Quum ad hunc modum tempus in Sicilia bellando

[§] XLVII. Agell. X, 6. — Liv. XXIV, 16. — Ejusd. Epit. XIX. — Fasti Capit. — Vell. I, 14, 8. — Flor. II, 2, 30. — § XLVIII. Front. St. III, 10.

444

extraheretur, consules A. Manlius T. F. T. N. Torquatus Atticus, C. Sempronius Ti. F. Ti. N. Blæsus, iterum, ad exercitus venerunt. Sub id tempus non tam commutata, quam magis adstricta ejus belli ratio est. Romani, uti paulo ante narravimus, supra Erycem urbem in summo monte præsidium collocaverant, aliud itidem infra urbem in radice montis: munitio præterea situsque loci, quum custodiæ tales accederent, facile efficiebant, ne quid ei urbi metuendum videretur. Sed audacia Hamilcaris, nihil homini impervium esse passa, quod aggredi libuisset, rem tantam brevissimo tempore perfecit. Ille enim noctu cum copiis appulsus, et ascensum stadiorum triginta silentio emensus, quum ipse ante agmen suorum princeps incederet, nec opinantes oppressit: majorique parte eorum, qui in urbe reperti fuerant, interfecta, cæteros Drepanum amandavit.

L. Ex eo tempore mira facies rerum et valde severa militia fuit; nam Hamilcar inter duo præsidia hostium medius, ab inferiore obsidebatur, quum ipse vicissim superius obsideret : Romanique pariter Pœnique, toleratis laboribus et periculis incredibilibus, quum in tanta vicinia castrorum nulla non dies modo, sed ne hora quidem, aut discrimine prælii aut metu vacaret, fortissimorum virorum opera per proximum ferme biennium ediderunt: non fessi cedentesque invicem, neque sua aut victoria aut clade dirempti, sed ad extremum pares invictique, et navali interim pugna decreto bello. Iisdem consulibus Brundusium in agro sallentino colonia deducta est, vicesimum post annum, quam in deditionem regiones istæ venerant. Sub idem tempus T. Coruncanio, qui primus ex plebe pontificatum maximum gesserat, in extrema senecta mortuo, L. Cæcilius Metellus in locum ejus factus est. Interea consulatus Romæ C. Fundanio C. F. Q. N. Fundulo, C. Sulpicio C. F. Ser. N. Gallo mandatur.

LI. Tum quoque pari forma et fortuna, ut hactenus, bel-

^{\$} XLIX. Fasti Capit. — Polyb. I, 58. — Diod. lib. XXIV. — Ş. L. Vell. I, 14, 8. — Liv. Epit. XIX. — Ολυμπ. ἀναγρ. — Pigh. Annal. — Cic. Cat. major.

lum cum Hamilcare gestum est : nisi quod Gallorum mercenaria manus, aliique nonnulli, qui Pœnis militaverunt, ob stipendia non soluta injuriasque alias, Erycinam urbem Romanis conati prodere (ibi enim præsidium agitabant) postquam consilium irritum fuit, ad consules transfugerunt: primique exterorum ab Romanis in commilitium adsciti sunt. Sic auctis viribus, tamen pedestri exercitu finem bello imponere non poterant, obsistente quumprimis Hamilcaris audacia, qui neque decipi dolis, neque domari viribus patiebatur. Ergo denuo reditum est ad classis instaurandæ consilia, marisque repetundi: nec enim aliter posse Carthaginienses prohiberi Sicilia, quam si maris usum perdidissent: spemque non vulgarem fecerant res superioribus annis privatorum ausu bene gestæ. Sed pecunia deerat, inani dudum ærario, et sumptus tam diuturni belli male sustinente. Tum vero romani mores laboranti reipublicæ tempestivo auxilio subvenere.

LII. Quippe tanta fuit senatorum eo tempore generositas, ut in publico discrimine privatis opibus puderet parcere, plusque statim pecuniæ reperiretur, quam ad impensam classis opus esset: nam ex ditissimis singuli, aliorum bini ternive, ut facultates erant, quinqueremem unam cum armamentis omnibus justoque remigio præstandam suscipiebant, ea lege, ut republica meliorem in statum reversa, sua cuique pecunia restitueretur. Hac cura consilioque quinqueremes ducentæ comparatæ sunt: quas ad exemplum navis, quæ Hannibalis Rhodii fuerat, fabricandas curaverunt. Magna inde exspectatio fuit, certis hominum animis, quod ad extrema remedia ventum esset, hac classe de summa belli necessario decretum iri.

LIII. Dum hæc ita fiunt, consulatum C. Lutatius C. F. C. N. Catulus, A. Postumius A. F. L. N. Albinus, inivere. Flaminium martiale A. Postumius habebat; eoque provinciam sortiri cupiente, L. Cæcilius Metellus pontifex maximus dicta mulcta prohibuit, negans fas esse flamini a sacris recedere:

[§] LI. Zonar. - Polyb. I, 59 et 77, et II, 7.

cujus facti posterioribus quoque temporibus probata ratio est. Aliud in tuenda religione patria exemplum iisdem temporibus senatus edidit, vetito C. Lutatio consule prænestinas sortes consulere, peregrinisve auspiciis in administranda republica uti. Tum ad belli curam conversis animis, quia neque salvis religionibus ambo consules proficisci posse, neque unus tanto oneri suffecturus videretur; alterum ex prætoribus, quum eo primum anno creari duo cœpissent, cum C. Lutatio proficisci placuit : ea provincia Q. Valerio Faltoni obvenit. Hi quum omnes et publicas naves studiose collegissent, numero circiter trecentarum expleto, cum pontonibus aliisque navigiis septingentis, Siciliam, statim atque remisit hiems, petivere. Venientibus confestim lilybætanus drepanitanusque portus patuerunt: quippe hostes nulla suspicione classis ex Italia venturæ omnibus suis navibus in Africam regressi fuerant.

LIV. Hoc tam prospero rerum initio consul animatus, quum et suopte ingenio impiger, et ad res gerendas incitatus esset, Drepana operibus factis obsedit: neque eo segnius ad prælium navale, quod instare prævidebat, classiarios milites quotidie exercuit, eo successu, ut quos rudes fere maritimorum casuum adduxerat, ii satis jam ad quodlibet discrimen eruditi paratique viderentur. Inter hæc quum urbs drepanitana terra marique oppugnaretur, jamque muri parte dejecta res Pænorum in summo periculo esset, consul, dum inter primores strenue pugnam ciet, grave vulnus in femore accepit; ejusque periculo perterrefacti milites, et ad saucium concurrentes, locum jam pæne captum omisere.

LV. Nondum usum pedis receperat, quum maxima Pœnorum classis adesse nuntiatur. Naves erant quadringentæ, refertæ commeatu, quem ad exercitum portabant, copiis præterea militum permagnis, armorumque et pecuniæ amplissimo numero. Summæ rerum Hanno præerat, nobilis

[§] LIII. Liv. Epit. XIX. — Tacit. III, 71, 5. — Cic. Philipp. XI, 8. — Val. Max. I, 3, 1, et I, 1, 2. — Eutr. lib. II. — Diod. lib. XXIV. — § LIV. Polyb. I, 59. — Zonar. — Oros. IV, 10. — Eutr.

Pœnus: hic magno studio id agebat, ut Erycem appulsus, onere levatas naves, acceptis ab Hamilcare strenuis viris compleret, atque sic deinde cum romana classe confligeret. Cæterum conceptum optime consilium C. Lutatii consulis circumspecta prudentia fregit. Is enim victoriam in eo consistere reputans, si cum classe gravi suisque apparatibus impedita congrederetur, ante diem VII Idus Martias, assumpto in naves optimo quoque militum, Ægates insulas, contra Lilybæum jacentes, progressus, Hannonem ab Hieronneso venientem conspexit. Tum gubernatores militesque hortatus, pugnam in diem sequentem indixit.

LVI. Cæterum orta luce, rursum ambigua consultatio fuit: quod ventus hosti favens, Romanis adversus surrexerat. Quare jactatis utrinque momentis rationum, cum vențis et Hannone solo pugnare, classem onustam habente, satis visum, quam permittere, ut ille navibus onere levatis, florem pedestris militiæ, ipsumque adeo Hamilcarem, quo nihil eo tempore formidabilius habebatur, in certamen adduceret. Itaque conspectis hostium navibus, que pleno cursu iter suum prosequebantur, e portu progreditur, et quo suis animum adderet, ipse, licet uti pede non posset, in prætoriam se deportandum curat. Pœni quoque viam sibi interclusam cernentes, aciem instruunt, vi perrupturi. Sic utrinque signò dato acriter concurritur; per valetudinem C. Lutatii, quæ vicibus eum suis fungi prohibebat, omnia imperatoris munia obeunte Q. Valerio. Neque diu pugnatum est, quin appareret, utra ex parte futura esset victoria.

LVII. Quippe graves et propemodum immobiles Pænorum naves arbitrio suo romanæ leves et expeditæ assultabant, cæteris etiam rebus omnibus longe superiores: quidquid enim hactenus infestum incommodumque fuerat, experientia docti mutaverant correxerantque: naves ad optimum exemplar fabricatæ: onera pugnæ inutilia diligenter amota: remiges exercitati validique, robur legionum, haudquaquam

[§] LV. Flor. II, 2, 34. — Polyb. I, 50. — Liv. XXII, 14, 15. — Diodor. — § LVI. Eutrop. — Val. Max. II, 8, 2. — Flor. et Polyb.

spernenda ad victoriam momenta, aderant. Contra Punis gravia oneribus navigia, recens delecti remiges, et, ut in magna securitate, negligenter: neque enim Romanos mare reteataturos esse speraverant. Ergo, uti necessum erat, in tan impari certamine, non longa victoria: mora fuit. Centum et viginti navibus amissis, quarum septuaginta cum ipsis hominibus millia ferme decem erant, captae sunt, caeteri perecommode mutato inter pugnae tempus vento, Hieronnesum fuga evaserunt.

LVIII. Hæe est illa nobilis Pænorum ad Ægates insula clades, quemadmodum a Polybio maxime descripta est: nan alii scriptores captas naves tres et septuaginta, centum viginti quinque demersas, duo et triginta millia hominum capta, tredecim millia casa retulerunt. Præda fuit ingens. non in commeatu modo et armis, sed etiam auro argentoque. Ex romana classe naves interiere duodecim. Ferunt ab initio pugnæ conspectam in cælo supra romanas naves facem, punicæ classi velut infesta cuspide minitantem, præsagium eventus mox consecuti fecisse. Hanno cum reliquis ex prælio navibus, præter eas quæ Lilybæum evaserant, Carthaginem revectus, pænas infelicitatis suæ supplicio capitis luit. At C. Lutatius consul ad hlybertanum exercitum profectus, donec percuratur vulnus, recensendis navibus hominibusque captivis, imperandoque quid de singulis fieri vellet, tempus impendit. Inde profectus ad Erycern cum Hamilcare prælium secundum fecit, duobus occisis Pænorum millibus.

LIX. At Carthaginienses, cognita cladis suæ magnitudine, nondum quidem animi ad instaurandum bellum, sed jam vires et facultates deficiebant: neque enim erycino exercitui subministrare necessaria poterant, mare tenentibus Romanis: neque si hunc amisissent, alium aut militem aut ducem habebant, cui auderent confidere. Hac necessitate ad desperationem acti, miserunt ad Hamilcarem, potestatem

[§] LVII. Flor. — Polyb. I, 6r. — Dåod. lib. XXIV. — § LVIII. Eutrop. — Oros. IV, 10. — Zonar. — Polyb.

ei deferentes agendi, quidquid e republica videretur. Neque ipse, quum hactenus optimi ducis officium fecisset, deteriorem patriæ civem præstitit. Libratis enim rationibus omnibus quum videret, omnia se expertum nullam amplius ad salutem civitatis suæ viam, nisi per pacem, reperire; legatos ea de re ad consulem misit. Neque huic ingrata accidit pacis mentio: exeunte enim jam magistratu suo, nullam ampliorem sperare gloriam, quam finiti per se belli quavis ratione poterat; eam vero gloriam ad successorem transmittere, quum sui operis esse videretur, importunum inconsultumque judicabat. Movehatur etiam notis romanæ rei angustiis, et post labores continuos tot annorum, aliquando rempublicam quiete refoveri oportere sentiebat.

LX. Itaque conditionibus ultro citroque jactatis, convenit, ut universa Sicilia Poni excederent: bellum cum Hierone, Syracusanisque et sociis eorum ne gererent: captivos omnes sine pretio confestim redderent, itemque transfugas: argenti puri talenta euboica bis mille et ducenta per annos viginti æquis pensionibus penderent : socii utriusque populi ab utroque tuti forent: neutri in alterius ditione quidquam imperandi, publiceve inædificandi, militisvo inde conducendi jus esset; neque alterius populi socios alter in amicitiam et societatem admitteret. Additum est, here ita rata fore, si populus romanus jussisset. At, ut arma, qui Erycem tenebant, traderent, quanquam a consule postulatum fuerat, obtineri non potuit; quum Hamilear prius et patriam et se oblaturum exitio diceret, quam tantam adiret ignominiam. Illam tamen conditionem, ut in capita duodevicenis denariis præstitis, ab Eryce emitteretur, accepit.

LXI. Missi deinde Romam et a consule et a Pœnis legati, qui de pacis initæ legibus senatum populumque romanum edocerent. Non probavit pacem populus : sed decem legatos ad res inspiciendas mitti jussit : iisque reversis intendit conditiones, ut mille talenta statim, deinde proximo decennio

S LIX. Nep. Hamile. I, 3. — Polyb. — Zonar. — S LX. Appian. apud Urs. — Polyb. I, 62, et III, 29. — Liv. XXI, 41.

450 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

das milia ducenta penderuntur: ut prester Sicilians, omnibus insulis, que inter hanc et Italians essent, excederatur: nove longis navibus in Italians aut romani juris insules navigarent Peni; noque militus mercunarium ex iis conducerent. Carthaginienoes, dum pace potirentur, nihil recunavere. Hamilear statim deposito imperio, prinsquam jurejurando pacta sancirentur, Lilyheum, atque inde Carthaginem transmisit; quam et consiliis et armis ducum omnium, qui res co bello gesserunt, hand dubie præstantissimum se exhibuisset. Hoc mexime modo et gestum et confectum est bellum illud carthaginiense primum; quod in quartum et vicesimum annum traxere varii casus, et atrocia utrinque damna, sed majora eorum, qui ad extremum vicerunt.

LXII. Nam punicas quidem quinqueremes circiter quingentas eo bello periisse tradunt, qui singularum cladium 13tionem inivere; romanarum ad septingentas: quo maxime argumento romana constantia robur apparuit, quod nullis neque preliorum adversis, neque temporum casibus fractum, vim hostium, impetum fortune, tedium laboris, panpertatem zerarii pari patientia sustinuit vicitopae. Post hac ad res Sicilie constituendas C. Lutatio Catulo, cujus annus jam exicrat, prorogatum imperium est: ex novis consulibus eodem missus Q. Lutatins C. F. C. N. Cerco, Catuli frater, A. Manlii T. F. T. N. collega. Hi provinciam ordinarunt, quietamque reddiderunt, omnibus turbarum causis, quae ut ex tanto motu non paucæ supererant, abolitis resectisque: nam et Siculis, qui cum Hamilcare senserant, et Gallis, qui ab eo desciverant, arma adempta: Galli navibus impositi, et extra populi romani ditionem abire jussi; quod præter alia facinora, quum in præsidio montis Erycis essent, templum Veneris spoliaverant. Siciliæ vero urbibus tributa et portoria sunt imposita, pro facultatibus singularum; factaque provincia, quo prætor cum imperio annuo Roma mitteretur.

\$ LXI. Zonar. — Polyb. I, 63, 64, 66, et III, 27. — Auct. de Vir. ill. c. 12. — Liv. Ep. XIX. — \$ LXII. Polyb. — App. ap. Urs. — Fasti Capit.

LXIII. Adfuere interea Romæ Pænorum legati, petentes, ut sibi captivos suos redimere liceret; redditique sunt senatusconsulto gratis, quotquot custodia publica attinebantur: qui in privatorum manu essent, eos certa pecunia redimi placuit: cujus pars major jussu senatus ex ærario soluta est. At romani populi lætitiam valde imminuerunt graves in urbe casus. Jamprimum Tiberis amnis ultra solitum auctus, late stagnantibus aquis, omnia inferiora Urbis loca replevit. Multa tum ædificia primo allabentis impetu prostrata sunt; et quibus ista pestis pepercerat, exesis sensim fundamentis (per multos enim dies isthæc inundatio tenuit) recedente jam aqua vitium fecere. Secutum est hanc calamitatem gravius ex igne damnum, qui noctu temere ortus, multasque urbis regiones pervagatus, domorum hominumque incredibilem numerum hausit; neque privatis cladibus contentus, omnia in circuitu fori devastavit. Ad extremum ipsa quoque ædes Vestæ ardere cæpit.

LXIV. Tum vero L. Gæcilius pontifex maximus sacra populi romani et arcana imperii pignora periclitari videns, dignum loco suo animum gessit. Nam in medios ignes insiliens, nulla sui cura, dum divinæ res salvæ essent, deserta a virginibus sacra ex incendio rapuit. Ipse brachio semiustulatus, et exusta flammis oculorum acie, præter solatium facti sui, præmium a populo romano pulcherrimum accepit, ut quoties in senatum iret, curru veheretur ad curiam: quod a condita Urbe tributum nemini fuerat. Interea Q. Lutatius consul cum fratre Catulo, et Q. Valerio proprætore, rebus in Sicilia constitutis, exercituque deportato, ad Urbem redierant; decretosque sibi triumphos navales C. Lutatius Catulus a. d. IV nonas Octobres, Q. Valerius a. d. prid. easdem nonas duxerant. Memorabile certamen inter duces istos de triumpho Q. Valerii fuit.

LXV. Quum enim C. Lutatio haud dubie decretus triumphus esset, Q. Valerius haud leviorem in eo negotio suam

[§] LXIII. Zonar. — Polyb. II, 7. — Appian. — Eutrop. lib. II. — Oros. IV, 10. — Aug. de Civ. Dei, III, 18. — Val. Max. IV, 4. — § LXIV. Liv. Epit. XIX. — Dionys. II, 67. — Oros. — Plin. VII, 43.

452 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

operam fuisse contendens, honore quoque pari haberi postulabat, quemadmodum societate periouli cureque fuisset. Pugnahat contra Catulus, ne minor potestas majori in tribuendis honoribus æquaretur. Quum incaluisset certamen, sponsione Catulum provocavit Q. Valerius, ni suo ductu punica classis oppressa esset; nec ille dubitavit restipulari. Delectus est arbiter Atilius Calatinus: qui interrogato Valerio, uerum in consultatione de pugna ineunda, si dissensissent, consulis an prætoris major futura fuisset auctoritas? itemque si diversa habuissent auspicia, utra potius sequenda fuissent? quum utrobique majus consulis quam prætoris jus futurum, Q. Valerius respondisset, non exspectato Catuli sermone, litem secundum illum dedit: quod controversia de imperio et auspicio inter eos fuisse videretur. Sed Q. Valerius, quanquam arbitri sententia victus, quum nota et cele bris eo bello virtus ejus fuisset, nihilo secius triumphandi ius obtinuit.

LXVI. Censores eo anno C. Aurelius Cotta, M. Fabius Buteo, lustrum undequadragesimum fecere. Censa sunt civium millia ducenta sexaginta: duabus adjectis tribubus, Velina et Quiriua, numerus quinque et triginta tribuum, quem deinde retinuerunt, expletus est. Quum jam perdomita Sicilia, quæ Pœnorum fuerat, et pace cum Carthaginiensibus facta, non quieta modo omnia, sed etiam tuta viderentur; repentinum, unde minime timebatur, bellum paucis diebus et terrore motus intestini sollicitam, et admiratione celerrimi exitus stupentem Italiam habnit. Falisci, nescio quibus causis ad insaniam conciti, arma romana provocare sustinuerunt. Sed missi cum legionibus consules, sextum intra diem confecere bellum, gente in potestatem populi romani redacta. Priore tamen preelio (nam duo facta traduntur) ambiguam victoriam fecere, peditatu superiores, quum equestri prælio vincerentur.

§ LXV. Fasti Capitol. — Val. Max. II, 8, 2. — Agell. XIII, 14. — Val. Max. IV, 4. — § LXVI. Pigh. Ann. — Euseb. n. 1772. — Eutr. lib. II.—Liv. Epit. XIX. — Polyb. I, 65. — Zon.

LXVII. Sed posterius certamen, minime dubio marte pugnatum, Faliscos ad pacem petendam compulit, quum suæ juventutis ad millia quindecim amisissent. Facta deditione armis, equis, supellectile, servitiis, et agri semisse muletati sunt : urbs, cujus munitionibus confisi bellum ceperant, ex arduo et prærupto loco in planum translata. Severius in deditos consulturus populus romanus fuerat, odio civitatis, quæ toties rebellaverat, acrem vindictam meditans; sed imperavit iræ, edoctus a Papirio (qui jussu consulum sua manu deditionis formulam scripserat) Faliscos non potestati, sed fidei se Romanorum commisisse; tantumque apud omnes sacrosanctum fidei nomen valuit, ut hoc interposito nihil inclementius in victos statuendum esse judicarent. Id bellum effecit, ut triumphis consulum annus iste clauderetur. Q. Lutatius a. d. kalendas Martias de Faliscis triumphavit: a. d. IV. non. Mart. de jisdem A. Manlius.

§ LXVII. Oros. IV, 11. — Eutrop. lib. II. — Valer. Maxim.VI, 5, 1. — Zonar. — Fasti Capitol.

JOANNIS FREINSHEMII

SUPPLEMENTORUM LIVIANORUM

LIBER DECIMUS

IN LOCUM LIBRI VICESIMI LIVIANI.

EPITOME LIBRI VICESIMI.

Spoletium colonia deducta est. Adversus Ligures tunc primum exercitas promotus est. Sardi et Corsi, quum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. Bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est; subactique in deditionem venerunt. Prestorum numerus ampliatus est, ut essent quatuor. Galli Transalpini, qui in Italiam irruperant, casi sunt. Eo bello populus romanus sui latinique nominis CCC millia armatorum habuisse dicitur. Exercitibus romanis tum primum trans Padum ductis, Galli Insubres, aliquot problis fusi, in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul, occiso Insubrium Gallorum duce Viridomaro, opima spolia retulit. Istri subacti sunt : item Illyrii, quum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. Lustrum a censoribus conditum est, quo censa sunt civium capita CCLXX millia, CCXIII. Libertini in quatuor tribus redacti sunt, quum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam, Palatinam, Suburanam, Collinam. C. Flaminius censor viam Flaminiam munivit, et circum Flaminium exstruxit. Coloniz deductz in agro de Gallis capto, Placentia et Cremona.

I. PACATA rursum Italia, cum securitate et imperio etiam voluptates publicæ crevere. L. Livius Andronicus scenæ spectacula, quæ hactenus ultra satyram non processerant,

JO. FREINS. SUPP. IN LOC. LIB. XX. 455 comædiam tragædiamque Græcorum imitatus, ad fabulas transduxit, C. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Sempronio C. F. M. N. Tuditano consulibus, quum ludi romani celebrarentur. Idem annus alii quoque generi ludorum initium attulit. A. d. IV kalendas Maias Floralia sunt instituta ex Sibyllinis libris, ad avertendam pestem frugum, aliorumque terra nascentium, quæ illa parte anni florere solent. Ludos edidere L. et M. Publicii Malleoli fratres, iidemque ædiles plebis, ex pecunia mulctaticia, condemnatis pecuariis, qui in publico paverant. Magistratus horum fratrum alio quoque nomine celebris est, quod clivum, qui exinde Publicius vocatus est, sternendum locaverunt: quo commodius in Aventinum iter vehiculis esset, quum antea rupes ibi difficilis et aspera fuisset; quodque ædem Floræ, juxta circum maxi-

mum, construxere. II. Hæc domi acta: foris fere quietæ res fuerunt, nisi quod in Gallis et Liguribus consilia belli agitari suspicio tenuit. Has igitur provincias consulibus fuisse, jamque tum bellari cum Gallis utique cœpisse, conjecturæ potius, quam historiæ est, nullis, qui gesta ea satis accurate doceant, ex vetustate reliquis scriptoribus: id unum constat, in Umbria Spoletium coloniam latinam esse deductam. De proximo quoque anno proclivius est dicere, pacem non fuisse, quod Jani templum clausum non est, quam indicare, quibus in locis, quave fortuna bellatum sit: neque ulla ferme re notior est C. Mamilii Q. F. Q. N. Turini, Q. Valerii Q. F. P. N. Faltonis consulatus, quam quod anno eo natus est Ennius, primus apud Romanos poeticarum elegantiarum conditor. Sed anno sequente, quum Ti. Sempronius Ti. F. Cn. N. Gracchus, P. Valerius Q. F. P. N. Falto, consules essent, et gallica bella recruduerunt, et, novus hostis, Ligures tum primum exercitu petiti sunt.

[§] I. Liv. VII, 2, 6. — Agell. XVII, 21. — Liv. VII, 2. — Cic. Bruto, cap. 18, et Cat. c. 14, et Tuscul. I, 2. — Cassiod. Chron. — Vell. I, 14. — Plin. XVIII, 29; Ovid. Fast. lib. V. — Festus in voce Publicius Clivus. — § II. Var. de Ling. Lat. IV. — Ovid. Fast. lib. V. — Tac. II, 49, 2. — Liv. Epit. XX. — Vell. I, 14. — Cic. pro Balbo, c. 21, et Bruto, c. 18. — Fasti Cap.

III. Ti. Sempronio hæc obvenit provincia. P. Valerius, Gallos aggressus, primum improspere pugnavit, amissis militum tribus millibus quingentis. Repetita pugna illustrem victoriam dedit, qua Gallorum millia quatuordecim cæsa sunt, duo millia capta. Sed ob prioris prælii detrimenta, negatus est consuli triumphus: præsertim quum etiam alioqui res bene gesta non tam ad rationem consiliumque consulis, quam ad fortunam publicam referenda videretur. Ille enim, audito post primum certamen auxilia sibi ab Urbe adduci, confirmavit, se malle cum suis internecione deleri, quam aliena ope vincere; atque hoc cestro instigatus, seque et exercitum populi romani in discrimen dedit. Melior feliciorque Ti. Graccho in Liguribus administratio belli fuit. Profligatis enim prælio hostibus, magnam Liguriæ partem victor populatus est. Ex Liguria deinde transmisit in Sardiniam et Corsicam, magna inde captivorum multitudine reportata, locum proverbio dedit, quo Sardi venales dicuntur, in fastidiosa rerum vilium copia.

IV. Cæterum, ut vera fateamur, occupandæ Sardiniæ Corsicæque bona magis occasio temporibus istis, quam justa causa adfuit. Carthaginienses, post pacem siculam gravi bello cum mercenariis suis implicati, ad extrema pericula venerant. Unde sumptis animis conductitii eorum alii, qui per Sardiniam in præsidiis erant, Bostarem Pænorum ducem cum suis interfecere: Hannonem alium ducem ad vindicandum facinus Carthagine missum, pertracto in societatem rebellionis exercitu ejus, comprehensum in crucem egere: totaque passim insula punici sanguinis hominibus interemptis, ipsi munita loca obtinuerunt: donec discordia inter ipsos et Sardos orta, pulsi ab his, in Italiam se recepere. Tum igitur perfecerunt, quod aliquanto prius, quum adhuc in Sardinia essent, nequiverant: nam eo quoque tempore Romanos ad insulæ dominium occupandum invitaverant. Sed præsentes sive precibus, sive occasione crescendi apertius demonstrata, ut in Sardiniam navigatio susciperetur, obti-

[§] III. Oros. IV, 11. - Zonar. - S. Capito apud Fest, voc. Sardi venales.

nuere: nec enim vulgatæ virtutis est, abstinere rebus alienis, quarum prompta sit possessio; neque hic animus apud cupidos et ambitiosos aut bene aut diu simulatur.

V. Sed hæc paulo supra repeti non alienum videtur. Nam Romani ut humanitatis laudem consequerentur, ab initio belli istius magno animo Carthaginiensium causam foverant: et copias quidem auxiliares, uti petiverant Pœni, nullas misere. Sed neque Uticenses, neque quemquam ad se deficientium receperunt: mercatores suos ex Italia et Sicilia res necessarias ad Carthaginienses deferre jusserunt; cum hostibus carthaginiensis populi commercium vetuerunt: militis ex Italia, et in istud saltem bellum, conscribendi fecerunt potestatem. Missis quin etiam legatis bellum componere, quanquam irrito conatu, studuerunt. Et inciderat quidem paulo ante controversia, quod homines italicos forum rerum venalium ad hostem deportantes capiebant Pœni, carceribusque publicis includebant.

VI. Jamque ad quingentos ejus generis habebant in vinculis; neque pauci dicebantur occisi, et ad tegendam latrocinii famam in mare præcipitati esse; quum Romani rem eam graviter ferentes, belli minas ostentare cœperunt. Sed Pœni legatis missis, qui omnes, quotquot detenti Carthagine fuerant, reducerent restituerentque, adeo placarunt populum romanum, ut reliqui ex siciliensi bello captivi punici omnes sine pretio restituerentur. Sed postremo vicit ambitio, premendique populi studium, quocum per annos quatuor et viginti ancipiti fortuna pugnatum meminerant, et nisi in tempore occurreretur, etiam postea pugnandum sibi prospiciebant. Quare quum Sardiniam inviti dimitterent Pæni, jamque bello contra mercenarios defuncti, arma defectionis auctoribus inferre meditarentur, arrepta hæc a Romanis est occasio, bellumque Pænis decretum, ni armis, quæ in speciem adversus rebelles suos, re autem vera contra Romanos sumpsissent, abstineretur. Ita Carthaginienses alieno tempore

[§] IV. Polyb. I, 65, 79, 83, 88. — § V. Zonar. — Nep. in Hamile. — App. ap. Urs. — Polyb. I, 83.

bellum gravissimum suscipere nolentes, non modo cessere Sardinia, sed etiam postulantibus Romanis ad priorem summam adjecerunt argenti talenta mille ducenta: quæ maxime injuria ægros habuisse Carthaginiensium animos, neque ulla magis causa bellum mox hannibalicum exarsisse, creditur. Hamilcaris enim perpetuum adversus Romanos odium, cui bellum punicum secundum non inepte imputatur, non aliunde aut stimulum acriorem, aut fomentum certius habuit. Cæterum hæc postea evenerunt.

VII. Tum vero novis consulibus L. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, Q. Fulvio M. F. Q. N. Flacco, Galli Cispadani provincia data. Coloniam hoc anno deductam esse Valentiam, quanquam a quibusdam traditur, haudquaquam constans opinio est: nisi alia Valentia præter Vibonem fuit, quam annis post quinquaginta L. Quinctio Flaminio, Cn. Domitio Ænobarbo consulibus, colonis occupatam esse certioribus auctoribus credam. Cæterum consulibus in agro gallico, donec conjunctas legiones habuere, tuta et prospera expeditio fuit: postquam cupidine plura vastandi diviserunt exercitum, Q. Fulvii castra noctu oppugnata, et ægre retenta sunt. Galli, re infecta digressi, paulo post graviore cum terrore auctisque majorem in modum copiis ad bellum reverterunt: Boiorum enim duces, clanculum inter se consiliis agitatis, ingentem Transalpinorum manum ad societatem armorum contra Romanos exciverunt.

VIII. Interea L. Lentulus consul, qui ad ligusticos fines exercitum abduxerat, cum Liguribus prospere collatis signis dimicavit. Decretus igitur ei triumphus est, quem duxit idibus Intercalaribus. Auctores habeo, illos primum consules romana signa trans Padum fluvium promovisse, diversisque præliis Ligurum et Gallorum Insubrium interfecta millia quatuor et viginti, capta quinque fuisse. Sed verius esse putem; tumultu gallico, qui postea maximus secutus est, Padum

[§] VI. Appian. — Zonar. — Polyb. III, 28 et 88. — Corn. Nep. in Hamile. — § VII. Fasti Capit. — Vell. I, 14. — Liv. XXXV, 40. — Zon. — Polyb. II, 21. — Eutr. lib. III. — Eutr. Sanctensis MS quem vidit Pighina.

transitum, Insubresque in suis sedibus bello tentatos primum fuisse. Sub idem tempus ad Ptolemæum, Ægypti regem, legati missi auxilium obtulerunt cum Antiocho et Syris bellanti: gratias egit rex, cæterum in præsentia sibi opus auxilio esse negavit, quod pactionibus finitum jam bellum esset.

IX. Lætus deinde Romanis adventus Hieronis fuit, Syracusarum regis: exceptus omnibus honoribus, sicut regem amicissimum, et bene meritum, et maximæ victoriæ socium oportuit, populo romano ducenta millia modium tritici dono dedit. Venerat ad ludos spectandos, qui in sequentem annum apparabantur. Nam ludi seculares tertii, secundum quosdam, P. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, C. Licinio P. F. P. N. Varo celebrati sunt, ut supra quoque retulimus. Magistri procurandorum ludorum M. Æmilius M. F. M. N. Livius M. F. M. N. Salinator creati. Boiorum interea principes, elati numerosis Transalpinorum auxiliis, ad consules misere, petitum, ut ariminensis ager cum urbe, quæ haud ambigue gallici juris essent, sibi restituerentur: ni fieret, bellum atrox et internecivum minabantur.

X. Consules, qui nondum contractis copiis, neque casui paucitatem suorum objicere audebant, neque postulata Gallorum concedere poterant, si quid vellent, ad senatum mittendos esse legatos, responderunt: placuit conditio Gallis, et dum ire ac redire legati possent, utrinque dierum aliquot induciæ constitutæ. Et legati quidem Romam profecti adversum a senatu responsum accepere: simul majores contra hunc tumultum apparatus facti, quorum usus postea non fuit, quum formidabile bellum sine romano sanguine fortuna confecisset. Dum enim legati redeunt, Boii cum transalpinis auxiliis acie dimicavere his de causis. Ignara plebe Boiorum transalpinus exercitus Ariminum processerat. Inde suspiciones ortæ, ne ad regionem istam sibi retinendam venissent, tantumque conflatum est odiorum, ut regibus suis Ate et Galato, tanquam ob proditionem interfectis, advena-

[§] VIII. Eutrop. lib. III. — § IX. Supra XIX, 31. — Fasti Capitol. apud Pigh. — Zonar.

rum copias agro suo depellere vi conarentur. Ita magna cæde pugnatum; et valde imminutis utrinque viribus, Transalpini domos rediere; Boiis adempta pars agri pacem a Romanis dedit.

XI. Hoc bello tam celeriter confecto, consules in Liguriam abivere. Ibi P. Lentulus profligatis, qui occurrerant, hostibus, de cætero per illorum regionem exercitam circumducens, castella quædam armis, alia deditione recepit. C. Licinius in Corsicam transjecturus, quum ad universum exercitum una deportandum navigia deessent, M. Claudium Glyciam cum parte copiarum præmisit. Qui vanitate vecors, quum perterritos adventu suo Corsos vidisset, neque consulis, cujus auspiciis venerat, neque sui juris aut loci memor, certis conditionibus fœdus cum Corsis suo nomine pepigit, tanquam in se tracturus insulæ receptæ gloriam. At Varus cum exercitu reliquo superveniens; frustra claudianam pacem invocantes, armis urgere non desiit, donec in potestatem redacti sunt. Senatus ad liberandam perfidiæ nota rempublicam, fœdæ pacis auctorem Corsis dedendum censuit. Deinde, quia receptus non erat, in publica custodia necari iussit.

XII. Censores is annus habuit L. Cornelium L. F. Ti. N. Lentulum Caudinum, Q. Lutatium C. F. C. N. Cerconem, qui lustrum non condiderunt, Q. Cercone in magistratu mortuo. Quanquam M. Claudius deditus Corsis, deinde supplicio affectus fuerat, non ideo persuaderi barbaris potuit, justo se postea bello petitos fuisse. Quare saucios eo dolore amicos vicinæ Sardiniæ motus facile impulit, ut ad arma resumenda prosilirent. Nam Sardos Pœnorum occulta promissa traxerant ad rebellionem cæptandam, proclivibus ad hoc barbaris, qui nec nimium odissent veteres dominos, nec amarent novos. Quæ Romæ audita metu et ira impleverunt urbem, non ob Sardiniam, quam tanti non faciebant, sed quia bellum punicum videbatur renasci. Quod quia facilius

[§] X. Polyb. II, 2x. — Zonar. — § XI. Dio apud Vales. — Zonar. — Marcel. XIV, 40. — Val. Max. VI, 3, 3.

futurum credebant, quanto citius inciperetur, invalidis adhuc a superiore bello Carthaginiensibus, quamprimum adornandum, inferendumque Pænis decreverunt.

XIII. At Pœnos quidlibet potius eo tempore, quam bellum romanum; pati certos, ea res nuntiata sic exterruit, ut legatis semel iterumque missis, postquam nihil mite responsum esset, decem ex principibus itidem iterato mitterent, infimis precibus, ut impetrata semel pace frui liceret, obtestaturos. Ne sic quidem æqui quidquam obtineri potuit ab iratis et metuentibus; donec inter legatos ætate minimus Hanno, adolescens intrepidus, et linguæ ut mentis liberæ, « Atqui, inquit, si vobis sedet denegare pacem, Romani, · quam non in unum aut alterum annum, sed perpetuam a « vobis emimus : at pretium ejus Siciliam et Sardiniam red-« dite: ne privatis quidem contractibus viri boni est, em-« ptione rescissa, recipere mercem, non restituere pecu-« niam. » Tunc vero pudore commoti Romani, ne injuste bellum inferre viderentur, meliore cum responso legatos dimisere. Sic alter consulum ejus anni C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, qui magistratum hunc iterum gerebat, in Italia mansit: T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, cui Sardinia evenerat, profectus est.

XIV. Hic multis locis cum hoste feliciter congressus, universam insulam pacavit, Sardosque subegit: et de iis ante diem sextum idus Martias triumphavit. His rebus perfectis, quum nullo jam usquam hoste, romana arma quiescerent, insolitum bellatrici Urbi spectaculum, Jani ædes clausa est, quod indicium pacis, post Numæ tempora, per annos ferme quadringentos quadraginta, visum non fuerat. Quo nomine miseram fuissse civitatem romanam arbitror, quod perpetuis conflictata laboribus, præmia laborum assequi non potuit: quum enim nemo sapiens bellum, nisi pacis ergo, gerat, hæc urbs tot maximis bellis prospere confectis, nec impetrare tamen pacem sæpe, nec retinere diu didicit: nam tunc quoque, post menses non ita multos, novi terrores

[§] XII. Fasti Capitol. - Zon. - Oros. IV, 12. - § XIII. Dio ap. Urs.

rum copias agro suo depellere vi comarentur. Ita magna cæde pugnatum; et valde imminutis utrinque viribus, Transalpini domos rediere; Boiis adempta pars agri pacem a Romanis dedit.

XI. Hoc bello tam celeriter confecto, consules in Liguriam abivere. Ibi P. Lentulus profligatis, qui occurrerant, hostibus, de cætero per illorum regionem exercitam circumducens, castella quædam armis, alia deditione recepit. C. Licinius in Corsicam transjecturus, quum ad universum exercitum una deportandum navigia deessent, M. Claudium Glyciam cum parte copiarum præmisit. Qui vanitate vecors, quum perterritos adventu suo Corsos vidisset, neque consulis, cujus auspiciis venerat, neque sui juris aut loci memor, certis conditionibus fœdus cum Corsis suo nomine pepigit, tanquam in se tracturus insulæ receptæ gloriam. At Varas cum exercitu reliquo superveniens; frustra claudianam pacem invocantes, armis urgere non desiit, donec in potestatem redacti sunt. Senatus ad liberandam perfidiæ nota rempublicam, fœdæ pacis auctorem Corsis dedendum censuit. Deinde, quia receptus non erat, in publica custodia necari jussit.

XII. Censores is annus habuit L. Cornelium L. F. Ti. N. Lentulum Caudinum, Q. Lutatium C. F. C. N. Cerconem, qui lustrum non condiderunt, Q. Cercone in magistrata mortuo. Quanquam M. Claudius deditus Corsis, deinde supplicio affectus fuerat, non ideo persuaderi barbaris potuit, justo se postea bello petitos fuisse. Quare saucios eo dolore amicos vicinæ Sardiniæ motus facile impulit, ut ad arma resumenda prosilirent. Nam Sardos Pænorum occulta promissa traxerant ad rebellionem cæptandam, proclivibus ad hoc barbaris, qui nec nimium odissent veteres dominos, nec amarent novos. Quæ Romæ audita metu et ira impleverunt urbem, non ob Sardiniam, quam tanti non faciebant, sed quia bellum punicum videbatur renasci. Quod quia facilius

[§] X. Polyb. II, 2x. — Zonar. — § XI. Dio apud Vales. — Zonar. — Marcel. XIV, 4o. — Val. Max. VI, 3, 3.

futurum credebant, quanto citius inciperetur, invalidis adhuc a superiore bello Carthaginiensibus, quamprimum adornandum, inferendumque Pænis decreverunt.

XIII. At Pœnos quidlibet potius eo tempore, quam bellum romanum, pati certos, ea res nuntiata sic exterruit, ut legatis semel iterumque missis, postquam nihil mite responsum esset, decem ex principibus itidem iterato mitterent, infimis precibus, ut impetrata semel pace frui liceret, obtestaturos. Ne sic quidem æqui quidquam obtineri potuit ab iratis et metuentibus; donec inter legatos ætate minimus Hanno, adolescens intrepidus, et linguæ ut mentis liberæ, « Atqui, inquit, si vobis sedet denegare pacem, Romani, • quam non in unum aut alterum annum, sed perpetuam a « vobis emimus : at pretium ejus Siciliam et Sardiniam red-« dite : ne privatis quidem contractibus viri boni est, em-« ptione rescissa, recipere mercem, non restituere pecu-« niam. » Tunc vero pudore commoti Romani, ne injuste bellum inferre viderentur, meliore cum responso legatos dimisere. Sic alter consulum ejus anni C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, qui magistratum hunc iterum gerebat, in Italia mansit: T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, cui Sardinia evenerat, profectus est.

XIV. Hic multis locis cum hoste feliciter congressus, universam insulam pacavit, Sardosque subegit: et de iis ante diem sextum idus Martias triumphavit. His rebus perfectis, quum nullo jam usquam hoste, romana arma quiescerent, insolitum bellatrici Urbi spectaculum, Jani ædes clausa est, quod indicium pacis, post Numæ tempora, per annos ferme quadringentos quadraginta, visum non fuerat. Quo nomine miseram fuissse civitatem romanam arbitror, quod perpetuis conflictata laboribus, præmia laborum assequi non potuit: quum enim nemo sapiens bellum, nisi pacis ergo, gerat, hæc urbs tot maximis bellis prospere confectis, nec impetrare tamen pacem sæpe, nec retinere diu didicit: nam tunc quoque, post menses non ita multos, novi terrores

[§] XII. Fasti Capitol. — Zon. — Oros. IV, 12. — § XIII. Dio ap. Urs.

462 . JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

nuntiati, lætitiam otii vix adhuc animis perceptam cito discusserunt: nam et Sardi recens subacti, jugum excutiebant; et Corsorum erumpebant consilia; et in ipsa Italia Ligures tumultum moverant.

XV. Ergo L. Postumio A. F. A. N. Albino, Sp. Carvilio Sp. F. C. N. Maximo consulibus negotium datum, ut exercitus conscriberent : quibus trifariam divisis, ut hostes ab ope mutuo ferenda distringerentur, L. Postumius Ligures adortus est; Sp. Carvilius Corsos; in Sardiniam P. Cornelius ivit. Hujus insulæ cælum insalubre morbis et pestilentia tentavit exercitum: multi ex eo mortales cum ipso prætore assumpti. Unde elatos animo Sardos consulis Sp. Carvilii adventus ingenti prælio coercuit: Corsi quoque ab eodem sunt subacti. Ob eas res triumphus ipsi decretus est, quem a. d. kalendas Apriles duxit. In Liguribus etiam ab altero consule et exercitu consulari res bene gestæ. At Romæ Tuccia virgo vestalis incesti damnata, eo majore probro, quod consuetudinem stupri cum servo habuerat, sua se manu interemit. Censores deinde C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, A. Postumius A. F. L. N. Albinus, lustrum quadragesimum fecere.

XVI. Hoc quoque lustro pauciores, quam superioribus, fuisse censos (numerum enim non reperio traditum) argumentum est, quod ad augendam hominibus civitatem censores jurare singulos coegerunt, uxorem se liberorum quarendorum gratia habituros. Hoc anno Cn. Nævius Campanus, qui bello punico stipendia fecerat, fabulas primum scenæ dedit. Interea Ligures et Sardi denuo rebellantes consulibus novis provinciæ decretæ. Q. Fabio Q. F. Q. N. Maximo Verrucoso ligusticum bellum, M. Pomponio M. F. M. N. Mathoni Sardoum obvenit. Quum horum motuum causa penes Carthaginienses esse diceretur, qui barbaros ad defectionsm secretis nuntiis allicerent, legati missi sunt Carthaginem

[§] XIV. Fasti Capit. — Zonar. — Liv. XXIII, 34. — Col. Capitol. — Flor. II, 3, 1. — Vell. II, 38, 3. — Oros. IV, 2. — § XV. Zonar. — Liv. Epit. XX. — Colum. Capitol. — Marian. Scot.

cum asperis mandatis, quo stipendium exigerent, atque insulis ad Romanos pertinentibus abstineri juberent, belli minis additis, ni imperata fecissent.

XVII. Jam ex priori calamitate vires et animum receperant Pœni, Hamilcaris maxime industria non modo pacatis Africæ populis, qui a Carthaginiensibus desciverant, sed etiam latius promota ditione; magnoque jam in Hispania imperio per eumdem ducem parto. Itaque tum ad cætera ferociter legatis responsum est; tum etiam, quum illi, quemadmodum in mandatis habebant, hastam caduceumque proposuissent, data Pœnis optione, utrum mallent eligendi; neutrum se legere succlamatum est, sed utrum mallent ipsi legati relinquerent, æquo animo accepturis. Inde flagrare denuo cœperunt inter duos populos odia; sed neutro bellum adhuc incipere volente, species amicitiæ, magis quia non bellabatur, quam quod fida pax esset, interea tenuit. Ambo deinde consules ad Urbem reversi, quum de rebus a se gestis disseruissent, triumphum impetraverunt. Q. Fabius multos Ligurum in prælio occiderat, coegeratque reliquos in alpestribus locis se continere, tutumque ab illorum latrociniis vicinum Italiæ latus reddiderat. Sic ante diem kalendas Februarias triumphavit de Liguribus. Idibus deinde martiis M. Pomponius triumphum duxit de Sardis, quos vicerat.

XVIII. Neque tamen destitere bello Sardi, sed irritati potius damnis suis, quam fracti, majori mole rebellionem instaurarunt. Ambo igitur consules M. Æmilius M. F. M. N. Lepidus, M. Publius L. F. L. N. Malleolus in Sardiniam missi, magnam ex ea insula prædam coegere: quam deinde, quum in Corsicam transmisissent, ereptam a Corsis amiserunt. Domi quoque vehementer eo tempore turbatum: agrariam legem ferente tribuno plebis C. Flaminio, ut picenus atque gallicus ager, qui Senonum Gallorum fuerat, populo viritim divideretur. Resistebat huic actioni senatus, neque

[§] XVI. Agell. IV, 3, et XVII, 21. — Zonar. — Fasti Capit. — § XVII. Diod. apud Vales. et Ecl. lib. XXV. — Polyb. II, 21. — Nepos in Hamilc. — Zonar. — Plut. in Fab. I, 3. — Capit. Tab. — Auct. de Vir. ill. cap. 43.

464 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

precibus apud tribunum, neque minis abstinens, postremo dato magistratibus negotio, ut exercitum conscriberent, quo rempublicam tutarentur; neque dimoveri a sententia C. Flaminius potuit, adversum vim contumax, et precibus inexorabilis.

XIX. Monuerat eum pater quoque, ut voluntati senatus cederet, neque seditionis auctor audire vellet. Sed ille persistens in sententia, vocata concione, recitare legem instituit : tum vero pater Flaminius dolore ardens accessit ad rostra, correptumque manu filium detraxit: mirumque est exemplum editum sive pietatis, sive venerationis, qua tum homines jus patriæ potestatis prosequebantur ; qui enim universi senatus indignationem minasque atroces contempserat, in maximo calore perficiundi operis, inspectante plebe romana, apud quam gratiosissima erat ferendæ legis mentio, unius senis manu de superiore loco detrahi passus est. Nec omittenda concionis in hoc negotio modestia: gua licet abitu tribuni spes suas destitui videret, ne minimo quidem murmure factum illius improbavit. Dilata tamen hoc modo potius, quam evitata lex est, C. Carvilio tribuno plebis collegam adjuvante: quod quidem initium fuit, et corrumpendæ plebis, et gallici belli, quod octavo post divisionem agri gallici anno, gravissimum exortum est.

XX. Tum vero M. Pomponius M'. F. M'. N. Matho, C. Papirius C. F. L. N. Maso, quum magistratum inivissent, provincias M. Pomponius Sardiniam, C. Papirius Corsicam obtinuere. Utrobique cessit hostis, et in silvas montesque arduos refugiens, locorum potius, quam armorum, munitionibus se tutatus est. Ergo M. Pomponius, quum laboriosius ese videret invenire barbaros, quam vincere, canes sagaces ex Italia curavit advehendos, quorum indicio homines more ferarum in cubilibus suis latentes deprehenderet. C. Papirius Corsos, campis pulsos, ad montana loca secutus est.

[§] XVIII. Zon. — Polyb. II, 21. — Val. Max. V, 4, 5. — § XIX. Cic. de Invent. II, 17, et in Brut. c. 14, et Acad. Quæst. IV, 5, et apud Sosipatrum Charisium, lib. II, de Adv. pag. 198. — Val. Max. II, 21 et 23.

Ibi labor ingens cum periculo fuit: multique militum siti, aut subito barbarorum incursu periere, donec inventis aquis, refectoque exercitu, Corsi de exitu rei timentes, consuli ad deditionem hortanti paruerunt.

XXI. Dum his rebus gerundis attinentur consules, comitia per dictatorem ad hoc creatum sunt habita. C. Duilius fuit M. F. M. N.; is magistrum equitum dixit C. Aurelium L. F. C. N. Cottam. Censores etiam tum fuere T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus: sed vitio facti, abdicarunt. Novi moris originem huic anno scriptores assignant, non indignam quæ referatur. Divortium ab Urbe condita nullum fuerat: primus Sp. Carvilius Ruga sterilem uxorem dimisit, jurejurando a censoribus obstrictus, se liberorum quærendorum causa conjugem habiturum. Displicuit populo non magis novitas, quam atrocitas rei, quod ad perpetuam vitæ societatem junctas uxores, quacuntque de causa repudiari sævum et iniquum putabat: et Sp. Carvilium semper deinceps odio habuit, quanquam necessitate coactus, de amicorum sententia, uxorem bene convenientem morumque gratia carissimam dimiserat. Ex eo tempore plus in jure nexuum, plus apud prætorem litium fuit, tum primum cautionibus rei uxoriæ repertis, quarum, nullis antea divortiis, supervacanea fuerat calliditas.

XXII. Eodem anno alia quoque nova consuetudo in honoribus imperatorum cœpit. Sub finem consulatus sui, C. Papirius de Corsis in monte Albano triumphavit, a. d. III nonas martias. Causa ejus consilii fuerat, quod ipse sibi res triumpho dignas gessisse videbatur, pacata tandem Corsica: neque ab senatu honorem eum impetrabat. Idque deinceps exemplum multis ad imitationem placuit, ut negato sibi triumpho in Albano monte triumpharent. Spectavit deinde ludos myrto coronatus, delecta hac corona ob memoriam rei gestæ, quod in campis myrteis Corsos superaverat. Sardiniæ Corsi-

[§] XX. Fasti Capitol. — Zonar. — § XXI. Marm. Capitol. — Plutarch. Numa, c. 48. — Agell. IV, 3|, et XVII, 21. — Serv. Sulp. in l. de dot. ap. Agell. — Val. Max. II, 1, 4.

cæque motibus compositis, Ligures restabant; adversus quos missi consules M. Æmilius L. F. Q. N. Barbula, M. Junius D. F. D. N. Pera, inter proficiscendum comperto, Gallos rebus novis studere, fines illorum cum exercitu intraverunt.

XXIII. Irritatis enim lege Flaminia Gallorum animis, natus erat metus Romæ, ne quid molirentur homines læti bello, et ad iram præcipites : quare nuper edictum fuerat a magistratibus, ne quis homini gallo aurum vel argentum daret; Boii enim cæterique Galli, tum ex aliarum rerum, tum mancipiorum venditione ingentem pecuniam cogebant; incesseratque suspicio, ne ista ad bellum romanum uterentur. Quare magis etiam incitati, cognito consulibus ligusticum bellum esse decretum, occultis consiliis hoc agere dicebantur, ut exercitibus romanis expeditione longinqua detentis, ipsi Urbem aggrederentur. Cæterum adventu consulum territi, quum ad vim faciendam imparati essent, Romanos in pacis amicitiæque speciem simulatis obsequiis excepere. Consules quoque bellum oppressisse contenti, causam, cur eo venissent, finxere, ut per gallicum agrum commodius exercitum in Liguriam ducerent.

XXIV. Superiore anno censores vitio facti abdicaverant: ita his demum consulibus Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, M. Sempronius C. F. M. N. Tuditanus, lustrum primum et quadragesimum condidere. Dum hæc in Italia et Urbe geruntur, novi cum Illyriis belli causæ talibus initiis exstiterunt. Illyrii, ferox et avidum prædæ genus, piraticam faciendo, multos italicorum negotiatorum brundusino portu egressos, ceperant, nonnullos quoque trucidaverant: et primo quidem delatas ob ea querimonias senatus inter alias curas negligentius auscultaverat: postremo tamen quum prædonum audacia impunitate cresceret, crebrioresque jam querelæ pervenirent, visum est legatos mitti ad res repetendas; simul ut Issæorum, qui nuper in fidem Romanorum concesserant, causam tuerentur.

[§] XXII. Col. Capitol. — Valer. Max. III, 6, 5. — Plin. XV, 29, 10. — Festus in voce Myrtea. — Zonar. — § XXIII. Polyb. II, 13.

XXV. Hos enim Ionii maris insulam habitantes, quod a se defecerant, gravibus odiis damnisque Illyrii prosequebantur. Missi sunt C. et L. Coruncanii. Hi dum in itinere sunt, Illyriorum, qui Ardyæi vocantur, rex Agron Pleurati F. ad quem ibant, morbo decessit; filio adhuc impubere (cui nomen fuit Pinneus) relicto: regnumque noverca pueri Teuta, consiliis amicorum administrabat. Hæc impotens animi, et rebus prosperis elata, legatis Romanorum contemptim auditis, respondit, curæ sibi futurum, ne Romani ab Illyriis publice læderentur: vetare vero, ne quis suorum privatim lucrum, quod posset, ex mari captaret, id regibus Illyriorum nequaquam in more positum esse. Non tenuit ad hæc iram minor Coruncanius, et intempestiva potius, quam injusta, libertate usus, « At Romanis, inquit, in more po-« situm est, Teuta, privatim factas injurias publice exsequi, « læsisque consulere. Conabimur autem, diis bene juvanti-« bus, te ad instituta regia cupide et celeriter emendanda « cogere. » Quibus verbis supra modum offensa mulier, sed animo interim utcumque dissimulato, legatis jam profectis latrones immisit, a quibus minor Coruncanius cum parte comitum interfectus est, cæteris in vincula conjectis, præfectisque navium igne combustis. Legatus etiam Issæorum, Calemporus nomine, ab iisdem prædonibus occisus ést.

XXVI. Iis rebus Romæ cognitis, T. Coruncanio et P. Junio honoris causa tripedaneæ statuæ in foro sunt positæ: Teutæ vero et Illyriis bellum indictum. Teuta rudis imperandi, et muliebris ingenii vitia neque ratione, neque usu domare docta, sicut ad irritanda odia præcipitem, sic ad toleranda timidam se gerebat. Itaque comperto, bellum adversus se parari, reddituram Romanis vivos pollicita est: interfectos reddere non posse, quos injussu suo prædones peremissent. Hæc legatio, quanquam pro magnitudine delicti parum satisfaceret, tamen, quia spem præbebat, controvere

[§] XXIV. Marm. Cap. — Dio apud Urs. — Polyb. II, 8. — § XXV. App. Illyr. — Polyb. II, 4, 8. — Zonar. — Flor. II, 5. — Plin. XXXIV, 6. — Liv. Epit. XX, et XXII, 33.

sias illyricas citra bellum componi posse, inhiberi vim placuit, petique ad pænam eos, a quibus interfecti legati dicebantur. Mulier arma, quæ timuerat, differri videns, vicissim ex metu ad priorem insolentiam rapiente animi levitate, neque dedituram se quemquam dixit; et ut factis quoque ferociam ostenderet, quam verbis prætulerat, continuo copias ad Issam obsidendam misit.

XXVII. Non ergo diutius cunctari visum, qui ambe consules (Lucius Postumius A. F. A. N. Albinus iterum, Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Centumalus jam iniverant) cum navalibus pedestribusque copiis proficiscerentur. Cn. Fulvius classem ducebat navium ducentarum; L. Postumius legiones. Tum iterum territa Teuta Demetrium Pharium ad consules pacem petitum misit. Atqui illi pepigerunt inducias, si Corcyra, quam nuper occupaverant, Illyrii decederent. Profectis ad recipiendam Corcyram Romanis, tanquam longissime metus omnis abscessisset, ad priora consilia relabitur Tenta, præfectosque suos ad Dyrrhachium et Apolloniam obsidendas mittit. Alii non voluntate Teutæ deditam Corcyram, sel Demetrii privato consilio tradunt, qui criminibus se apud Teutam peti gnarus, adversus illius iracundiam proditione præsidii, cui præsrat, apud Romanos perfugium sibi quæsiverit. Præsidio Illyriorum tradito, Corcyrenses publico consilio Romanis se permisere, nullam sibi reliquam salutis viam esse rati, nisi potentia tam claræ civitatis adversus Illyriorum injurias protegerentur.

XXVIII. A Corcyra consul Apolloniam cum classe petiit: venitque eodem L. Postumius, qui Brundusio transjecerat, cum pedestribus copiis: peditum ad viginti millia erant, equitum duo. Romanos Apolloniatæ cupide recepere, seque fidei illorum tradidere. Ab hac liberata statim ad Dyrrhachium itum: id quoque Romanorum extemplo factum, ad famam advenientis exercitus, dilapsis pavore Illyriis, qui obsidere urbem cœperant. Eodem impetu gens Ardyæorum

[§] XXVI. Zonar. — Dio apud Fulv. — Polyb. II, 11. — § XXVII. Fasti Capitol. — Polyb. II, 10 et 11. — Zonar. — Dio apud Fulv.

ad deditionem coacta est; veneruntque ab ulteriore Illyrico legati variarum nationum, imperata facturos suos polliciti, si in amicitiam recipiantur: ex quibus Parthini fuerunt, et Atintanes. Plurimus ad hæc usus Demetrii Pharii fuit, qui a consulibus circumductus, robur et fidem Romanorum extollendo, Teutæque incusando temeritatem et inconstantiam, alios rationibus et consilio, alios auctoritate sua ad societatem Romanorum adducebat. Post hæc ad Issam cursus institutus: et inter navigandum multis locis exscensione facta, pleraque oppida levi negotio capta sunt. Nutria strenue ab Illyriis defensa est, multoque sanguine constitit victoria, tribunis etiam quibusdam, et quæstore desideratis. Cujus rei leviorem dolorem fecerunt lembi viginti, quos cum præda et pecunia ex Peloponneso venientes Romani excepere.

XXIX. Jam ad Issam ventum erat. Ibi perinde, ut ad Dyrrhachium acciderat, adventu romanæ classis obsidio soluta est, diversa in loca diffugientibus barbaris, præter Pharios, qui in gratiam Demetrii, quod ex eadem insula ortus, eique sub Agrone præfectus fuerat, corporibus rebusque salvis in fidem accepti sunt. Hæcaudita instabilem Teutæ animum varie moverunt, alternantibus timoris et fiduciæ causis. Nam sicut amissa et deleta oppida, vastatæ maritimæ regiones, ubivis fugatæ Illyriorum copiæ, metum ei maximum incusserant; ita vicissim spem dabat Nutrinorum audacia, et hibernum jam mare, cujus formidine rebatur Romanos cito repetituros domum. Itaque Rhizonem oppidum, cognomini fluvio impositum, cum paucis se contulit, exspectatura remedium, quod tempus offerret.

XXX. Alebant vanam opinionem acta consulum, qui pleraque parte regionum, quas occupaverant, Demetrio tradita, Dyrrhachium et classem et exercitum reduxere. Sed postquam L. Postumius cum quadraginta navibus relictus, exercitum ex finitimarum urbium delectu fecit, Ardyæis, et qui præterea Illyriorum ad societatem romanam accesserant,

[§] XXVIII. Appian. Illyr. — Zon. — Dio. — Polyb. — § XXIX. Polyb. — Appian. — Dio. — Oros. IV, 3.

470 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

præsidio futurus; tum vero desperatis rebus suis, Teuta de pace quibuslibet conditionibus redimenda cogitavit. Ideo sub initium veris legatione Romam missa, quæ præterita essent, tanquam Agronis imperio facta, excusavit, cujus facta tueri necessum sibi fuisset. Romani non illi, cujus ea propria potestas non esset, et quæ de Romanis nihil tale meruisset, verum Agronis filio Pinneo pacem dederunt his legibus: ut stipendia imperata penderet: Illyrico omni, paucis exceptis locis, decederet: neque ultra Lissum pluribus, quam binis lembis, et his inermibus, navigaret.

XXXI. Corcyra, Pharus, Issa, Dyrrhachium et Atintanes hac pace Romanis cesserunt: cætera, quæ sub Agronis imperio fuerant, Pinneo relicta. Teuta, sive pudore et meta, sive jubentibus Romanis, administratione regni abiit, quam tutorio nomine suscepit Demetrius Pharius. Sic finita cum Illyriis contentione, finibusque imperii jam ad limites Græciæ promotis, ab alia parte parum secura respublica erat: meditantibus bellum Gallis, et maximis in Hispania inerementis rei punicæ, quam sine periculo romanæ confirmari posse nemo credebat. Hasdrubal, gener et successor Hamilcaris, vindicata soceri morte, multas præterea nationes partim armis, plerumque consilio et facundia, qua mire pollebat, Carthaginiensium imperio subdidit; etiam altera Carthagine, quæ nova appellata est, in sinu maris juxta portum amplissimum et satis commodum, condita. Sed propior a Gallis metus, durius aliquod contra Pœnos consilium inire vetuit : quod reliquum erat, fœderibus pactisque cursum fortunæ eorum sistere studuerunt. Legatis ergo Carthaginem missis, aliisque ad Hasdrubalem, pepigerunt, ut trans Iberum amnem se continerent Pæni, Saguntinis suæ leges a libertas servaretur.

XXXII. Hæc in annum inciderunt, quo Sp. Carvilius Sp. F. Cn. N. Maximus, Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Ver-

[§] XXX. Appian. Illyr. — Polyb. II, 2. — § XXXI. Dio. — Zonar. — Diodor. lib. XXV. — Polyb. II, 13, 12. — Liv. XXI, 2, et XXVI, 42. — Appian. Iber. — Flor. II, 6.

rucosus, uterque iterum, consules fuere. Sub idem tempus L. Postumius proconsule, qui in Illyrico hibernaverat, legatos ad Ætolorum Achæorumque populos Corcyra misit, ad exponendum rei gestæ ordinem, quibus causis bellum istud susceptum, qua fortuna gestum, quibusque conditionibus finitum esset. Comiter excepti, studioseque auditi sunt, quod eæ nationes cæterique Græci vehementer exosum habebant Illyriorum nomen, ob continua latrocinia, quæ sub Agrone Teutaque exercuerant. Hæc ubi domum nuntiata sunt, senatus rite atque ordine a proconsule facta esse censuit, aliamque statim legationem decrevit, quæ publico nomine Corinthios et Athenienses adiret, populique romanis studium erga Græcos, et æquitatem erga omnes commendaret.

XXXIII. Ea res magnam in iis terris nomini romano benevolentiam peperit, confestimque decreto Corinthiorum honor hic populo romano est habitus, ut Isthmiorum (qui ludi inter quatuor celeberrimos sunt Græciæ) participes. haberentur. Maxime movit eos, præter Apolloniam et alias græci generis civitates, Corcyra libertati reddita, quæ colonia Corinthiorum fuerat. Athenienses quoque societatem romanam amplexi, decreverunt, ut Romanis jus civitatis atticæ, initiorumque eleusiniorum esset. Interea Cn. Fulvius proconsule triumphum navalem ex Illyriis egit a. d. kalendas quinctiles; et principes Illyricos in triumpho ductos securi percussit. Hic primus de Illyriis triumphus fuit. Anno sequente P. Valerio L. F. M. N. Flacco, M. Atilio M. F. M. N. Regulo consulatum gerentibus, prætorum duplicatus est numerus; quaternosque creari visum, ut essent, qui in Siciliam Sardiniamque provincias cum imperio mitterentur: ex his M. Valerius Sardiniam, attributamque huic Corsicam, C. Flaminius Siciliam sortiti sunt. Ingens co tempore fuit metus gallici belli, de quo Boii Insubresque non inter se modo, sed etiam cum transalpinis populis agitare, magnas-

[§] XXXIII. Zonar. — Appian. Illyr. — Thucyd. VII, 10. — Tab. Capitol. — Flor. II, 5. — Eutrop. lib. III. — Liv. Epit. XX. — L. 2, ff. 32; ff. de O. J. — Solin. c. 11. — Polyb. II, 22. — Sextus Rufus.

472 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

que Gæsatarum Gallorum copias stipendio conduxisse ferebantur.

XXXIV. Ergo non solita modo remedia quæsita sunt, sed etiam iis rationibus malo, quod timebatur, occursum, quas apud severos judices, præter amorem patriæ, et in ejus gratiam quandoque concessa, que alias negarentur, nihil excusaret. Quum enim præter alios ex diis hominibusque terrores, etiam in Sibyllinis libris repertum esset, Gallos et Græcos urbem romanam occupaturos, ad prædictionis ejus minas calliditate avertendas, M. Valerio M. F. M. N. Messalla, L. Apustio L. F. C. N. Fullone coss, ex auctoritate pontificum homines quatuor, Gallum et Gallam, similiterque Græcum et Græcam, in medio foro boario vivos defoderunt, ut ita quasi partem aliquam Urbis tenentes implevisse fau viderentur. Cæterum hic annus inter res alias non magnas, apparatu mexime gallici belli, quod jam instabat, consumptus est. Descriptæ sunt ad id bellum equitum peditumque copiæ, incredibili numero, tota pro Romanis Italia consentiente. Q. Fabius historicus, qui rebus gerendis interfuit, effecta fuisse scribit armatorum octingenta millia.

XXXV. Romanosum quidem Campanorumque numero, peditum explente ducenta quadraginta octo millia ducentos; equitum viginti sex millia sexcentos: cætera multitudo reliquorum Italiæ populorum fuit. Etiam Veneti ac Cenomani auxilia dederunt Romanis, hominum millia viginti, qui jussi sunt finitimos Boios metu et damnis, ad patriam tuendam cogere, ne cum cæteris hostium copiis conjungi possent: quando a bellandi consilio legationis romanæ studiis avocari nequiverant. Venetis enim et Cenomanis ad instaurandam cum populo romano amicitiam persuasis, Insubres Boiique in hostili animo propositoque perstitere. Minutæ tamen vires eorum fuerunt, non ausis omnem armatorum multitudinem educere regibus, coactisque partem juventutis ad fines defendendos relinquere.

[§] XXXIV. Plut. Marc. — Liv. XXII, 57. — Fasti Capitol. — Oros. IV, 13. — Eutrop. lib. III. — Plin. III, 20. — § XXXV. Diodor. lib. XXV. — Oros. IV, 13. — Polyb. II, 23, 24. — Strabo, lib. V.

XXXVI. Ita reliquis cum copiis (peditum quinquaginta millia, equitum viginti numerabantur) iter per Etruriam tentare cœperunt. Interea L. Æmilius Q. F. Cn. N. Papus, C. Atilius M. F. M. N. consules Sardiniam et Ariminum cum vicina Gallia provincias obtinuere. Sardi enim gravati perpetuam romani prætoris præsentiamque, fascesque non ante conspectos, iterum tumultuati fuerant: sed hos C. Atilius consul haud magno negotio coercuit. Major moles L. Æmilio cum Gallis fuit, perrupta Etruria Romam tendentibus: eos prætor, cui Etruria provincia decreta fuerat, quam arcere transitu nequivisset, circa Clusium consecutus, præcipiti in occasum die, castra non procul ab hostilibus posuit. Galli, quo Romanos ad pugnam elicerent, meditato dolo, cum omni peditatu ad oppidum Fæsulas nocturno itinere perveniunt; relictis equitibus, quibus imperatum fuerat, ut orto die conspiciendos se tantum præberent hostibus, deinde statim ad pedites se referrent, castra ad recipiendum equitatum, hostesque ex improviso turbandos apto loco habituros.

XXXVII. Ea fraus Romanis imposuit, ut quasi fugientes avide sequerentur. Ita circa Fæsulas a recentibus et paratis excepti sunt, fessi cursu, et consilio, ut in re nec opinata, destituti. Quod unum supererat, pugnando tueri salutem, aut vindicare sanguinem statuere. Sed præter alia numero quoque vincentibus Gallis, plures sex millibus in loco pugnæ concisi sunt, cæteri fugerunt. Galli munitum quemdam collem, quo pleraque fugientium turba concesserat, capere conati, postquam nocturno itinere diarnaque pugna vires exhaustas sensere, ad corpora curanda abiverunt; relicta parte equitum, que tumulum obsideret, postridie vi aut deditione hand dubie in potestatem redigendum. In hoc articulo rerum L. Æmilius consul optabili potius, quam sperato, casu supervenit. Nam ad famam adventantium Gallorum Ariminum missus, defensurus Adriatici litoris oram, postquam Urbem audivit peti, magnis itineribus Arimino profectus,

[§] XXXVI. Zonar. — Polyb. II, 23 et 25.

474 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

ad ea loca bona quadam fortuna pervenerat, et parvo ab hostibus intervallo castra metatus fuerat.

XXXVIII. Obsessi ex ignibus ab ea parte conspectis, id quod erat, romanum exercitum venisse conjicientes, quosdam suorum miserunt sine armis, quo facilius hostium excubias fallerent. Ex his cognito rerum statu, consul, citra longiorem deliberationem, quam neque res, neque tempus ferebat, statim orta luce cum equitatu præcessit ad tumulum, tribunis militum cum legionario milite sequi jussis: Gallos jam iidem ignes admonuerant de adventu Romanorum, et ad consilium de præsentibus coegerant. Ibi rex Anerœstus suasit, ne agmen locupletissima præda onustum objicerent hosti: sed domum digressi, deposita præda, si bellandum ultra vide retur, expediti redirent. Probato ab omnibus consilio ante noctem disceditur, itinere per Etruriam juxta litus maris instituto. L. Æmilius receptis, qui in tumulum confugerant, et Gallorum profectione cognita, cum his quidem collatis signis pugnare nolebat; sed insequi tamen statuit, occasione, quam tempus obtulisset, usurus.

XXXIX. In hoc articulo rerum rursus aliquid ex improviso molita fortuna est. Alter consul C. Atilius ex Sardinia cum legionibus Pisas appulerat, atque ibi militibus expositis pedestri itinere petebat Romam, per eamdem etrusci maris oram incedens, qua Galli veniebant. Circa portum Etruriæ Telamonem primum obviam sibi facti sunt præcursores utriusque exercitus: captivisque nonnullis ad consulem adductis, ubi de itinere Gallorum, et insequentis eos college instituto cognovit, miratus casum, et spe impulsus, quod medius inter duos consulares exercitus hostis teneretur, tribunis præcepit, ut acie instructa, quantum locorum nature pateretur, quadratum agmen gradu militari ducerent: ipse animadverso colle opportune itineri, qua venire Gallos necessum erat, imminente, ad præoccupandum eum cum equitatu contendit. Festinabat enim cum hoste quamprimum decernere, certus, si urgeretur, collegam venturum subsidio;

et si inceptum successisset, potiorem bene gestæ rei laudem penes se futuram esse.

XL. Galli viso in superioribus locis hostium agmine, noctu circummissos ab L. Æmilio equites rati, suum et ipsi equitatum emittunt, adjuncta levis armaturæ parte, ad iter aperiendum: deinde captivorum indicio consulis alterius adventus cognitus, peditatum continuo instruere coegit ancipiti acie, quæ ante et retro in hostem versa, interius oppositis invicem tergis cohæreret. Nam videbant a fronte C. Atilium instare; a tergo sequi L. Æmilium noverant. Huic igitur ex transalpino genere mercede conductos, qui ab armorum nomine Gæsatæ vocantur, opposuerunt in prima acie; post hos in subsidiis Insubres: at Taurisci Boiique adversus atilianas copias locati sunt; essedis deinde carrisque cornu utrumque vallarunt : præda cum idoneo præsidio vicinum in collem seposita est. Jam pugnari ad tumulum ab C. Atilio occupatum cœperat, et ex eo conjiciebat L. Æmilius adesse collegam, cujus de itinere nihil habebat compertum, præterquam quod appulisse Pisas audiverat.

XLI. Igitur ex tempore consilio capto, equites suos et ipse ad collem, ubi pugnabatur, jussit accurrere. Certatum ibi est equestri prælio acerrimo, in quo et C. Atilius consul occisus est, ejusque caput ad reges Gallorum relatum: ad extremum tamen connisi totis viribus Romani, loco retento, hostem repulere. Decreta hunc ad modum equestri pugna, pedites concurrere. Ibi vero certamen vidisses cum numero atque robore virorum, tum ipsa dispositione acierum terribile; quum inter duos romanos exercitus Gallorum intercepta multitudo, simul in utrosque obversa dimicaret, ambiguo judicio, plusne prodesset eis ista prælii forma, quod cum divisis hostium copiis pugnantes, terga sibi invicem tuta præstabant, etiam amissa spe fugæ ad fortitudinem stimulati, an vero noceret, quod inter duos consulares exercitus conelusi tenebantur. Cæterum Romanos partim aspectus viro-

[§] XXXIX. Clav. Ital. Antiq. II, 2. — Polyb. II, 26. — § XL. Liv. XXVI, 6, 4. — Oros. IV, 13. — Polyb. II, 2.

rum terrebat, qui eximia specie et magnitudine corporum, primis in ordinibus stabant; partim ad pugnandum incitabat, non modo laudis, sed etiam spoliorum dulcedo, quod inter Gallorum antesignanos erat nemo, quin manicis armillisque aureis fulgeret.

XLII. Conserto igitur prælio, immissi primum velites maximam hostium edidere cædem, præsertim ubi Gæsatz pugnabant, qui per ferociam et barbaram ostentationem abjectis vestibus, nudi ante prima signa constiterant. Quum enim scutum gallicum prælongum et angustum, non possit corpus obtegere, tanquam exposita jaculatoribus signa certis ictibus petebantur; cadebantque inulti, quod neque ferire hostem eminus poterant, neque conserta manu pugnari secum levis armatura patiebatur. Qua desperatione pars temere in hostem ruentes, priusquam ad manus venirent, missilibus confossi sternebantur: cæteri sensim referentes gradum, suorum perturbabant ordines. Ita Gæsatarum acies per velites disjecta, gravis armaturæ miles Boios Insubresque æ Tauriscos undequaque adortus, multos interfecit.

XLIII. Stabant tamen obfirmatis animis, neque ulla re inferiores, nisi quod armorum genere vincebantur, neque ad muniendum corpus apte instructi, neque ad hostem percutiendum: gladius enim gallicus tantum ad rem cæsim gerendam accommodatus, mucronem idoneum non habet: præterea ad primum ietum incurvatur, sequentesque parum essicaces habet, nisi pede pressus iterum dirigatur. Eventum prælii, quum in meliore spe Romani essent, haud dubium fecit equitum reditus, qui gallico equitatu in fugam compulso, ex colle decurrentes, in latus hostium impressionem fecerunt, tanto minus tolerabilem, quod ex superiore loco ingruebat. Hoc maxime modo cum Gallis in Etruria pugnatum Polybius tradidit; a quo parum probabiliter alii dissentiunt: quis enim temere credat, ita potius rem gestam esse, ut Gallos noctu orta tempestas fugere coegerit, tanquam deorum iram timentes? postremosque eorum aggressus C. Atilius occubuerit? deinde post aliquot dies, quum interea suo quilibet in colle se continuisset, L. Æmilius cum exercitu gallico prospere pugnaverit? Neque plus merentur fidei, qui pugnæ locum ex litorali regione, in agrum aretinum transtulerunt.

· XLIV. Cecidisse tum Gallorum millia quadraginta non ambigitur: capta sunt haud minus millia decem cum uno regum Concolitano: alius Anerœstus, qui plurimum opinione virtutis et potentia valuerat, paucis comitantibus elapsus, in fuga necessarios suos seque ipsum secta gula interemit. Recepta est præda ingens, quam consul reddendam iis curavit, quibus adempta fuerat, suas unoquoque res agnoscentibus dominis. Inde cum suo et atiliano exercitu juxta fines Ligurum in boicum agrum profectus, ut operæ navatæ mercedem haberet miles, diripiendam ei regionem dedit; paucisque diebus satiatas præda copias in Urbem reduxit, tanto majore omnium lætitia, quanto acrior istius belli metus fuerat. Ergo vix cujusquam triumphus faventium vocibus tam celebratus est: insignis alioquin, et rerum gestarum gloria, et captivorum spoliorumque prælatorum numero pretioque.

XLV. Multa inter hæc signa militaria fuere, plurimique torques aurei armillæque, virorum fortium apud Gallos ornamenta. Sed maxime adverterunt oculos hominum Britomarus, aliique principes Gallorum, quos L. Æmilius per ludibrium accinctos in Capitolium duxit, tanquam voti sui religionem servaturos, quod non prius soluturos se baltea, quam Capitolium ascendissent, juraverant. A. d. III nonas mart. L. Æmilius consul de Gallis triumphavit. Eodem anno lustrum alterum atque quadragesimum conditum esse reperio, a censoribus Q. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Junio D. F. D. N. Pera. Depositus jam belli gallici metus, nondum vindictæ cupiditas erat; ambobusque proximi anni consulibus ea provincia data. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius

[§] XLIII. Polyb. II, 30, 33. — Zonar. — § XLIV. Oros. IV, 3. — Eutr. lib. III. — Diodor. lib. XXV. — Polyb. II, 30 et 33. — Zonar.

M. F. Q. N. Flaccus erant, uterque iterum. His exercitus, et quæ ad bellum instruendum gerendumque pertinebant, alacriter decreta. Spes enim erat, post tantam victoriam, toto circa Padum agro depelli Gallos posse, si nervi intenderentur.

XLVI. Consules cum copiis profecti primo statim terrore Boios ad deditionem compulere: segnior deinde expeditio fuit, ob pestilentiam et continuos imbres. Alii tradunt, hos consules Pado transito collatis signis vicisse Insubres, hominum occidisse tria et viginti millia, cepisse quinque: sed nobis Polybii potior est in his rebus auctoritas. Interea quia consules e longinquis regionibus, sive rebus gerendis, sive tempestatibus impediti ad comitia occurrere non potuerant, ejus rei gratia dictator creatus est L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus, isque N. Fabium M. F. M. N. Buteonem magistrum equitum dixit. Comitiis habitis consules facti sunt C. Flaminius C. F. L. N. P. Furius Sp. F. M. N. Philus. Hi, primi Romanorum, ut existimo, Padum transivere cum exercitu, qua fluvius Padusa Pado committitur, in regionem Insubrum irruptione facta. Multo labore neque nullo sanguine hæc audacia constitit: nam et in transitu fluminis, et dum castra ponuntur, acriter incurrentes hostes Romanorum haud paucos occiderunt.

XLVII. Ex harum rerum nuntiis ortam sollicitudinem immensum auxere prodigia, quod in Piceno flumen manasse sanguine, in Etruria cœlum ardere visum, Arimini noctu luxisse, tresque lunas eodem tempore apparuisse, nuntiabatur; et quod Romæ in foro vultur per dies complures sederat: nam sub idem forte tempus Caria motu terræ concussa, et collapsus Rhodi colossus nihil tum ad rem romanam pertinere credebantur. Cæterorum causa consulti augures, consules vitio creatos videri, responderunt, secutæque sunt senatus ad eos literæ, quibus in Urbem revocabantur. Illi inter hæc

[§] XLV. Flor. II, 4, 2 et 3. — Zonar. — Fasti Triumph. — Fasti Capit. — Polyb. II, 31. — § XLVI. Polyb. — Oros. IV, 13. — Fasti Capit. — Liv. Epit. XX. — Zonar.

per inducias Insubrum agro excesserant, deinde in Cenomanorum finibus sociorum adscitis auxiliis, iterum campos Alpibus subjacentes infestare cœperant; permotique ira Insubres, etiam aureis signis ex æde Minervæ depromptis, quæ immobilia vocabantur, quod nisi ob extremam necessitatem moveri fas non esset, cum exercitu quinquaginta milium occurrerant, acie dimicaturi.

XLVIII. Hoc ad tempus literæ senatus venere. E. Flaminius sive conjectura earum argumentum assecutus, sive literis amicorum præmonitus, collegæ persuasit, ne ante pugnam commissam aperirentur. Sic obstinato ad dimicandum animo, de auxiliis Gallorum deliberabant, ne forte neglecta causam nocendi haberent; adhibita, occasionem: levitas enim gentis timebatur, præsertim adversus cognatum hostem suscipiendo prælio: tandem hoc consilium placuit. Gallos in ulteriorem ripam miserunt; deinde ruperunt pontes. Ita neque lædi ab iis Romanus poterat, et copia fugæ penitus ablata, omnia in virtute erat habiturus. Post acre prælium, victoria Romanis cessit, majori tribunorum laude, quam consulum. Nam C. Flaminius aciem ita ripæ fluminis admoverat, ut nihil ad receptum cohortium relinqueret spatii; haud dubie totum exercitum perditurus, si urgentibus hostibus vel minimum recedere coactus fuisset. Tribuni vero, prioribus præliis experti, Gallorum vim omnem in primo impetu esse, hunc acerrimum, sed brevem, si quis sustinuisset, nihil postea metuendum habere; primis ordinibus hastas triariorum dividunt, quibus hostium excipiant ictus, deinde abjectis his gladium stringant.

XLIX. Ubi ventum ad certamen est, hastarum objectu gallici gladii statim ad primum ictum hebetati curvatique sunt; quos donec dirigere student, suggressus stricto mucrone Romanus omnem armorum usum iis ademit. Nam et hoc habent enses gallici, quia cæsim tantummodo iis pugnari

[§] XLVII. Polyb. II, 32. — Plut. Marcel. c. 4 et 40. — Marian. — Oros. IV, 13. — Plin. XXXIV, 7. — Zonar. — Polyb. — § XLVIII. Strab. lib. V₆ p. 216. — Liv. XXI, 63. — Zonar. — Polyb.

potest, ut ad feriendum aliquantum requirant spatii, quod si quis abstulerit, omnino fiunt inutiles. Romani vero etiam punctim ferire ex minimo intervallo poterant, eoque modo ad corpus hostis appressi faciem ejus atque pectus impune cædebant. Interfecta dicuntur millia Gallorum novem; quasi duplum ejus numeri captum esse. Post victoriam ager hostium longe lateque vastatus est, multumque prædæ partum. Tum demum literas senatus legi placuit: quibus quum parturus P. Philus esset, C. Flaminius, invidiam hanc Patrum esse testatus, nullis auspiciorum vitiis, cujus rei nullum argumentum certius ipsa illa, quam obtinuissent, victoria adduci posset, negavit, se nisi finito vel bello, vel magistratus tempore, decessurum esse. Quin etiam addidit effecturum, ut populus romanus auguriorum aliarumque talium rerum inepta observatione falli desinat.

L. Cæterum in sententia persistente P. Furio, flaminianus exercitus, metuens, ut digresso illo satis in hostili regione tutus esset, exoravit eum, ut per dies aliquot remaneret: nihil tamen rerum postea gerere voluit; C. Flaminio interim castella quædam, urbemque non incelebrem illis gentibus recipiente, concessaque militi præda ad instans cum senatu certamen sibi conciliante animos. Tanta enim exorta fuerat in Urbe indignatio, ut redeuntibus consulibus neque obviam ex more iretur; triumphusque non C. Flaminio modo, sed in ejus odium etiam P. Philo negaretur. Ad extremum C. Flaminii magnus apud plebem favor vicit: isque triumphans Urbem ingressus est, a. d. VI idus martias. Multz in eo triumpho translata sunt spolia, magna vis armorum, torques itidem aurei permulti, ex quibus tropæum Jovi C. Flaminius in Capitolio posuit, inverso Gallorum voto, qui de spoliis Romanorum Marti suo torquem promiserant. Alter mox consul de Gallis et Liguribus triumphum egit a. d. IV idus martias.

LI. Sic magis accensa, quam victa, senatus odia non quie

[§] XLIX, Oros. IV, 13. — Plut. Marcel. c. 4. — Zon. — L. Liv. XXII, 6, et XXIII, 14. — Zon. — Plut. — Col. Capit. — Flor. II, 4.

vere, donec consules statim secundum triumphum abdicare sunt coacti. Pari severitate sub idem fere tempus viri clarissimi duo sacerdotii honore caruerunt: M. Cornelius Cethegus, extis non rite porrectis; Q. Sulpicius, quod inter sacrificandum apex ei de capite defluxerat. Quum magistratu consules abivissent, comitia per interregem sunt habita, quibus consul factus M. Claudius M. F. M. N. Marcellus, qui magistratu inito collegam ascivit Cn. Cornelium L. F. L. N. Scipionem Calvum. Hi pacem petentibus Insubribus restitere, M. Marcello potissimum cupiditate provinciæ triumphique, conditiones omnes aspernante: sed et ipsi Galli belli potius, quam otii, consilia tractare videbantur, quum de integro mercede conducta Gæsatarum triginta millia, superatis Alpibus, longe majorem Insubrium multitudinem concivissent.

LII. Bello sic exorto, profecti primo vere consules, Acerras (oppidum est inter Padum et Alpes) circumsederunt. Cajus obsidione quum depellere Romanos difficile videretur, Britomarus, assumpta decem millium Gæsatarum manu, circumpadanam regionem vastare instituit: quo comperto, consules ita inter se partiti sunt copias, ut Cn. Cornelius cum exercitu reliquo urgeret obsidionem; M. Marcellus duas partes equitum et delectos ex levi armatura ducens, sociis succurreret. Delegit expeditissimum quemque, non ultra sexcentos; cum his et equitibus suis non die non nocte intermisso itinere contendit ad hostes : quos circa Clastidium adeptus, priusquam reficere suos quiete posset, adortus est, non voluntate sua, sed ferocia Gæsatarum, qui numero potiores, et equestris militiæ principatum sibi vindicantes, audito, paucos adduci pedites a consule, protinus ad obterendum eum, omissa Clastidii obsidione, proruperunt. M. Marcellus, acie in longum porrecta, ne circumveniretur ab hostium multitudine, Gallis processit obviam; neque longe aberant invicem acies, quum jam impetum fa-

Ll. Plutarch. — Val. Max. I, 4. — Polyb. II, 34. — § LII. Polyb. II, 34. — Plutarch. — Zonar.

cere molientem equus clamore cantuque Gallorum exterritis abripuit, et retrorsum tulit.

LIII. Ibi consul, veritus, ne in omen tractus ille casus animum suis minueret, equum circumagendo solem adoravit, tanquam ea de causa convertisset : ex veteri more, quo deos adoraturi se circumagebant. Ferunt, eum ante primum congressum pulcherrima hostilium armorum Josi Feretrio vevisse, mox conspecto Britomaro, qui suorum agnen przecedebat arma ferens auro argentoque et coloribus eximic perornata, hac judicavisse arma esse debere, que vovisset. Jam ipse quoque rex, viso Romanorum duce, provectus longe ante suos, voce et gestu eum ad pugnam provocabat: neque cunctatus M. Marcellus, perfosso regis thorace, vulneravit eum hasta, et equi adacti impetu dejectum humi, semel iterumque repetitis ictibus occidit. Tum desiliens ex equo, manibusque arma tenens, suspexit in cælum, « Jupiter, inquiens, Feretri, qui fortium ducum in præliis facta « præclara aspicis, en ego te teste tertius Romanorum, caso « hostium imperatore imperator, opima tibi spolia consecro « Tu vero ad reliqua etiam belli res nostras prospera fortuna • pergere sinito! •

LIV. Repetente post hæc locum M. Marcello, totis viribus confligi cœptum, fortissime pugnantibus Romanis, quos consulis audacia et fortuna non minus ardore pugnandi, quam spe victoriæ impleverat. Itaque non eques gallus, non pedes, quanquam et ille suis subsidio venerat, sustinere vim tantam potuit; raroque exemplo paucissimi de numeroso exercitu pulcherrimam victoriam retulere. Lectis deinde spoliis ad collegam revertit consul, qui Acerris occupatis, ubi magnam annonæ copiam reperit, circa Mediolanum caput Insubrium Gallorum adversus hostes ægre se tutabatur; nam illi validissimæ frequentissimæque urbis obsidione implicatum, vicissim quasi obsidebant. Sed adventu M. Marcelli cito commutatus est rerum status. Nam et Gæsatæ audito regis fine discesserunt; et ab his relicti Mediolanenses defendere urbem non potuere. Sic ingentibus Insubrum copiis cæsis, captaque Mediolano, et subinde Como, cæteræ deinceps urbes, et Insubrum tota natio, pecunia et agrorum parte mulctati, de cætero satis æqua pace impetrata, in deditionem venere.

LV. M. Marcellus provincia confecta celeberrimum triumphum de Gallis Insubribus et Germanis duxit, kalendis Martiis. Hæc prima Germanorum in historia romana mentio, qui ex transrhenanis gentibus mércede conducti, Viridomaro duce in Italiam venerant. Ex his Gallisque captivi forma staturaque corporis ingenti, currum victoris inter spolia maximi pretii antecedebant. Sequebatur ipse consul rarissimo spectaculo cæsi ducis arma Jovi Feretrio ferens : quem prosecutus a tergo exercitus splendidis ornatus armis, militari acclamatione cantuque celebrabat. Hoc ordine quum ad ædem Feretrii perventum esset, descendens curru M. Marcellus, opima spolia post Romulum regem et A. Cornelium Cossum tertius, neque post illum alius suspendit. Hæc arma populus romanus majori cum voluptate spectavit, quod romanorum militum arma hostes Vulcano vovisse dicebantur: tantaque victoriæ ejus lætitia fuit, ut senatus populusque romanus ex manubiis donum Apollini Delphico cratera aureum, et circum amicas sociasque civitates arma de spoliis gallicis mitteret : ad Hieronem syracusanum præter spolia, missum etiam frumenti pretium est, quo inter bella gallica rem romanam juverat.

LVI. Novi deinceps hostes Istri exorti, qui piratico scelere maria infestantes, Romanorum aliquot naves frumentarias diripuerant. Adversus hos ambo consules, P. Cornelius, M. Minucius Rufus missi, multos populos vi aut deditione subegerunt. Triumphatum tamen ab his non reperio, credo quia multo etiam romano sanguine victoria constiterat. Hoc

[§] LIV. Valer. Maxim. III, 2, 5. — Zon. — Pol. II, 34. — Plutarch. — Oros. IV, 13. — Zon. — Eutr. lib. III. — Liv. Epit. XX. — § LV. Oros. IV, 13. — Marm. Capit. — Propert. IV, 11. — Virg. Æn. VI, 856. — Flor. II, 4, 5. — Plutarch. Marcel. cap. 11. — Liv. I, 10; IV, 20, et XXIV, 21, 9. — Diod. lib. XXV.

anno infaustum multis gentibus urbibusque sidus in Hispania exortum est, Hasdrubalis successor Hannibal, de cujus initiis gestisque multa deinceps majori spiritu dicenda erunt. Interea novi consules L. Veturius, C. Lutatius cum exercitu ad Alpes progressi sunt: sed conditionibus magis, quam armis usi, multos eorum locorum populos voluntate ipsorum ad amicitiam romanam adduxerunt. Bellum hoc tempore cum Illyriis instauratum est improbitate Demetrii Pharii, adversus quem sub amicitiæ romanæ pretextu vicinas civitates arbitrio suo vexantem, omnibus ex partibus querelæ venerunt.

LVII. Nam fretus potentia, quam a Teuta deficienti Romani circumdederant, tutelaque regis Pinnei, cujus matrem Triteutam connubio sibi junxerat, regem et ipse se ferens, popularibus juxta, finitimisque gravis et intolerandus incumbebat. Et Illyrici quidem populos, Romanorum socios et amicos, suæ dominationi studebat subjicere: Cycladas autem insulas, contra fœdus cum lembis armatis quinquaginta ultra Lissum provectus, alias depopulabatur, ab aliis extorquebat pecunias; jamque et Istrorum partem, quotquot a recenti bello Romanos oderant, et Atintanes vi coactos in partes suas traxerat; neque Romanos reverebatur, quibus gallico bello implicitis, deinde punicum metuentibus, neque vires neque otium ad vindicandas sociorum injurias fore censebat; et a Philippo, Macedonum rege, quidlibet sperabat, quod bello cleomenico dux illyricorum auxiliorum macedonicas opes adjuvisset : igitur decretum adversus eum bellum est, apparatusque facti?

LVIII. Lustrum interea tertium et quadragesimum L. Æmilius, C. Flaminius censores condiderunt. Censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertinorum promiscua multitudo per omnes tribus sparsa, multum hactenus turbarum dederat: eam imitatione Q. Fabii

[§] LVI. Oros. IV, 3. — Eutrop. l. III. — Zon. — Liv. Ep. XX. — Appiau. Illyr. — Dio apud Vales. — § LVII. Just. XXIX, 2, 1. — Polyb. III, 16, et IV, 16. — Appian. Illyr.

Maximi censores in quatuor tribus, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinamque redegerunt. C. Flaminius in eadem censura viam Ariminum usque munivit, et circum exstruxit: utrique operi nomen ab auctore est impositum, circusque Flaminius, et via Flaminia vocata. Iidem censores legem Metiliam de fullonibus ad populum ferendam dedere: ne minorum quidem rerum curam tanti magistratus fastigium dedecere rati. Per idem tempus Illyriorum rebellio senatum movit, ut M. Livio M. F. M. N. Salinatori, L. Æmilio M. F. Paulo consulibus provinciam illam mandaret.

LIX. Contra Demetrius bellum et ipse haud segniter comparare instituit, valido præsidio Dimalum misso, provisisque omnibus, quorum ad longam sustinendam obsidionem usus est. Quibusdam locis interficiendos curavit principes, de quorum fide dubitabat, aliisque sibi addictis regimen urbium tradidit: ex omni vero regno delectum robur, sex millia virorum, secum ad præsidium Phari retinuit. Dum hæc aguntur, L. Paulus consul, primo vere profectus, in Illyricum venit; intellectoque, magnam esse hostibus spem in munitionibus Dimali, quem locum inexpugnabilem putabant; ratus plurimum inde terroris oriturum, si hunc expugnasset, tanta sua militumque alacritate est aggressus, ut septimo quam oppugnare cœpta esset die, vi caperetur. Neque falsus fuit animo consul, sparsaque per vicinam regionem fama confestim ex omnibus urbibus oratores venere, se suaque omnia Romanis dedituri,

LX. Quibus in fidem receptis, Pharum insulam, ubi Demetrii regia erat, petiit. Quam ubi copiarum omni genere refertam, fortissimorumque virorum præsidio, tum situ operibusque, ad hæc præsentia tyranni munitam esse didicisset; moram obsidionis veritus, astum excogitavit accelerandæ victoriæ non inutilem. Partem enim majorem exercitus,

[§] LVIII. Liv. XXIII, 32, 2, et IX, 46, 14; et Epit. XX. — Cassiodor. — Festus voce Circus Flam. — Plin. XXXV, 17. — § LIX. Polyb. III, 16 et 18.

noctu trajectis copiis, in silvosis quibusdam callibus occuluit: ipse cum navibus viginti luce clara proximum urbi portum petens, elicuit Pharios; inter quos ipse Demetrius ad prohibendam hostium exscensionem accucurrit. Conserto certamine, plures subinde, ut fit, suis auxilio venientes, ad extremum omni fere præsidio militarium virorum urbem nudavere. Interea Romani, qui noctu exscenderant, itinere per tecta loca facto, collem inter oppidum portumque medio ferme spatio situm occupavere: quo facto iis, qui urbe fuerant egressi, reditus ad eam occludebatur.

LXI. Demetrius, animadverso quid fieret, consilium cepit, ut in tam ancipiti periculo, non spernendum. Omisso enim præsenti certamine, revocatisque suis, «Viri fortes, inquit, « apparet virtutem nostram hostibus formidabilem esse : nam « ad dolos conversi fatentur se viribus armisque diffidere. « Furto noctis usi hanc in terram irrepsere, unde, si bene « vos novi, retinebunt nihil, nisi quod corporibus tegent, « anima emptum. Vos modo, Pharii mei, vosque omni ex « Illyrico delecta juventus, vel patriæ, vel gloriæ vestræ me-« mores, ostendite Romanis, neque suæ fortitudinis, neque « nostræ imbecillitatis fuisse, quod semel de Illyriis Romæ « triumphatum est. Non Fulvius eo tempore aut Postumius « Illyricos consiliis et armis, sed impotentia, sed temeritate « sua Teuta vicit : neque ignoratis, ut de aliis taceam, non « ita proclivem illis futuram fuisse victoriam, si me defenso-« rem potius, quam inimicum, habere Teuta maluisset. Ve-« rum enimvero, et quia vobis præclare confido, et quia « facta potius quam verba tempus postulat, abrumpo. Ha-« betis animos, habetis arma, videtis necessitatem, quæ ti-« midissimum quemque posset acuere, vobis pariter urbique « discrimen extremum imminet, nisi virtute vestra discusse-« ritis. Eamus igitur, et fortuna bene juvante istos e latibu-« lis suis paulo ante progressos petamus, securi de his, qui « exscensionem faciunt : nam illos si ceciderimus, hi majori « cum studio naves repetent, quam reliquerunt.» LXII. Ita suos pro tempore cohortatus, instructis ordini-

bus ad eos invadendos, qui collem tenebant, ducit : qui et

ipsi non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec advenientes, qui exscensionem interea fecerant, et a tergo eum adorti, magno cum terrore detrimentoque disjecere. Paucos in oppidum retulit fuga: cæteri passim per invios calles dilapsi. Demetrius, qui solis quibusdam locis paratos lembos in omnem casum habebat, uno eorum conscenso ad Philippum, Macedoniæ regem, profugit, cujus in amicitiam receptus, mores adolescentis antea laudatos adulatione et tyrannicis consiliis corrupit, bellique romani et multarum præterea calamitatum, suasor et auctor ei exstitit. Post hanc pugnam Pharus ex itinere capta, jussuque imperatoris direpta et diruta est. Illyrici deinde rebus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum, affecta jam æstate, consul Romam rediit.

LXIII. In hujus quoque belli narratione Polybium sequi malui, non ignarus, apud alios auctores ambobus consulibus ejus perfecti gloriam communiter tribui, qui evocatum ad se Demetrium, quia non parebat, aggressi primum in Issa insula, quibus dixi artibus vicerint; deinde Pharo proditione capta, Demetrium expulerint: de cujus fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis et annis et locis proximo: quæ aliud in tempus egressa prætermitto. Cæterum Illyriis in regis Pinnei gratiam, quem innocentem ætate et proposito fuisse constabat, pepercit senatus, fœdusque cum eo, adjectis tamen conditionibus quibusdam, renovavit. Interea L. Æmilius consul splendidissimum de his populis triumphum duxit; sed et M. Livium ex eo bello triumphasse reperio: plures tamen scriptores hunc prætereunt; credo. quod majores L. Pauli res fuerunt, quibus collegæ famam gloriamque potuerit obscurare : sed nobilius ejusdem M. Livii paulo post judicium et condemnatio fuit. Per invidiam ipse ac L. Paulus accusati, quod prædam militibus non æqualiter divisissent, quodque ex ea multa avertissent, judicium populi subiverunt.

§ LXII. Polyb. IV, 66, et apud Vales. l. VII. — Appian. Illyr. — Liv. Ep. XX. — § LXIII. Zonar. — Dio apud Vales. — Appian. Illyr. — Polyb. IV, 66. — Auct. de Vir. ill. c. 50, — Just. XXIX, 2. — Front. Strat. IV, 1.

476 JO. FREINSHEMII SUPPLEM.

rum terrebat, qui eximia specie et magnitudine corporun, primis in ordinibus stabant; partim ad pugnandum incitabat, non modo laudis, sed etiam spoliorum dulcedo, quod inter Gallorum antesignanos erat nemo, quin manicis armillisque aureis fulgeret.

XLII. Conserto igitur prælio, immissi primum vehtes maximam hostium edidere cædem, præsertim ubi Gæsatæ pugnabant, qui per ferociam et barbaram ostentationem abjectis vestibus, nudi ante prima signa constiterant. Quum enim scutum gallicum prælongum et angustum, non possit corpus obtegere, tanquam exposita jaculatoribus signa certis ictibus petebantur; cadebantque inulti, quod neque ferire hostem eminus poterant, neque conserta manu pugnari secum levis armatura patiebatur. Qua desperatione pars temere in hostem ruentes, priusquam ad manus venirent, missilbus confossi sternebantur: cæteri sensim referentes gradum, suorum perturbabant ordines. Ita Gæsatarum acies per velites disjecta, gravis armaturæ miles Boios Insubresque ac Tauriscos undequaque adortus, multos interfecit.

XLIII. Stabant tamen obfirmatis animis, neque ulla re inferiores, nisi quod armorum genere vincebantur, neque ad muniendum corpus apte instructi, neque ad hostem percutiendum: gladius enim gallicus tantum ad rem eæsim gerendam accommodatus, mucronem idoneum non habet: præterea ad primum ietum incurvatur, sequentesque parum essicaces habet, nisi pede pressus iterum dirigatur. Eventum prælii, quum in meliore spe Romani essent, haud dubium fecit equitum reditus, qui gallico equitata in fugam compulso, ex colle decurrentes, in latus hostium impressionem fecerunt, tanto minus tolerabilem, quod ex superiore loco ingruebat. Hoc maxime modo cum Gallis in Etruria pugnatum Polybius tradidit; a quo parum probabiliter alii dissentiunt: quis enim temere credat, ita potius rem gestam esse, ut Gallos noctu orta tempestas fugere coegerit, tanquam deorum iram timentes? postremosque eorum aggressus C. Atilius occubuerit? deinde post aliquot dies, quum interea suo quilibet in colle se continuisset, L. Æmilius cum exercitu gallico prospere pugnaverit? Neque plus merentur fidei, qui pugnæ locum ex litorali regione, in agrum aretinum transtulerunt.

· XLIV. Cecidisse tum Gallorum millia quadraginta non ambigitur: capta sunt haud minus millia decem cum uno regum Concolitano: alius Anerœstus, qui plurimum opinione virtutis et potentia valuerat, paucis comitantibus elapsus, in fuga necessarios suos seque ipsum secta gula interemit. Recepta est præda ingens, quam consul reddendam iis curavit, quibus adempta fuerat, suas unoquoque res agnoscentibus dominis. Inde cum suo et atiliano exercitu juxta fines Ligurum in boicum agrum profectus, ut operæ navatæ mercedem haberet miles, diripiendam ei regionem dedit; paucisque diebus satiatas præda copias in Urbem reduxit, tanto majore omnium lætitia, quanto acrior istius belli metus fuerat. Ergo vix cujusquam triumphus faventium vocibus tam celebratus est: insignis alioquin, et rerum gestarum gloria, et captivorum spoliorumque prælatorum numero pretioque.

XLV. Multa inter hæc signa militaria fuere, plurimique torques aurei armillæque, virorum fortium apud Gallos ornamenta. Sed maxime adverterunt oculos hominum Britomarus, aliique principes Gallorum, quos L. Æmilius per ludibrium accinctos in Capitolium duxit, tanquam voti sui religionem servaturos, quod non prius soluturos se baltea, quam Capitolium ascendissent, juraverant. A. d. III nonas mart. L. Æmilius consul de Gallis triumphavit. Eodem anno lustrum alterum atque quadragesimum conditum esse reperio, a censoribus Q. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Junio D. F. D. N. Pera. Depositus jam belli gallici metus, nondum vindictæ cupiditas erat; ambobusque proximi anni consulibus ea provincia data. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius

[§] XLIII. Polyb. II, 30, 33. — Zonar, — § XLIV. Oros. IV, 3. — Eutr. lib. III. — Diodor. lib. XXV. — Polyb. II, 30 et 33. — Zonar.

M. F. Q. N. Flaccus erant, uterque iterum. His exercitus, et quæ ad bellum instruendum gerendumque pertinebant, alacriter decreta. Spes enim erat, post tantam victoriam, toto circa Padum agro depelli Gallos posse, si nervi intenderentur.

XLVI. Consules cum copiis profecti primo statim terrore Boios ad deditionem compulere: segnior deinde expeditio fuit, ob pestilentiam et continuos imbres. Alii tradunt, hos consules Pado transito collatis signis vicisse Insubres, hominum occidisse tria et viginti millia, cepisse quinque: sed nobis Polybii potior est in his rebus auctoritas. Interea quia consules e longinquis regionibus, sive rebus gerendis, sive tempestatibus impediti ad comitia occurrere non potuerant, ejus rei gratia dictator creatus est L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus, isque N. Fabium M. F. M. N. Buteonem magistrum equitum dixit. Comitiis habitis consules facti sunt C. Flaminius C. F. L. N. P. Furius Sp. F. M. N. Philus. Hi, primi Romanorum, ut existimo, Padum transivere cum exercitu, qua fluvius Padusa Pado committitur, in regionem Insubrum irruptione facta. Multo labore neque nullo sanguine hæc audacia constitit: nam et in transitu fluminis, et dum castra ponuntur, acriter incurrentes hostes Romanorum haud paucos occiderunt.

XLVII. Ex harum rerum nuntiis ortam sollicitudinem immensum auxere prodigia, quod in Piceno flumen manasse sanguine, in Etruria cœlum ardere visum, Arimini noctu luxisse, tresque lunas eodem tempore apparuisse, nuntiabatur; et quod Romæ in foro vultur per dies complures sederat: nam sub idem forte tempus Caria motu terræ concussa, et collapsus Rhodi colossus nihil tum ad rem romanam pertinere credebantur. Cæterorum causa consulti augures, consules vitio creatos videri, responderunt, secutæque sunt senatus ad eos literæ, quibus in Urbem revocabantur. Illi inter hæc

[§] XLV. Flor. II, 4, 2 et 3. — Zonar. — Fasti Triumph. — Fasti Capit. — Polyb. II, 31. — § XLVI. Polyb. — Oros. IV, 13. — Fasti Capit. — Liv. F.pit. XX. — Zonar.

per inducias Insubrum agro excesserant, deinde in Cenomanorum finibus sociorum adscitis auxiliis, iterum campos Alpibus subjacentes infestare cœperant; permotique ira Insubres, etiam aureis signis ex æde Minervæ depromptis, quæ immobilia vocabantur, quod nisi ob extremam necessitatem moveri fas non esset, cum exercitu quinquaginta milium occurrerant, acie dimicaturi.

XLVIII. Hoc ad tempus literæ senatus venere. E. Flaminius sive conjectura earum argumentum assecutus, sive literis amicorum præmonitus, collegæ persuasit, ne ante pugnam commissam aperirentur. Sic obstinato ad dimicandum animo, de auxiliis Gallorum deliberabant, ne forte neglecta causam nocendi haberent; adhibita, occasionem: levitas enim gentis timebatur, præsertim adversus cognatum hostem suscipiendo prælio: tandem hoc consilium placuit. Gallos in ulteriorem ripam miserunt; deinde ruperunt pontes. Ita neque lædi ab iis Romanus poterat, et copia fugæ penitus ablata, omnia in virtute erat habiturus. Post acre prælium, victoria Romanis cessit, majori tribunorum laude, quam consulum. Nam C. Flaminius aciem ita ripæ fluminis admoverat, ut nihil ad receptum cohortium relinqueret spatii; haud dubie totum exercitum perditurus, si urgentibus hostibus vel minimum recedere coactus fuisset. Tribuni vero, prioribus præliis experti, Gallorum vim omnem in primo impetu esse, hunc acerrimum, sed brevem, si quis sustinuisset, nihil postea metuendum habere; primis ordinibus hastas triariorum dividunt, quibus hostium excipiant ictus, deinde abjectis his gladium stringant.

XLIX. Ubi ventum ad certamen est, hastarum objectu gallici gladii statim ad primum ictum hebetati curvatique sunt; quos donec dirigere student, suggressus stricto mucrone Romanus omnem armorum usum iis ademit. Nam et hoc habent enses gallici, quia cæsim tantummodo iis pugnari

[§] XLVII. Polyb. II, 32. — Plut. Marcel. c. 4 et 40. — Marian. — Oros. IV, 13. — Plin. XXXIV, 7. — Zonar. — Polyb. — § XLVIII. Strab. lib. V₆ p. 216. — Liv. XXI, 63. — Zonar. — Polyb.

potest, ut ad feriendum aliquantum requirant spatii, quod si quis abstulerit, omnino fiunt inutiles. Romani vero etiam punctim ferire ex minimo intervallo poterant, eoque modo ad corpus hostis appressi faciem ejus atque pectus impune cædebant. Interfecta dicuntur millia Gallorum novem; quasi duplum ejus numeri captum esse. Post victoriam ager hostium longe lateque vastatus est, multumque prædæ partum. Tum demum literas senatus legi placuit: quibus quum parturus P. Philus esset, C. Flaminius, invidiam hanc Patrum esse testatus, nullis auspiciorum vitiis, cujus rei nullum argumentum certius ipsa illa, quam obtinuissent, victoria adduci posset, negavit, se nisi finito vel bello, vel magistratus tempore, decessurum esse. Quin etiam addidit effecturum, ut populus romanus auguriorum aliarumque talium rerum inepta observatione falli desinat.

L. Cæterum in sententia persistente P. Furio, flaminianus exercitus, metuens, ut digresso illo satis in hostili regione tutus esset, exoravit eum, ut per dies aliquot remaneret: nihil tamen rerum postea gerere voluit; C. Flaminio interim castella quædam, urbemque non incelebrem illis gentibus recipiente, concessaque militi præda ad instans cum senatu certamen sibi conciliante animos. Tanta enim exorta fuerat in Urbe indignatio, ut redeuntibus consulibus neque obviam ex more iretur; triumphusque non C. Flaminio modo, sed in ejus odium etiam P. Philo negaretur. Ad extremum C. Flaminii magnus apud plebem favor vicit: isque triumphans Urbem ingressus est, a. d. VI idus martias. Multa in eo triumpho translata sunt spolia, magna vis armorum, torques itidem aurei permulti, ex quibus tropæum Jovi C. Flaminius in Capitolio posuit, inverso Gallorum voto, qui de spoliis Romanorum Marti suo torquem promiserant. Alter mox consul de Gallis et Liguribus triumphum egit a. d. IV idus martias.

LI. Sic magis accensa, quam victa, senatus odia non quie-

[§] XLIX. Oros. IV, 13. — Plut. Marcel. c. 4. — Zon. — L. Liv. XXII, 6, et XXIII, 14. — Zon. — Plut. — Col. Capit. — Flor. II, 4.

vere, donec consules statim secundum triumphum abdicare sunt coacti. Pari severitate sub idem fere tempus viri clarissimi duo sacerdotii honore caruerunt: M. Cornelius Cethegus, extis non rite porrectis; Q. Sulpicius, quod inter sacrificandum apex ei de capite defluxerat. Quum magistratu consules abivissent, comitia per interregem sunt habita, quibus consul factus M. Claudius M. F. M. N. Marcellus, qui magistratu inito collegam ascivit Cn. Cornelium L. F. L. N. Scipionem Calvum. Hi pacem petentibus Insubribus restitere, M. Marcello potissimum cupiditate provinciæ triumphique, conditiones omnes aspernante: sed et ipsi Galli belli potius, quam otii, consilia tractare videbantur, quum de integro mercede conducta Gæsatarum triginta millia, superatis Alpibus, longe majorem Insubrium multitudinem concivissent.

LII. Bello sic exorto, profecti primo vere consules, Acerras (oppidum est inter Padum et Alpes) circumsederunt. Cujus obsidione quum depellere Romanos difficile videretur, Britomarus, assumpta decem milium Gæsatarum manu, circumpadanam regionem vastare instituit: quo comperto. consules ita inter se partiti sunt copias, ut Cn. Cornelius cum exercitu reliquo urgeret obsidionem; M. Marcellus duas partes equitum et delectos ex levi armatura ducens, sociis succurreret. Delegit expeditissimum quemque, non ultra sexcentos; cum his et equitibus suis non die non nocte intermisso itinere contendit ad hostes: quos circa Clastidium adeptus, priusquam reficere suos quiete posset. adortus est, non voluntate sua, sed ferocia Gæsatarum, qui numero potiores, et equestris militiæ principatum sibi vindicantes, audito, paucos adduci pedites a consule, protinus ad obterendum eum, omissa Clastidii obsidione, proruperunt. M. Marcellus, acie in longum porrecta, ne circumveniretur ab hostium multitudine, Gallis processit obviam; neque longe aberant invicem acies, quum jam impetum fa-

Ll. Plutarch. — Val. Max. I, 4. — Polyb. II, 34. — § LII. Polyb. II, 34. — Plutarch. — Zonar.

cere molientem equus clamore cantuque Gallorum exterritus abripuit, et retrorsum tulit.

LIII. Ibi consul, veritus, ne in omen tractus ille casus animum suis minueret, equum circumagendo solem adoravit, tanquam ea de causa convertisset : ex veteri more, quo deos adoraturi se circumagebant. Ferunt, eum ante primum congressum pulcherrima hostilium armorum Jovi Feretrio vovisse, mox conspecto Britomaro, qui suorum agmen præcedebat arma ferens auro argentoque et coloribus eximie perornata, hæc judicavisse arma esse debere, quæ vovisset. Jam ipse quoque rex, viso Romanorum duce, provectus longe ante suos, voce et gestu eum ad pugnam provocabat: neque cunctatus M. Marcellus, perfosso regis thorace, vulneravit eum hasta, et equi adacti impetu dejectum humi, semel iterumque repetitis ictibus occidit. Tum desiliens ex equo, manibusque arma tenens, suspexit in cælum, « Jupi-« ter, inquiens, Feretri, qui fortium ducum in præliis facta « præclara aspicis, en ego te teste tertius Romanorum, cæso « hostium imperatore imperator, opima tibi spolia consecro. « Tu vero ad reliqua etiam belli res nostras prospera fortuna « pergere sinito! »

LIV. Repetente post hæc locum M. Marcello, totis viribus confligi cæptum, fortissime pugnantibus Romanis, quos consulis audacia et fortuna non minus ardore pugnandi, quam spe victoriæ impleverat. Itaque non eques gallus, non pedes, quanquam et ille suis subsidio venerat, sustinere vim tantam potuit; raroque exemplo paucissimi de numeroso exercitu pulcherrimam victoriam retulere. Lectis deinde spoliis ad collegam revertit consul, qui Acerris occupatis, ubi magnam annonæ copiam reperit, circa Mediolanum caput Insubrium Gallorum adversus hostes ægre se tutabatur; nam illi validissimæ frequentissimæque urbis obsidione implicatum, vicissim quasi obsidebant. Sed adventu M. Marcelli cito commutatus est rerum status. Nam et Gæsatæ audito regis fine discesserunt; et ab his relicti Mediolanenses de-

[§] LIII. Front. Strat. IV, 5. — Plutarch. — Oros. IV, 13.

fendere urbem non potuere. Sic ingentibus Insubrum copiis cæsis, captaque Mediolano, et subinde Como, cæteræ deinceps urbes, et Insubrum tota natio, pecunia et agrorum parte mulctati, de cætero satis æqua pace impetrata, in deditionem venere.

LV. M. Marcellus provincia confecta celeberrimum triumphum de Gallis Insubribus et Germanis duxit, kalendis Martiis. Hæc prima Germanorum in historia romana mentio, qui ex transrhenanis gentibus mércede conducti, Viridomaro duce in Italiam venerant. Ex his Gallisque captivi forma staturaque corporis ingenti, currum victoris inter spolia maximi pretii antecedebant. Sequebatur ipse consul rarissimo spectaculo cæsi ducis arma Jovi Feretrio ferens : quem prosecutus a tergo exercitus splendidis ornatus armis, militari acclamatione cantuque celebrabat. Hoc ordine quum ad ædem Feretrii perventum esset, descendens curru M. Marcellus, opima spolia post Romulum regem et A. Cornelium Cossum tertius, neque post illum alius suspendit. Hæc arma populus romanus majori cum voluptate spectavit, quod romanorum militum arma hostes Vulcano vovisse dicebantur: tantaque victoriæ ejus lætitia fuit, ut senatus populusque romanus ex manubiis donum Apollini Delphico cratera aureum, et circum amicas sociasque civitates arma de spoliis gallicis mitteret: ad Hieronem syracusanum præter spolia, missum etiam frumenti pretium est, quo inter bella gallica rem romanam juverat.

LVI. Novi deinceps hostes Istri exorti, qui piratico scelere maria infestantes, Romanorum aliquot naves frumentarias diripuerant. Adversus hos ambo consules, P. Cornelius, M. Minucius Rufus missi, multos populos vi aut deditione subegerunt. Triumphatum tamen ab his non reperio, credo quia multo etiam romano sanguine victoria constiterat. Hoc

[§] LIV. Valer. Maxim. III, 2, 5. — Zon. — Pol. II, 34. — Plutarch. — Oros. IV, 13. — Zon. — Eutr. lib. III. — Liv. Epit. XX. — § LV. Oros. IV, 13. — Marm. Capit. — Propert. IV, 11. — Virg. Æn.VI, 856. — Flor. II, 4, 5. — Plutarch. Marcel. cap. 11. — Liv. I, 10; IV, 20, et XXIV, 21, 9. — Diod. lib. XXV.

anno infaustum multis gentibus urbibusque sidus in Hispania exortum est, Hasdrubalis successor Hannibal, de cujus initiis gestisque multa deinceps majori spiritu dicenda erunt. Interea novi consules L. Veturius, C. Lutatius cum exercim ad Alpes progressi sunt: sed conditionibus magis, quam armis usi, multos eorum locorum populos vohuntate ipsorum ad amicitiam romanam adduxerunt. Bellum hoc tempore cum Illyriis instauratum est improbitate Demetrii Pharii, adversus quem sub amicitiæ romanæ pretextu vicinas civitates arbitrio suo vexantem, omnibus ex partibus querelæ venerunt.

LVII. Nam fretus potentia, quam a Teuta deficienti Romani circumdederant, tutelaque regis Pinnei, cujus matrem Triteutam connubio sibi junxerat, regem et ipse se ferens, popularibus juxta, finitimisque gravis et intolerandus incumbebat. Et Illyrici quidem populos, Romanorum socios et amicos, suæ dominationi studebat subjicere: Cycladas autem insulas, contra fœdus cum lembis armatis quinquaginta ultra Lissum provectus, alias depopulabatur, ab aliis extorquebat pecunias; jamque et Istrorum partem, quotquot a recenti bello Romanos oderant, et Atintanes vi coactos in partes suas traxerat; neque Romanos reverebatur, quibus gallico bello implicitis, deinde punicum metuentibus, neque vires neque otium ad vindicandas sociorum injurias fore censebat; et a Philippo, Macedonum rege, quidlibet sperabat, quod bello cleomenico dux illyricorum auxiliorum macedonicas opes adjuvisset : igitur decretum adversus eum bellum est, apparatusque facti:

LVIII. Lustrum interea tertium et quadragesimum L. Æmilius, C. Flaminius censores condiderunt. Censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertinorum promiscua multitudo per omnes tribus sparsa, multum hactenus turbarum dederat: eam imitatione O. Fabii

[§] LVI. Oros. IV, 3. — Eutrop. l. III. — Zon. — Liv. Ep. XX. — Appian. Illyr. — Dio apud Vales. — § LVII. Just. XXIX, 2, 1. — Polyb. III, 16, et IV, 16. — Appian. Illyr.

Maximi censores in quatuor tribus, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinamque redegerunt. C. Flaminius in eadem censura viam Ariminum usque munivit, et circum exstruxit: utrique operi nomen ab auctore est impositum, circusque Flaminius, et via Flaminia vocata. Iidem censores legem Metiliam de fullonibus ad populum ferendam dedere: ne minorum quidem rerum curam tanti magistratus fastigium dedecere rati. Per idem tempus Illyriorum rebellio senatum movit, ut M. Livio M. F. M. N. Salinatori, L. Æmilio M. F. Paulo consulibus provinciam illam mandaret.

LIX. Contra Demetrius bellum et ipse haud segniter comparare instituit, valido præsidio Dimalum misso, provisisque omnibus, quorum ad longam sustinendam obsidionem usus est. Quibusdam locis interficiendos curavit principes, de quorum fide dubitabat, aliisque sibi addictis regimen urbium tradidit: ex omni vero regno delectum robur, sex millia virorum, secum ad præsidium Phari retinuit. Dum hæc aguntur, L. Paulus consul, primo vere profectus, in Illyricum venit; intellectoque, magnam esse hostibus spem in munitionibus Dimali, quem locum inexpugnabilem putabant; ratus plurimum inde terroris oriturum, si hunc expugnasset, tanta sua militumque alacritate est aggressus, ut septimo quam oppugnare cœpta esset die, vi caperetur. Neque falsus fuit animo consul, sparsaque per vicinam regionem fama confestim ex omnibus urbibus oratores venere, se suaque omnia Romanis dedituri,

LX. Quibus in fidem receptis, Pharum insulam, ubi Demetrii regia erat, petiit. Quam ubi copiarum omni genere refertam, fortissimorumque virorum præsidio, tum situ operibusque, ad hæc præsentia tyranni munitam esse didicisset; moram obsidionis veritus, astum excogitavit accelerandæ victoriæ non inutilem. Partem enim majorem exercitus,

^{\$} LVIII. Liv. XXIII, 32, 2, et IX, 46, 14; et Epit. XX. — Cassiodor. — Festus voce Circus Flam. — Plin. XXXV, 17. — \$ LIX. Polyb. III, 16 et 18.

noctu trajectis copiis, in silvosis quibusdam callibus occuluit: ipse cum navibus viginti luce clara proximum urbi portum petens, elicuit Pharios; inter quos ipse Demetrius ad prohibendam hostium exscensionem accucurrit. Conserto certamine, plures subinde, ut fit, suis auxilio venientes, ad extremum omni fere præsidio militarium virorum urbem nudavere. Interea Romani, qui noctu exscenderant, itinere per tecta loca facto, collem inter oppidum portumque medio ferme spatio situm occupavere: quo facto iis, qui urbe fuerant egressi, reditus ad eam occludebatur.

LXI. Demetrius, animadverso quid fieret, consilium cepit, ut in tam ancipiti periculo, non spernendum. Omisso enim præsenti certamine, revocatisque suis, «Viri fortes, inquit, « apparet virtutem nostram hostibus formidabilem esse : nam « ad dolos conversi fatentur se viribus armisque diffidere. « Furto noctis usi hanc in terram irrepsere, unde, si bene « vos novi, retinebunt nihil, nisi quod corporibus tegent, « anima emptum. Vos modo, Pharii mei, vosque omni ex « Illyrico delecta juventus, vel patriæ, vel gloriæ vestræ me-« mores, ostendite Romanis, neque suæ fortitudinis, neque « nostræ imbecillitatis fuisse, quod semel de Illyriis Romæ « triumphatum est. Non Fulvius eo tempore aut Postumius « Illyricos consiliis et armis, sed impotentia, sed temeritate « sua Teuta vicit : neque ignoratis, ut de aliis taceam, non « ita proclivem illis futuram fuisse victoriam, si me defenso-« rem potius, quam inimicum, habere Teuta maluisset. Ve-« rum enimvero, et quia vobis præclare confido, et quia « facta potius quam verba tempus postulat, abrumpo. Ha-« betis animos, habetis arma, videtis necessitatem, quæ ti-« midissimum quemque posset acuere, vobis pariter urbique « discrimen extremum imminet, nisi virtute vestra discusse-« ritis. Eamus igitur, et fortuna bene juvante istos e latibu-« lis suis paulo ante progressos petamus, securi de his, qui « exscensionem faciunt : nam illos si ceciderimus, hi majori « cum studio naves repetent, quam reliquerunt.»

LXII. Ita suos pro tempore cohortatus, instructis ordinibus ad eos invadendos, qui collem tenebant, ducit: qui et ipsi non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec advenientes, qui exscensionem interea fecerant, et a tergo eum adorti, magno cum terrore detrimentoque disjecere. Paucos in oppidum retulit fuga: cæteri passim per invios calles dilapsi. Demetrius, qui solis quibusdam locis paratos lembos in omnem casum habebat, uno eorum conscenso ad Philippum, Macedoniæ regem, profugit, cujus in amicitiam receptus, mores adolescentis antea laudatos adulatione et tyrannicis consiliis corrupit, bellique romani et multarum præterea calamitatum, suasor et auctor ei exstitit. Post hanc pugnam Pharus ex itinere capta, jussuque imperatoris direpta et diruta est. Illyrici deinde rebus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum, affecta jam æstate, consul Romam rediit.

LXIII. In hujus quoque belli narratione Polybium sequi malui, non ignarus, apud alios auctores ambobus consulibus ejus perfecti gloriam communiter tribui, qui evocatum ad se Demetrium, quia non parebat, aggressi primum in Issa insula, quibus dixi artibus vicerint; deinde Pharo proditione capta, Demetrium expulerint: de cujus fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis et annis et locis proximo: quæ aliud in tempus egressa prætermitto. Cæterum Illyriis in regis Pinnei gratiam, quem innocentem ætate et proposito fuisse constabat, pepercit senatus, fœdusque cum eo. adjectis tamen conditionibus quibusdam, renovavit. Interea L. Æmilius consul splendidissimum de his populis triumphum duxit; sed et M. Livium ex eo bello triumphasse reperio: plures tamen scriptores hunc prætereunt; credo. quod majores L. Pauli res fuerunt, quibus collegæ famam gloriamque potuerit obscurare : sed nobilius ejusdem M. Livii paulo post judicium et condemnatio fuit. Per invidiam ipse ac L. Paulus accusati, quod prædam militibus non æqualiter divisissent, quodque ex ea multa avertissent, judicium populi subiverunt.

§ LXII, Polyb. IV, 66, et apud Vales. l. VII. — Appian. Illyr. — Liv. Ep. XX. — § LXIII. Zonar. — Dio apud Vales. — Appian. Illyr. — Polyb. IV, 66. — Auct. de Vir. ill. c. 50. — Just. XXIX, 2. — Front. Strat. IV, 1.

488 JO. FREINS. SUPPL. IN LOC. LIB. XX.

LXIV. L. Paulus ambustus vix evasit; M. Livium omnes tribus, excepta Mæcia, damnaverunt: isque contumeliam istam tam indigne tulit, ut Urbe relicta, cœtus omnes fugeret, donec eum ad instituta vitæ prioris resumenda reipublicæ tempora retraxere. Sed hæc in P. Cornelii Scipionis, Tib. Sempronii Longi consulatum inciderunt. Anno autem, quo M. Livius et L. Paulus adhuc consules erant, Archagathus quidam Lysaniæ filius ex Peloponneso Romam venit, qui medicinam professus, jure Quiritum donatus est, eique taberna in compito Acilio empta publice: res ad memoriam minime celebris, nisi tum primum artis medicæ nomen arditum Romæ agnitumque esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantia et inemptis remediis. Eisdem consulibus coloniæ deductæ sunt in agro gallico Placentia et Cremona, non postrema causa irarum, quibus commoti Boii Insubresque respicere Hannibalem cœpere, qui tum saguntinam urbem summis viribus oppugnans, per ruinas eius iter ad romana bella muniebat : sed hi cæterique motus, qui magno numero, neque minori mole, continuo ingruerunt, ab altiore paulo principio sunt repetendi.

§ LXIV. Liv. XXII, 35; XXIX, 37; XXVII, 34. — Plin. XXIX, 1. — Liv. XX; XXI, 25, 2. — Ejued. Epit. XXIX, 1.

N. E. LEMAIRE

ERUDITO LECTORI

S. P. D.

DE SUPPLEMENTIS JO. FREINSHEMII.

INCIPIUNT in hoc tertio Liviani operis volumine Supplementa Freinshemii, quæ tibi, lector ornatissime, suo quæque loco editurum me promiseram. Egregium sane opus et ad cognoscendam penitus Romanorum historiam maxime proficiens; de quo etsi parum modeste, non immerito tamen auctor ipse ita gloriari ausus fuit, ut profiteretur «se neutiquam metuere, ne quis ex his omnibus scriptoribus qui sunt in hominum manu, aliquid efficiat in hoc genere concinnius, copiosius, verius.»

Ad formanda historiæ Livianæ Supplementa, quibus tanta literarum damna repararentur (nam vix quarta pars totius operis superstes ad nos pervenit), quot labores exantlandi! qualis sagacitas in eruendis factis et indagatio, in contexendis solertia, in expoliendis constantia! quorum materia in infinitis veterum libris varie dispersa latuit verius quam exstitit. Ea fuit in Joan. Freinshemio diligentia, illud judicii acumen, ut, cum illo dicere non dubitem nihil

effici potuisse in hoc genere concinnius, copiosius, verius. neque tamen is fuit qui se nusquam erravisse arbitraretur; sed monitus emendavit quod opus fuerit; et quum scribendo edendoque ista Augustissimæ Reginæ studiis ac voluntati obsequeretur, nihil omissum curavit, ut omni modo se dignum præstaret benevolentia patrocinioque provocantis Christinæ, cui maxime post Deum placere et obedire satagebat. Quanta enim nostro scriptori felicitas contigit, illius clarissimæ Regum, ut vocat, adesse quotidie; apud ipsam conspici; ab ipsa respici; familiaris speciem, locum, gratiam obtinere!

Nos igitur operis Freinshemiani novam atque accuratam editionem duce Creverio, aggressi sumus: ejus tamen laborem cum Bipontino opere contulimus, ut nullus diligentiæ numerus deesset; et quoties inter eos aliquid dissonum deprehendimus, quæ melior via, aut probata, aut visa est, secuti sumus. Testimonia auctorum, quorum ex membris coaluit Supplementorum corpus, ad imas quasque paginas apte collocanda et singulis capitibus respondentia curavimus: neque illud nobis, quod olim Clerico, inutile visum fuit. Non audiendus enim est ille, quum contendit « ho-- mines eruditos satis nosse, ubi singula inveniantur ex veterum historicorum lectione»; nam præterquam quod non omnes memoria statim adjuvat, immo plures sæpius deficit, multa quoque Freinshemius temporum pulvere abdita in lucem protulit effuditque, quorum ad fontem recurrere, nullo viam monstrante, perquam difficile foret.

Nunc venio ad primam hanc Supplementorum decadem, quam vivus vidensque in publicum ipse auctor emisit: reliquæ non nisi post ejus mortem in lucem prodierunt. In illa igitur parte operis quasi virium periculum fecit, neque conatus frustra fuerunt: quippe decas ea primogenita quemdam præ cæteris vigorem, maturitatemque refert. Hic ad

summum enitent eruditio, diligentia, fides: stylus, ut in historia, facilis ac modestus, qui tamen surgat aliquando, quum res id postulare visa est: nec deest eloquentia, multis orationibus ex semulatione Livii rerum causas et seriem feliciter explicantibus.

Singulis Supplementorum libris præfiximus Epitomas illas quarum auctorem ignoramus; nam exsangues nimium et pallidæ nobis videntur, quam ut ipsi Livio, vel L. illi Floro, brevi quidem sed compto historico tribuantur. Tamen illas rejicere noluimus, quarum Creverius utilitatem agnoscit ad historiam, ubi Livius deficit, illustrandam.

Hæc igitur præmisisse nunc erit satis : quum demum suprema toti Livio accesserit manus, plura subjicientur, inprimis præfatio illa, Creverianæ editioni præfixa, quam omnibus numeris absolutam judicabat Car. Rollin, summus iste literarum et sapientiæ magister, omnium in memoria vivens, omnium admiratione et veneratione circumcinetus, cujus laudes non semel in publico prædicavimus, sed præsertim in vol. quinto, pag. 220 nostri Virgilii, et in oratione solenni quam habuimus, quum Academia Parisiensis in Literarum Facultate, velut in olympico stadio, primam exercitationum scenam aperiret (*), sub ædibus iisdem Sorbonæ-Plessæis, ubi clar. professorem Hersanum audiverat discipulus, ubi ipse factus eloquentiæ magister a nostro Creverio. pariter auditus fuerat. Hujus igitur maximi optimique Rollini judicio freti, præfationem Creverianam ad calcem Edit. nostræ subjungemus, ne quid bonum, acriter et acute cogitatum, atque cum Livio quadam necessitudine conjunctum deesse existimaveris.

Interea, lector optime, quo facilius auctorum imis pa-

^(*) Anno 1811. Vide, si placet et vacat, les journaux de cette époque, et notamment le Montreun universel, etc., etc.

492 DE SUPPLEM. JO. FREINSH.

ginis allegatorum testimonia possis cum fontibus ipsis conferre, si lubet, hæc tantum observanda tibi indicabimus.

- 1º Sequetur hanc præfatiunculam catalogus scriptorum quos ad fidem sui laboris testes advocavit Jo. Freinshemius.
- 2º Eorum libros, vel majorem aliquam operis divisionem semper notabit numerus romanus; arabicus autem, minutas sectiones. Sic ubi reperies Liv. XXVIII, 28, intellige allegari Livium libro vigesimo octavo, capite itidem vigesimo octavo: item quum occurret tibi, Cic. de Off. II, 21, intellige Ciceronem de Officiis, libro secundo, capite vigesimo primo.

3º Ubi nudum nomen alicujus scriptoris expressum est, non indicata parte operis, in qua reperiatur id cujus ille testis citatur, recurrendum est ad superiora, donec tibi occurrat cum nomine auctoris etiam libri vel operis nota. Zonaras tamen ubique fere sic nude nominatur, quia ex ipsa historiæ, quam ille perpetuam contexuit, serie facile intelligitur locus, ad quem referri quidque debeat.

4º Denique raro paginas librorum notavimus. In Strabone tamen, ubi earum mentionem fecimus, respeximus editionem Parisiensem anni 1620, ab Isaaco Casaubono curatam.

CATALOGUS AUCTORUM

QUORUM FIDE INNIXUS

CONCINNAVIT HOS DECEM SUPPLEMENTORUM LIBROS

JOHANNES FREINSHEMIUS.

Ælianus.

A. Gellius.

Ammianus Marcellinus.

L. Ampelius.

Appianus, et ejus Excerpta, a Fulvio Ursino, et Henrico Valesio edita.

Aristoteles.

Athenæus.

Auctor de Viris illustribus.

D. Augustinus.

Barclaius.

Berneggerus.

Bongarsius.

Casaubonus.

Cassiodorus.

Cato.

Censorinus.

Cicero.

Claudianus.

Cluverius.

Cornelius Nepos.

Curtius.

Dio, et ejus Excerpta, a Fulvio Ursino, et Henrico Valesio edita. Diodorus, et ejus Excerpta, ac Eclogæ.

Dionysius, et ejus Excerpta.

Dionysius Periegetes.

Ennius.

Etymologici auctor.

Eusebius.

Eustathius.

Eutropius.

Fasti Capitolini.

Fazellus.

Festus.

Florus.

Frontinus.

Gotefridus Viterbiensis.

Herodotus.

Hieronymus.

Historia miscella, sub nomine Pauli Diaconi.

Horatius.

Joannes Antiochenus.

Joannes Sarisberiensis.

Julius Hyginus.

Julius Obsequens.

Justinus.

L. I, § 5, ff. de Postul. lib. III, tit. 1; id est, Lege prima, paragrapho quinto, Digestis, de Postulando, libro tertio, titulo primo.

L. I, ff. de Verb. Sig. lib. L, tit. 16; id est, Lege prima, Digestis, de Verborum Significationibus, libro 50, titulo 16.

L. II, §§ 30, 32, ff. de O. J.; id cst, Lege secunda, paragraphis 30 et 32, Digestis, de Origine Juris.

L. XVII, ff. de Legat.; id est, Lege 17, Digestis, de Legationibus.

L. XXIX et seq. ff. de Leg. lib. I, tit. 3; id est, Lege 29 et sequentibus, Digestis, de Legibus, libro primo, titulo tertio.

Livius, et ejus Epitomæ.

Lucanus.

Lycus.

494

CATALOGUS AUCTORUM.

Marianus Scotus. Martianus Capella.

Matthiolus.

Ολυμπιάδων άνεγρεφή, είνα Ιστοριών συνεγωγή· ορω Jos. Scalebert.

Outphrins Panvinius.

Orosins.

Otto Frisingensis.

Ovidies. Passins.

Pausenias.

Pighius; Annales Romanorum.

L. Piso.

Plinius major.

Plutarchus.

Polyzaus.

Polybins, et ejus Excerpta.

Pomponius Mela. Propertius. Quintilianus. Salinstins.

Servins.

Sext. Rufus.

Sigonius in Fastos.

Silius Italicus.

Sinuins Capito.

Solinus.

Strabo. Suctonius. Suidas.

Tacitus.

Thucydides.

Tubero. Tuditanus.

Valerius Maximus.

Varro.

Vegetius, de Re militari.

Velleius. Virgilius. Zonaras.

TABULA

RERUM QUÆ IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR.

PREMONITIO Editoris ad Lectorem benevo-	
lum Pag.	I
Liber nonus: breviarium	1
Liber decimus : breviarium	12 İ
Liber undecimus: epitome	225
— I Supplementorum Freinshemii	226
Liber duodecimus : epitome	243
— II Supplementorum Freinshemii	243
Liber decimus tertius: epitome	263
— III Supplementorum Freinshemii	264
Liber decimus quartus : epitome	293
- IV Supplementorum Freinshemii	293
Liber decimus quintus: epitome	320
— V Supplementorum Freinshemii	320
Liber decimus sextus: epitome	33 1
- VI Supplementorum Freinshemii	33 ı
Liber decimus septimus: epitome	365
— VII Supplementorum Freinshemii	365
Liber decimus octavus: epitome	38 ı
— VIII Supplementorum Freinshemii	382
Liber decimus nonus: epitome	417
— IX Supplementorum Freinshemii	•
Liber vicesimus: epitome	

4	96
49	gυ

TABULA.

— X Supplementorum Freinshemii Pag. 454
N. E. Lemaire erudito lectori, de Supplementis
Jo. Freinshemii
Catalogus auctorum, quibus ad concinnanda
Supplementa usus est Jo. Freinshemius 493

FINIS TERTII VOLUMINIS.

2412









Bancroft Collection. Purchased in 1893.

